This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



600003319M

M. FABI QVINCTILIANI

INSTITVTIONVM ORATORIARVM

LIBER DECIMVS

EX RECENSIONE

ET

CVM COMMENTARIIS

CAROLI HENRICI FROTSCHERI

PHILOS. DR. ET AA. LL. MAG.
IN VNIVERS. LITT. LIPS. PRIVATIM DOC.
SCHOL. NICOL. LIPS. COLL. III. BIBLIOTHEC.
SENAT. PRAEF. II. SEMINAR. REG. SAX. PHILOL.
ET SOC. LAT. IEN. SODAL. HONOR.

ACCEDIT

PRAETER INDICES NECESSARIOS

DIONYSII HALICARNASSEI

QVAE FERTVR

DE VETERIBVS SCRIPTORIBVS CENSVRA

CVM ADNOTATIONIBVS INTERPRETVM

LIPSIAE 1826.

SVMPTIBVS HARTMANNI

672.

VIRIS CLARISSIMIS

AMPLISSIMIS DOCTISSIMIS

THEOPHILO KIESSLINGIO

PHIL. DR. ET AA. LL. MAG. GYMNAS. CIZ. RECT.
ET PROFESS. BIBLIOTH. EPISC. CIZ. PRAEFECT.
SOC. LAT. IEN. SODAL. HONOR.

CHRISTOPHORO DAEHNE

PHIL. DR. ET AA. LL. MAG. GYMNAS. CIZ.
COLL. III.

PRAECEPTORIBVS DILECTISSIMIS

LVDOVICO FROTSCHERO

VERB. DIVIN. APVD STEINSDORFIENSES

MINISTRO

PATRI SVMMA PIETATE COLENDO

CAROLO SCHEDE

VERB. DIVIN. APVD FRIESSNIZENSES

MINISTRO

AFFINITATE SIBI ET AMICITIA CONIVNCTISSIMO

LIBRVM HVNC

PVBLICVM PIETATIS MONVMENTVM

EXSTARE VOLVIT

C. H. FROTSCHER

PROOEMIVM

Non speraveram futurum, ut parata haec praestantissimi rhetoris editio unquam emitteretur. Nam quum ante hos quattuor annos novem plagulae typis expressae essent, subito facta mihi cum librario dissensio usque eo processit, ut edendi libri consilium prorsus abiicerem. Postea vero quam Hartmannus, promptus ut est ad promerendum de optimis litteris, prioris partes librarii susceperat, longa domesticorum casuum series nova mihi et magna impedimenta intulit: quibus aegre superatis superioris anni mense quasi ultimo, etiam tum satis infirma valetudine mea, ad absolvendum librum accedere licuit. Quod quidem negotium qua diligentia, quo successu perfecerim, eruditorum hominum esto iudicium: a quibus id mihi videor flagitare posse, ut de hoc quoque libello meo benigne iudicent et si quid perperam factum deprehenderint, aequi velint bonique consulere.

Qua ratione versandum videretur in emendandis Quinctiliani reliquiis, quoniam in observationibus criticis, quas nuper edidi, satis expositum est; et quid in explicandis consilii sequendum putaverim, ex ipsis commentariis facile cognosci poterit: non faciendum videtur, ut longa

quemquam oratione detineam. Sed hoc tamen silentio praeteriri non potest, *Sarpii* viri doctissimi scripta*) quam mihi in hoc opere frugifera fuerint: cui me plurima debere, non possum non gratissimo animo profiteri. Neque enim dubito, quin eiusdem viri sit illa censura de Spaldingiano Quinctiliano, quae mihi saepissime in commentariis laudanda fuit**). Nec vero non praedicanda est *Wolffii* editio, cuius usura mihi, pariter ut *Gensleriani* libelli***), non parum opis tulerit****). Denique iustis laudibus ornandi sunt viri clarissimi atque doctissimi, *Georg. Aenoth. Koch* et *Theodor. Eduard. Richter*, quorum ea in me amicitia fuit, ut conficiendi Indicis III. laborem non dubitarent suscipere. De his plura praedicarem, si opus esset; sed clarioribus mox operibus utriusque doctrina et industria satis omnibus commendabitur.

Dionysianum libellum separatim edere constitueram, sed Quinctiliano ut adiungerem, humanissimis librarii precibus putavi concedendum esse. Scr. Lipsiae d. VI. m. Maii a. 1826.

---

*) 1.) *Analectorum ad G. L. Spaldingii Quinctilianum specimen.* Halis Saxonum, 1815. 8. 2.) *Epistola ad nuperrimum Quinctiliani editorem.* Suerini ac Rostochii, 1816. 8. 3.) *Quaestiones philologicae.* Rostochii, 1819. 4.

**) *Ergänz. Bl. zur Ien. allg. Lit. Z.* 1821. *Num.* 77—80.

***) *Analectorum ad ed. M. F. Quintiliani Spalding. specimen, observatt. ad libr. X. continens.* Coburgi, 1822. 8.

****) Gierigiani libri, cuius aliquoties mentionem feci, haec est inscriptio: *Praecepta nonnulla et exempla bene dicendi. Ex probatissimis Latinitatis auctoribus excerpsit notisque instruxit* Theoph. Erdm. Gierig. Lipsiae, 1792. 8.

CICERONIS ET QVINCTILIANI COMPARATIO

Vtinam, quod nuper in Livio conatus sum facere, ut esset quam emendatissimus, idem nunc et in Quinctiliano licuisset: quorum diverso in genere eadem prope utilitas, certe par dignitas est. Sed illum series ipsa temporum continuata et veluti per manus tradita nobis ac nexus quidam inter se rerum sic alligat, ut teneri facile possit. Hunc varietate praeceptorum per omnes evagatum eloquentiae campos et tamquam ad plura intentum atque ideo lubricum difficile sic prendas, ut totus habeatur: ob hoc ipsum obscurior, quoniam ita per campos decurrit, ut tamen omnes intrare quamvis reconditas latebras et in intima quaeque penetrare artis arcana videatur. De quo si iudicium poscas meum, illud vere videor mihi posse afferre, deesse eloquentiae, quidquid a Quinctiliano non discas, et ibi artem desinere dicendi, ubi ultimum fuit eius praeceptum, quo quid modo dici oporteret: ut fortasse non temere contendisse qui-

dam videantur, hunc aut parem Ciceroni aut, si hoc magnitudo illa divini coelestisque ingenii non patiatur, haud multo inferiorem fuisse. Verum iudicare maioribus de rebus tam cuique liberum est quam temerarium: et ut ingerere te in quae nescias arrogantis est, ita et tacere quae scias timidi. Magnus quidem, mea sententia, Cicero, magnus Quinctilianus: sed est et in magnis quoque semper aliquid eminens, est et, in quo superentur, nec cuiquam ita tota natura se praebuit, ut non aliquid sibi velit retentum, quod largiri et alteri possit: ut raro invenias celeritatem in eo esse eximiam, cui insit et robur. Et arborum aliae crescunt sublimius, aliae latius effunduntur: parvis utrumque concessum est. Cumulata mihi quidem videtur in utroque eloquentiae magnitudo: sed aliter hic in praecipiendo summus est habitus, ille in dicendo longe eminentissimus iudicatus. Quinctilianus, quibus armis pugnandum sit, docuit: M. Tullius et ostendit, quomodo vincamus, et ipse semper cum victoribus contendit. Illius studia multum laudis in umbra consequuta sunt: huius in foro plurimum gloriae peperere. Et regnasse in concionibus atque subselliis fertur Quinctilianus, in scholis et classibus floruisse Ci-

cero, pugnacior ipse multo, Quinctilianus instruendis aliis aliquanto fortasse diligentior. Tum in ipso quoque dicendi genere multum est intervalli. Magnificus et plenus Cicero, hic sumptuosus et locuples: ille amplus, sublimis, redundans; hic gravis, acer, elaboratus: alter naturae ornatior, alter studio aeque expolitus. Quinctilianus sententiis premit et pondere; Cicero et his ipsis et viribus et sublimitate et amplitudine et maiestate convellit; ut videri possint illi aeque multa spicula in manibus esse, huic plus telorum; et ille tentare pungereque saepius, hic altius vulnerare atque conficere. Tum citra vim illam sumptus in manus Quinctilianus acumine capit lectorem; sumptus Cicero gratia et candore delectat. Denique tanta vicinitas est, quanta videri inter eum potest, qui primus sit omnium in cursu, et eum, qui, nisi hic antecederet, ipse iam praevenisset. Est et in translationibus ac similitudinibus diversitas. In quibus visus est Cicero et adhibuisse modum temperasseque ingenio et aliquanto fuisse distinctior: hic nescio an usque ad vitium nimius; non tamen ita conculcandus, ut et splendorem non afferat. Quippe et ipse ita distinguit: veluti est gloria, quod nihil aut hic praecepit faciendum, quod ille antea non praestitisset, aut ille

praestitit, quod hic postea non praeceperit. Tanto Quinctilianus inferior, quanto est ex arte dicere quam scribere de arte praestantius; sed eo fortasse diligentior, quo instituendis rebus plus vigiliarum ars postulat quam natura faciendis. Tum amplissimus ingeniorum laudator Cicero, iudex aequissimus Quinctilianus. Itaque mira de hic moderatione arbitrum inter Graecos Romanosque constituit; mira illorum laude, Romanorum aemulatione, iudicium peragit et veluti in medio ad gratiam positus multa concedit omnibus, nemini detrahit quidquam: ut non minus scisse eum recte iudicare existimes quam voluisse. Et hunc ubi noveris, omnium et studia et ingenia noveris. Proinde de Quinctiliano sic habe, post unam beatissimam et unicam felicitatem M. Tullii, quae fastigii loco suspicienda est omnibus et tamquam adoranda, hunc unum esse, quem praecipuum habere possis in eloquentia ducem: quem si assequeris, quidquid tibi deerit ad cumulum consummationis, id a natura desiderabis, non ab arte deposces.

IO. ANTON. CAMPANVS

M. FABI QVINCTILIANI

INSTITVTIONVM

ORATORIARVM

LIBER DECIMVS

CAPVT I.

DE COPIA VERBORVM AVDIENDO LEGENDOQVE PARANDA.

I. Supra data de eloquutione praecepta non satis ait ad vim dicendi valere, nisi illis firma quaedam facilitas accesserit: sed hanc dicendi facilitatem parari scribendo, legendo, dicendo. II. Ante omnia parandam esse copiam verborum, sed cum iudicio; quod fiat optima legendo et audiendo. Quae sint et auditionis et lectionis commoda. Lectio qualis esse debeat. Modeste et circumspecte iudicandum esse de summis viris. III. Quantum et quatenus conferat oratori usus poetarum, historicorum, philosophorum. IV. Qui sint legendi, postquam in universum dictum, iudicium de veterum et novorum lectione additum est, per genera eminentissimi poetae, historici, oratores, philosophi A) Graecorum et B) Romanorum suis quisque virtutibus recensentur.

I. Sed haec eloquendi praecepta sicut cognitioni sunt necessaria, ita non satis ad vim dicendi valent, nisi illis

Varie hoc opus inscribitur. Spaldingius obsequutus recentioribus exemplis posuit singularem *de institutione oratoria* (*oratoriae institutionis* libri XII): quae sane ratio defenditur loco illo in epistola ad Tryphonem, ubi Quinctilianus: „Efflagitasti, inquit, cottidiano convicio, ut libros, quos ad Marcellum meum *de institutione oratoria* scripseram, iam emittere inciperem." Neque tamen tuto inde colligas, id quod ipse Spaldingius rectissime commemoravit, hoc potissimum nominis ab ipso auctore hisce libris impositum fuisse. Iam quum mihi quidem quum aliae causae, tum illa ipsa verba induxisse librarios viderentur, ut generalem inscriptionem immutarent: veterum exemplarium morem servare et hos libros *institutionum oratoriarum* nomine nuncupare meum esse officium putavi. Atque id quidem nomen quomodo se tueatur, exposuit Spaldiug. Praefat. p. XXX. Adde Bünemann. ad Lactant. Institutt. Divin. p. 1.

§. 1. *cognitioni*] Spalding. cum codd. Turic. Flor. Guelf. aliis- que libris scripsit *cogitationi* (i. e. meditationi, commentationi), cui

firma quaedam facilitas, quae apud Graecos ἕξις nominatur, accesserit? ad quam *scribendo* plus an *legendo*

Fabius *vim dicendi* opponat. Quae oppositio vereor equidem ut ullo modo possit probari. Vulgata lectio hanc sententiam praebet: „*Sed quae modo data sunt de eloquutione praecepta, cognoscenda sunt quidem illa; at tantam non habent vim, ut, nisi quis ea quam optime et quam facillime sequi didicerit, is inde efficiatur orator;* sive: *theoriae praxis accedat necesse est.*" Sic bene Sarpius Epist. p. 17.; neque aliter sentit Genslerus, quem vide de hoc loco disputantem Analect. p. 6. et seqq. Caeterum Quinctilianus satis ipse hanc scripturam tuetur, quum deinceps subiiciat haec verba: *Qui autem scivit, quae quoque sint modo dicenda* etc. itemque §. 4.: *Igitur eum, qui res invenire et disponere sciet* etc. De sententia h. l. proposita cf. lib. I. prooem. §§. 18. 23. 27. II, 12, 11. seqq. lib. VIII. prooem. §. 2. infr. c. V. §. 19. Cic. de Orat. I, 23, 100. 24, 110. Dionys. Hal. de Comp. Verb. 26. (p. Schaef. 436. 438.) ibique Vpton.

ad quam — consecuntur] Ante Spalding. male legebatur: *quam scrib. plus — consequamur;* ita ut *plus* aut cum gerundiis istis coniungeretur aut pro *magis* videretur positum esse. Quam ob rem sequutus ille codicum vestigia ante pronomen restituit praepositionem et pro *conferuntur*, quod est in codd. Turic. Flor. et Almeloven., dedit *conferatur*. Idemque exstat in edd. Basil. (1548. et 1568.) Colon. (1527. et 1541.) Sed ad illud *conferuntur* mihi quidem iuxta cum censore Ien. *consecuntur* (ita saepe optimi codd. pro *consequuntur*) magis videbatur accedere. Nam *conferunt* quominus probarem, numerus orationis auriumque voluptas impediebat. Sed si quaeras, cur codicis Guelf. *consequantur* non admiserim, id scito certa de caussa factum esse. Namque et Quinctilianus et Cicero et optimi quique scriptores in obliqua etiam oratione cum interrogandi particulis et pronominibus haud raro iungunt indicativum, quem nemo, opinor, variandae orationis caussa poni credet, quicumque, quae sit et huius modi natura et talium interrogationum simplex nativaque conformatio, recte et diligenter consideraverit. Cic. agrar. III, 4, 17. „Et quoniam, qua de caussa et quorum caussa ille hoc *promulgavit* [male Graev. rescribendum dixit *promulgarit*], ostendi." Id. de N. DD. II, 6, 18. „animum illum spirabilem si quis quaerat unde *habemus* [frustra coniunctivo *habeamus* patrocinatur Heindorfius, quem tamen vid. ad Horat. Satir. I, 2, 23.], apparet." Vid. Cort. ad Sallust. Iug. IV, 4. Matth. ad Cic. pr. Rosc. Amer. 30, 85. Beier. ad

an *dicendo* consecuntur, solere quaeri scio. Quod esset diligentius nobis examinandum, cura si qualibet earum rerum possemus una esse contenti. Verum 2 ita sint inter se connexa et indiscreta omnia, ut, si quid ex his defuerit, frustra sit in ceteris laboratum. Nam neque solida atque robusta fuerit unquam eloquentia, nisi multo stilo vires acceperit: et citra lec-

Cic. de Off. II, 5, 16. extr. et cf. infr. ad §. 21. et 5, 1. Sic igitur ex hac etiam consuetudine satis intelligitur, Latinorum sermo quam accurate Graecis respondeat.

diligentius nobis examinandum, cura] Ita scriptum oportuit cum praestantissimis libris. Spaldingius dederat: *diligenti nobis examinandum cura, si* etc. male ille negans a *cura* pendere genitivum *earum rerum*. At similiter dicitur *cura dicendi* III, 2, 2. *elocutionis* VIII. prooem. §. 32. *verborum* infr. §. 118. et 7, 22. Praeterea ne ad numerum quidem satis apta esse Spaldingiana ratio videbitur. Necessaria est igitur *cura* harum rerum omnium; ne, si quid ex his defuerit, frustra sit in caeteris *laboratum*.

§. 2. *ita sint*] Sic bene cod. Turic. et Flor.: reliqui *ita sunt*, quod retinuit Spald. Sed eiusmodi coniunctivum in deliciis habet Fabius: habentque eum omnes, quorum in verbis retinnit quiddam et resonat urbanius.

neque solida — et citra] Vbi post *neque* ponitur *et*, gradatio est; qua in re Graeci quoque οὔτε — τε particulas usurpant: Thucyd. II, 1. ἐν ᾧ οὔτε ἐπεμίγνυντο ἔτι ἀκηρυκτὶ παρ' ἀλλήλους, καταστάντες τε ξυνεχῶς ἐπολέμουν. Plat. Apol. Socr. p. HSt. 26. C. ἡ παντάπασί με φῂς οὔτε αὐτὸν νομίζειν θεούς, τούς τε ἄλλους ταῦτα διδάσκειν. Cf. infr. 3, 23. 4, 3. Neque aliter statuendum videtur de loco I, 7, 33. „Nec ipse ad extremam usque anxietatem et ineptas cavillationes descendendum atque his ingenia concidi et comminui credo." Aliorum locos scriptorum suppeditabit Cortius ad Sallust. Catil. 32, 1. Iug. I, 5.

multo stilo] i. e. multum scribendo. Vid. ad 3, 1.

fluit] Simillimus est locus lib. VII. prooem. §. 3. „oratio, carens hac virtute [i. e. ordine], tumultuetur necesse est et sine rectore *fluitet*": quare hic quoque an *fluitat* (i. e. fluctuat) vel *fluitabit* (id quidem cum Riccio et ed. Colon. a. 1527.) scribendum esset, dubitabat Spaldingius. Non assentiar. Nam *fluere* et *fluitare* eadem significatione dicuntur (apud Ciceronem pr. Sext. 20, 46. Vell. Paterc. II, 16, 4.): et omnino *fluere* non paucis exemplis defenditur, diciturque proprie de

tionis exemplum labor ille; carens rectore, fluit. Qui autem scivit, quae quoque sint modo dicenda, nisi tamen in procinctu paratamque ad omnes casus habuerit eloquentiam, velut clausos thesauros incubabit.

nave, quae carens gubernatore proposita est tempestatibus ideoque periisse iam existimanda est. Commode comparavit Gesnerus Martial. IV, 66, 14. „Nec mersa est pelago nec *fluit* ulla ratis." quem ego locum nolim ita cum Spaldingio intelligere, *fluit* ut *de fracta nave* dicatur, cuius lacerae tabulae fluitent per undas. Nec vero non quadrant, qui loci a censore Ien. laudati sunt: Cic. Tusc. Disp. V, 25, 70. Claudian. in Ruf. I. pr. „Saepe mihi dubiam traxit sententia mentem, Curarent superi terras, an nullus inesset Rector et incerto *fluerent* mortalia casu." Cf. Cic. Orat. c. 3. §. 10. „caetera nasci, occidere, *fluere*, labi." Senec. Cons. ad Marc. c. 21. Ruhnken. ad Vell. Paterc. II, 16, 4. Ovid. Metam. I, 273. eodem sensu „labor *perit*". Quinctilian. XII, 2, 20. „Ignara huiusce doctrinae loquacitas *erret* necesse est, ut quae vel nullos vel falsos *duces* habeat."— Deinceps e codd. Turic. Flor. recepi *scivit*, quum vulg. esset *scierit*: et is praeteriti indicativus pro praesente accipiatur, ne credas eum a verbo *sciscere* derivandum esse. Sat frequens, quamvis parum adhuc observatus, hic est usus praeteriti, quo ponatur ἀορίστως, ut in his Ovidii (Fast. IV, 527.): „Cui dea, Due, inquit: *scisti*, qua cogere posses." Poetarum locos vid. apud Gronov. ad Senec. Hippol. 510., de pedestris orationis scriptoribus cf. eumdem ad Senec. Epp. 114., ubi tamen quod e Cic. Tusc. Disp. II, 27, 52. laudatur *condoluit*, cum alio exemplo permutari debere recte existimavit censor Ien. Adde Bentl. ad Horat. Odd. III, 23, 19. et adnotat. nostram ad 7, 14.

quae quoque sint modo dic.] Spalding. *quo quaeque sint mod. dic.* pro vulg. *quo sint quaeque modo dic.* Nostra scriptura debetur codd. Turic. Flor.: et sane *eloquutionem* antecedat *inventio* necesse est.

nisi tamen] Ita Turic. Flor. cum Almelov. et Ricc.: reliqui *nisi tamquam*. Mox iidem *illi*, excepto Riccio, *paratamque*: reliqui *paratam quidem*.

clausos thesauros incub.] Reliqui libri praeter Flor. omnes hic exhibent dativos; sed „*Incubare*, inquit Oudendorp. ad Appul. Metam. p. 458., cum *accusativo* dixit noster quoque [Appuleius etiam] lib. IV. p. 69. *folles incubabat.* et p. 75. *lucos incubare*; ac passim apud Plin., ut docet index Harduini, et pluries [? compluries] in mss. optimis." Cf. Seyfert. gramm. lat. §. 2049. p. 122.

Non autem ut quidquid praecipue necessarium est, sic 3
ad efficiendum oratorem maximi protinus erit momenti. Nam certe, cum sit in eloquendo positum oratoris officium, *dicere* ante omnia est: (atque hinc initium eius artis fuisse manifestum est; proximam deinde *imitationem*, novissimam *scribendi* quoque *diligentiam*:) sed ut pervenire ad summa nisi ex principiis non potest, ita procedente iam opere minima incipiunt esse, quae prima sunt. Verum nos non, quo- 4
modo instituendus orator, hoc loco dicimus: nam id

§. 3. *quidquid*] Turic. Flor. Guelf. Camp. *quicquid* cum Almel., pro quo debebat esse *quidquid* ex praecepto Fabii nostri I, 7, 6.: Spalding. ac reliqui *quidque*. Vid. ad 5, 23.

certe — sed ut pervenire] *Certe* particulae, quae h. l. inservit concessioni et germanico *freilich, allerdings*, reddi potest, altera *sed* opponitur. Cf. Cic. Orat. c. 42. §. 144. „At dignitatem docere non habet. *Certe*, si quasi in ludo. *Sed* si monendo, si cohortando — si interdum etiam una legendo, audiendo: nescio, docendo etiam aliquid aliquando si possis meliores facere, cur nolis." Sequentia verba (*atque hinc initium — diligentiam*) eo consilio addit rhetor, ut ostendat, quibus initiis et quos per gradus facultas dicendi ad rationem artemque adducta fuerit adoleveritque ad perfectionem. Atque eam quidem artis oratoriae originem et progressum fuisse significat, ut nullam ei hac de re cum Cicerone dissensionem esse videas. Cf. de Orat. I, 4, 14. sq. 33, 150. sq. Iam igitur tantum abest, ut *imitatio* intelligatur de *lectione*, de qua perperam cogitabat Spaldingius, ut non esse aliud possit nisi studium eorum, qui, quos dicentes audiverunt, ad eorum se exemplum attemperant pariterque atque illi ad dicendum sibi enitendum esse existimant (*Nachahmung des Geredeten*). Cf. Gensler. p. 11. et sqq., cuius viri frugifera sane et laude digna de h. l. disputatio est. Denique codicum Turic. Flor. lectionem *pervenire* potiorem esse putavi vulgata *perveniri*. Intelligendum est enim *quis* enclitic. (ut saepe apud Graecos τις indefinit. omittitur) vel de quo nunc maxime agitur, *orator*.

iam opere minima] Turic. Flor. Guelf. al. *iam opere iam minima*: quare Spalding. suspicabatur scriptum fuisse *procedente etiam opere iam minima*.

quae prima sunt] ut ipsum *dicere*.

§. 4. *quomodo instituendus*] „Quod recentiores hic necessario

quidem aut satis aut certe uti potuimus dictum est: sed athleta, qui omnes iam perdidicerit a praeceptore numeros, quo genere exercitationis ad certamina praeparandus sit. Igitur eum, qui res invenire et disponere sciet, verba quoque et eligendi et collocandi rationem perceperit, instruamus, quo in oratione,

interponere sibi visi sunt *sit*, differtur et post *praeparandus* demum comparet; quanquam duriore hyperbato, sed quo brevitatem et acumen quaesierit noster [scriptor]." Spalding. — Caeterum *orator* h. l. is est, qui orator vult fieri. Cf. infr. 35. 45.

satis — dictum est] „libris superioribus, in quibus institutionem ipsam omni a parte iam absolutam esse dicit." Wolff.

sed athleta — praeparandus sit. Igitur eum] Ita totum hunc locum e vestigiis codd. et vett. edd. bene constituit Spald., quum vulgo sat inepte legeretur: *sed ut athletam, qui omnia iam perdidicerit a praeceptore, nimirum quo genere — praeparandus sit; ita eum* etc. Sed „per parvam hanc allegoriam eum significavit Fabius, qui artis oratoriae studiosus omnia, quae huius scientiae institutio complectitur, perdidicit. Nominativum *athleta* iungas cum sequente sensu: *quo genere — praeparandus*, ut sit *subiectum*." Wolff.

numeros] Palaestrici *numeri* iterum leguntur XII, 2, 12. Nos dixerimus *die regelmässigen Bewegungen oder Gänge*, qui II, 8, 13. *nexus* et IX, 4, 8. *artifex motus et certi quidam pedes* vocantur: similiterque Seneca de Benef. VII, 1. (tom. II. p. 328. ed. Bipont.) „magnus, ait, luctator est, non qui omnes *numeros nexusque* perdidicit, quorum usus sub adversario rarus est, sed qui in uno se aut altero bene et diligenter exercuit et eorum occasiones intentus exspectat."

qui res — sciet — perceperit] „His totius operis, quod hactenus scriptum est, tractatus comprehenditur: *inventio*, *dispositio*, *elocutio*, *compositio*. Electio enim princeps fere negotium est *elocutionis* (cf. §. 6.)." Ita Wolffius, cui pro *eligendi* facile etiam *eloquendi* posse scribi videtur. Potest quidem, sed non debet. Praeterea accusativum *verba* ad *perceperit* referri, recte negavit Spaldingius.

quo in oratione quae didicerit] Turic. Flor. Guelf. Campan. al. *qua in oratione quod* (ita pronomen Turic., *quam* Flor., *quae* Guelf. Camp. cum Turic. sec. manu et reliquis) *dicere:* unde censor Ien. nostram scripturam eruit hoc sensu: *„Wir wollen den künftigen Redner mit dem ausrüsten, wodurch er in einer Rede den Vorschriften der*

quae didicerit, facere quam optime, quam facillime possit.

II. Num ergo dubium est, quin ei velut opes sint quaedam parandae, quibus ubique cumque desideratum

Rhetorik am besten, am leichtesten genügen könne." Significatur *copia rerum et verborum.* Apud Spald. scriptum est: *qua ratione, quod didicit, facere* etc. Sed plurali in verbis *quae didicerit* melius quam singulari (*quod*) variae illae diversaeque res, futuro oratori cognoscendae, multiplicia igitur artis praecepta, significantur: id quod bene commemoravit Genslerus p. 17. De re idem iubet conferri Cic. de Orat. II, 20, 85. sqq. Quod vero *quo in orat.* rescribendum putavimus pro eo, quod dant codd. *qua in erat.*, id nemini mirum esse poterit, quum tam facilis horum verborum confusio sit. Nolo longus esse in re aperta; sed hoc unum iuvat attulisse, apud Cic. Brut. 40, 147. sic legendum videri: „etsi satis, inquit, mihi videbar habere cognitum Scaevolam ex iis rebus, quas audiebam saepe ex C. Rutilio, *qua* utebatur *familiaritate* Scaevolae nostri: tamen ista mihi eius dicendi tanta laus nota non erat." Nam quae est in vulgata praepositio („*quo* utebatur *propter familiaritatem* Scaev. nostr."), eam ab librariis profectam puto, explicantibus hanc formulam: *qua utebatur familiaritate.*

optime, quam] Insertum erat *et*, quod Spalding. omisit cum optimis libris. Factum bene.

§. 5. *quibus ubique cumque desid.* etc.] Hic locus sic legitur apud Spaldingium: *quibus uti, ubicunque desideratum erit, possit? Eae constant copia rer. et verb.* „Pro *uti, ubicunque* est in Turic. *ubique cumque;* pro *possit? Eae constant* est ibid. [et in Flor.] *posite constantia.* Reponamus: *quibus ubique, cumque des. erit, possit e constanti esse copia rerum et verborum? — Vbique, cumque* cet. (i. e. omni et loco et tempore), non eget patrocinio. *E constanti* est constanter, perpetuo. Sic usus est Fabius IX, 2, 53. *ex facili*; sic IV, 4, 15. V, 6, 2. VIII, 3, 88. *ex abundanti.* Littera lectionis *constantia* ultima nata videatur e litteris *se*, quae significant *esse.* Est tamen aliquid, quod faciat, ut potius legam *e constantia esse.* Nam Quinct. IV, 5, 15., si fides habenda est Turicensi, scripsit *ex abundantia*, et Graeci frequentant ἐκ περισσοῦ, ἐκ παρασκευῆς et similia. [Cf. Viger. IX, 3, 1.] Latini quoque non raro praepositione *ex* cum substantivo utuntur pro adverbio; cf. Forcellinus s. v. *Ex.* Verbum *posse* saepe inservit periphrasi, ut *possit esse* sig-

erit, possit e constantia esse *copia rerum ac verborum.*
6 Sed res propriae sunt cuiusque causae aut paucis communes: verba in universas paranda. Quae si in rebus singulis essent singula, minorem curam postularent: nam cuncta sese cum ipsis protinus rebus offerrent. Sed cum sint aliis alia aut magis propria aut magis ornata aut plus efficientia aut melius sonantia, debent esse non solum nota omnia, sed in promtu atque, ut ita dicam, in conspectu, ut, cum se iudicio dicentis ostenderint, facilis ex his optimorum sit
7 electio. Et quae idem significarent solitos scio edis-

nificet idem, quod *ait*; vide Burmann. ad Phaedr. I, 25, 6. et quos laudat. Adde Oudendorp. ad Frontin. strat. I, 7. Wopkens. ad Iustin. VII, 6, 4. Sarpina Quaest. c. VII. p. 54. sq.

§. 6. *si in rebus*] Sic Turic. Flor. Camp. cum Goth. Alm. et edd. ante Basil.: reliqui omittunt *in*. In seqq. *aliis* est ablativus, cum comparativis iungendus.

§. 7. *Et quae idem signif.*] Recepta ante Spaldingium scriptura erat haec: *Equidem scio quosdam collecta quae idem significarent vocabula solitos ediscere.* Turicensis loco horum omnium haec dabat: *Et quae idem significarentur solitos ediscere.* In his mendosum erat passivum, cuius loco ceteri plerique activum exhibent. Sed deerat verbum finitum. Iam cum *solitos ediscere* perperam in nonnullis ita distinctum esset *solito se discere*, hoc tandem ansam dedit inserendo verbo *scio*, quod hoc quidem loco in scripto nullo comparet. Sic nata Badii scriptura *Et quae idem significarent solitos scio discere.* Hanc itaque Spaldingius, nisi quod ex Turic. *ediscere* restituendum sibi esse censeret, praeposuit subsequentium editionum scripturae, pleniori, quam supra posui. Neque quisquam profecto damnet religionem viri, repetere verentis, quae unde fluxerint, nemo dixerit. In breviori autem illa scriptura valde me offendit particula *et* in fronte, quae, cum pro *etiam* esse persensum non possit, pro copula tantum est habenda. Atqui rationem statim sibi repudiandam monitis suis per *et* subiungere, me iudice, non potuit Quintilianus. Neque placet *solitos*, suppresso subiecto *quosdam*. [Hoc quidem mihi nil incommodat.] Sed quantumvis recte his offendar, nequaquam tamen sunt eiusmodi, ut ab antiquioribus illis criticis emendationem provocare potuerint et omnium minime tam operosam et amplam. Contra si

cere, quo facilius et occurreret unum ex pluribus et, cum essent usi aliquo, si brevi infra semet ipsum rursus desideraretur, effugiendae repetitionis gratia sumerent aliud, quo idem intelligi posset. Quod cum est puerile et cuiusdam infelicis operae, tum etiam utile parum: turbam enim modo congregat, ex qua sine discrimine occupet proximum quodque.

longiorem hanc primariam ponis scripturam, facile apparet, oculum aberrantem ab illo *equidem* ad insequentia *quae idem* ansam dedisse scripturae illi, ex qua Turicensis et reliquorum omnium manavit, omissa tantum voce *vocabula* quoque, qua carere poterat sensus. Ita equidem ad recentiorum editionum scripturam redeo, non minus tamen circa fontem eius scilicet. Haec Buttmannus, vir praestantissimus. Ego vero, ut brevissime dicam quod sentio, facile adducor, ut ita putem scriptum fuisse: *Scio* [id facile poterat oblitterari, quum praecederet *electio*] *equidem quae idem significarent verba* [nam ea quidem vox latere videtur in illo *significarentur* = *significarent ur*! neque satis recte, opinor, omittitur ob seqq. *unum ex pluribus — aliquo — aliud*] *solitos ediscere.*

occurreret] i. e. in mentem veniret. Satis haec nota verbi significatio. Monendi sunt tamen tirones, ne credant latine dici, quod frequentant recentiores, *verbum, sententia, locus occurrit apud scriptorem* pro altero *invenitur, reperitur, habetur, legitur.* Nam quod apud Cic. legimus (Orat. c. 32. §. 115.) „Haec tenenda sunt oratori; saepe enim *occurrunt*." vix potest aliter intelligi quam ut dicas: *saepe per occasionem offeruntur, ut iis utendum sit.*

brevi infra semet ipsum] Spald. cum recentioribus dedit *breve intra spatium*; sed codd. Turic. Flor. Guelf. Goth. al. *breve intra semet ipsum*, quod ad nostram scripturam proxime accedit. Id enim facile largimur Spaldingio, numquam fore, qui probet *intra* et *post* haberi promiscua.

infelicis operae] Cf. VIII. proem. 28. et XI, 2, 49. „haec rara infelicitas."—„*Infelicia* passim apud Quint. dicuntur, quaecunque ingenii, facilitatis, boni successus instar minus ostendunt, ut in ipsis miseria quaedam et paupertas appareat. Eodem redit *infelicitas*. Cf. X, 3, 10. 7, 14." Wolff.

occupet] qui hoc artificio utitur. (Cf. Cic. Brut. 57, 209. ubi vid. Schütz. Vol. III. Part. II. p. 83.) Nam artificium illud ipsum hic quoque subiecti loco esse, haud sibi quisquam persuaserit; quamquam esse sane potest in praeced. *congregat*. Gemlerus tamen, ut

8 Nobis autem *copia cum iudicio* paranda est, vim orandi, non circulatoriam volubilitatem spectantibus. Id autem consequemur *optima legendo atque audiendo.* Non enim solum nomina ipsa rerum cognoscemus hac cura, sed cui quodque loco sit aptissi-
9 mum. Omnibus enim fere verbis, praeter pauca, quae sunt parum verecunda, in oratione locus est. Nam scriptores quidem iamborum veterisque comoediae etiam in illis saepe laudantur: sed nobis nostrum opus

simplex illud *quod*, nominativo casu positum, habeat pro subiecto, se quidem induci posse negat. et Quinctilianum, si hoc voluisset, ablativo et passivo usurum fuisse arbitratur. Itaque legendum putat *congregant* et *occupent*, ut *soliti illi*, de quibus modo dixerat, intelligantur.

§. 8. *Non enim solum*] Sic Turic. Flor. Guelf. al.: ante Spalding. erat *non solum enim*. Minus bene. Sed quod legitur in ed. Colon. (1527.) *non enim solum modo*, id apud hunc quidem scriptorem repudiari non poterit. Sic Serm. Declamat. 247. „sed non hoc *solummodo* erit." At vero multi et idonei post Plinium et Quinctilianum scriptores consulto ab eo vocabulo abstinuerunt; unde inter rara et singularia refertur. Quam ob rem abstineant eo etiam tirones, quum habeant, quo utantur, alterum *tantummodo*.

sed cui quodque loco] Turic. Flor. *sed quod quoque locis ita petissimum*. Vnde suspicor scribendum: *sed quod quoque loco sit aptissimum* i. e. sed quod (nomen) et quo loco sit aptissimum. Cf. §§. 9. 10. Caeterum post *sed* non sine idonea caussa omissum est *etiam*. Fit ita gradatio, ut apud Graecos, ubi post *οὐ μόνον* solum *ἀλλά* sive *καί* infertur. Cf. §. 20. Cic. Senect. I, 1: „novi enim moderationem animi tui et aequitatem; teque *non* cognomen *solum* Athenis deportasse, *sed* humanitatem et prudentiam intelligo." Id. de Or. III, 32, 127.

§. 9. *quae sunt parum verecunda*] Cf. VIII, 3, 38. 39.

scriptores quidem iambor.] „Quatenus phallica [Priapeia] continentur iambis, et illa Archilochi et Hipponactis rabies proprium habet iambum, quem vel ex Horatianis epodis novimus, quam sit pudicus." Spalding. Caeterum idem cum Flor. Basil. Colon. (1527.) et aliis quibusdam bene exhibuit *quidem*, quum vulgo legeretur *quidam*: sed Turic. Guelf. Camp. al. neque hoc neque illud agnoscunt.

in illis] verbis parum verecundis.

intueri sat est. Omnia verba, exceptis de quibus dixi, sunt alicubi optima: nam et humilibus interim et vulgaribus opus et quae nitidiore in parte videntur sordida, ubi res poscit, proprie dicuntur. Haec ut sciamus atque eorum non significationem modo, sed for-

intueri sat est] i. e. nos satis habemus nostrum opus contemplari neque curamus nunc comoedias. Ac debetur haec lectio edd. Basil. et Colon. (1527.), nisi quod *satis* praebent pro *sat*, quod servavi cum Spaldingio, quamquam obnitente Genslero p. 19. Brevior haec forma etiam alibi ponitur in clausula: IV, 2, 45. (vid. Spald.) VIII, 3, 58. Cic. Senect. XIV, 48. Sed *intuendi* verbo in primis delectatur Quinctil. significatione impropria et ad animi curam translata. Spald. tamen h. l. scripsit *nostr. op. interim tueri*. Turic. miram hanc suppeditat scripturam: *iter inveteris at*. Flor. *item in veteris at* (*veteri sat* a sec. m.). Vnde censor. Ien. in eam sententiam inductus est, ut abiectis his omnibus verbis legendum existimaret *sed nobis nostrum opus est*, hoc quidem sensu: *aber wir machen nicht Iamben und alte Komödien, sondern Reden*. Sed cf. ipsum p. 238. de h. l. agentem.

interim — nitidiore] De *interim* cf. ad c. 3. §. 7. Vulgares libri *cultiore* dant pro *nitidiore*, quod est in edd. Colon. (1527.) Basil. Gryph. (1536.) receptumque a Spald., quum eidem lectioni patrocinari codd. Turic. Flor. viderentur. Cf. §. 33. „vel historico *nitore*.“ §. 44. „*nitidi* generis amatores.“ *Sordidae* orationi opponitur *nitidum* VIII, 3, 49.

§. 10. *formas — mensurasque*] *Formae* verborum de externa cuiuslibet vocabuli figura, qualis syllabarum aut plurium aut paucarum compositione efficitur: *mensurae* de prosodia, de modo numeroque cuiusque verbi proprio iudicandi. *Formas* verborum de grammatico flexu (cf. I, 6, 15.) intellexit Wolfius. *Formam* vocabulorum pro *figura* etiam alii scriptores posuerunt, ut Varro de ling. Lat. VIII. p. 131. et IX. p. 165. ed. Bip. Gellius XII, 10.: et recte putat censor Ien., Quinctilianum h. l. propter seq. *mensuras* noluisse *figuras* dicere, ut ne iuxta se posita eiusdem soni vocabula tritiores aures offenderent. Quanta autem cura formas etiam mensurasque singulorum vocabulorum veteres respexerint, id quum alii multi, qui de arte oratoria scripserunt, tum Cicero in libro, qui est Orator inscriptus, satis declarant. Cf. Dionys. Hal. Comp. Verb. 25. (p. 402. ed. Schaef.), ubi inter alia haec sunt: παραφυλάττων τὰ μήκη καὶ τοὺς χρόνους καὶ τὰς πτώσεις τῶν

mas etiam mensurasque norimus et, ubicunque erunt posita, an conveniant, nisi multa lectione atque auditione assequi nullo modo possumus; cum omnem sermonem auribus primum accipiamus. Propter quod infantes a mutis nutricibus iussu regum in solitudine educati, etiamsi verba quaedam emisisse traduntur,
11 tamen loquendi facultate caruerunt. Sunt autem

ὀνομάτων καὶ τὰς ἐγκλίσεις τῶν ῥημάτων, καὶ πάντα τὰ συμβεβηκότα τοῖς μορίοις τοῦ λόγου πολυπραγμονῶν.

et, ubicunque — an conv.] Sic optimi libri pro vulgari *ut ubicunque erunt pos. conveniant*. sed *an* solus servavit Camp. Recte. Nec debebat Genslerus nostram lectionem reiicere. Nam quod contendit, per *et* particulam inferri novam sententiam, ea res per se quidem vera est; sed saepenumero optimi quique scriptores et maxime Cicero tali *et* utuntur in afferenda eiusmodi sententia, quae explicet superiora magisque definiat. Cfr. Observatt. nostrae in var. loc. vett. Lat. Part. I. p. 21. Beierus meus ad Cic. Off. II, 20, 71. De Graecis vid. Indic. ad Xenoph. Hier. s. v. *καί*. — Deinceps codd. Turic. Flor. *possimus* pro indicativo dant. Cf. supr. ad §. 2.

omnem] Turic. Flor. *omne mi*. Ille a sec. manu *omne enim*. Guelf. *omnem enim* cum Basil. Quid lateret non exputabat Spalding. Videtur fuisse *omnem etiam*.

Propter quod — caruerunt] Non potest dubitari, quin Fabius hic memor fuerit illius fabulae, quam Herodotus II, 2. narrat de Psammeticho rege Aegyptiorum, qui pastori duos infantes tradiderat caprino ubere nutriendos, ita ut hominis vocem numquam audirent. Mox illi *becos* (*βεκός*) pronunciarunt. *Mutas nutrices* pro *bestiis* (capris) dictas esse recte putat Spald. Nam quum caetera animalia homine deteriora ostenduntur, solent appellari *muta*: qua voce praeter orationis defectum etiam rationis significatur. Cf. I, 10, 7. II, 16, 16. Gesnerus ad nostrum locum haec adscripsit: „Notum caeteroquin est, surdos a natura ob id ipsum mutos eosdem esse, quod loquentes alios non audiant: idemque accidere, si qui sint, *θηριοθρέπτοις*.“

§. 11. *Sunt autem alia*] „Alia nil esse possunt nisi *verba*. At sic mirari oportet, quod in iis, quae subsequuntur, *ut idem pluribus vocibus declarent*, discernuntur *voces* a *verbis*. Si *plura* legeretur pro *pluribus vocibus*, non esset quod offenderet.“ Wolff. At nulla opus mutatio est. Nam *idem pluribus vocibus declarare* graeco more (de quo vid. Matth. gramm. amplior. §. 386. p. 516. sq.) di-

alia huius naturae, ut idem pluribus vocibus declarent, ita ut nihil significationis, quo potius utaris, intersit, ut *ensis* et *gladius:* alia, quae etiamsi propria rerum aliquarum sint nomina, τροπικῶς quasi tamen ad eundem intellectum feruntur, ut

citur, ut sit *idem significare, quod plures voces* vel *idem cum pluribus vocibus significare.* Similiter VIII, 4, 12. „Nec putet quisquam hoc, quamquam est simile, *illi* ex argumentis *loco*, quo maiora ex minoribus colliguntur, *idem* esse.“ VI, 4, 22. „Ne illud quidem ignorare advocatum volo, quo quaeque ordine probatio sit apud iudicem proferenda: cuius rei *eadem argumentis* [quod vulgo inscritur *in*, cum Regio et Sarpio (Quaest. p. 52. cap. VII.) iudico delendum esse] ratio est, ut potentissima prima et summa ponantur.“ Nec desunt aliorum exempla scriptorum: Horat. A. Poet. v. 467. „Invitum qui servat, *idem* facit *occidenti.*“ Vid. Cort. ad Sallust. Catil. 20, 3. Heindorf. ad Horat. Satir. I, 3, 122. Interprett. ad Ovid. Amor. I, 4, 1. ubi haec dicuntur: „Vir tuus est epulas *nobis* aditurus *easdem.*“

τροπικῶς *quasi*] „Neque enim iam verus tropus in hisce agnoscitur usu nimium vulgatis.“ Spald. Quod statim sequitur *tamen*, Genslerus (p. 23.) post τροπικῶς cum edd. vett. esse inserendum dicit, ita ut *quasi* pertineat ad seqq. atque *idem fere*, quod tamen *proprie* non sit idem, per tropos significari doceat. Nam „si tropus, inquit, propter frequentissimum eiusdem usum iam pro tropo vix agnosci posse videatur, nihilominus tropus est, neque *quasi* τροπικῶς his ipsis vocibus loquimur.“ Hoc certe negari non potest, *quasi*, pariter atque graec. ὡς, maxime cum numeralibus, saepe idem esse quod *fere.* Cic. Orat. c. 12. §. 41. „Est enim, ut scis, *quasi* in extrema pagina Phaedri [dialogi Platonici] his ipsis verbis loquens Socrates.“ Sallust. Iug. 50, 3. ubi vid. Cort. Add. Brem. et Doederl. Symbol. Philoll. Helvett. I. p. 320.

feruntur] Mire dictum h. v. videtur Spaldingio: quare malit *referuntur* vel *vertuntur.* Mihi secus videtur. Idem recte ait praestare coniunctivum. Sed ne hoc quidem opus erit, si post *alia* deleveris relativum, quod omissum est etiam in codd. Turic. Flor. Guelf. et Camp. Qui quidem libri licet exhibeant *aliave*, solum tamen *alia* dedisse Quinctilianum putaverim, cuius nescio quis interpres adscriberet vē i. e. *verba*, explicationis caussa. Nisi forte malueris *aliaque*, quod et ipsum defensitari potest, aut *alia vero.* Sic certe Plin. H. N. XVII, 2.

12 *ferrum* et *mucro*. Nam per abusionem *sicarios* etiam omnes vocamus, qui caedem telo quocunque commiserint. Alia circuitu verborum plurium ostendimus: quale est *Et pressi copia lactis*. Plurima vero mutatione figuramus: *Scio*, *Non ignoro* et *Non me fugit* et *Non me praeterit* et *Quis nescit?* et
13 *Nemini dubium est*. Sed etiam ex proximo mutuari libet. Nam et *intelligo* et *sentio* et *video* saepe idem valent quod *scio*. Quorum nobis ubertatem ac divitias dabit lectio, ut non solum quomodo occur-
14 rent, sed etiam quomodo oportet, utamur. Non

„*Alio* die hiberna quaerunt pluvias, *alio vero* praecocia.“ II, 97. §. 100. „*alias — alias vero*.“ De *ferro* et *mucrone* Spald. confert VIII, 6, 20.

§. 12. *Nam — sicarios*] Cave ad proximam sententiam referas *nam*. Suppressa est alia, qualis fuerit haec: *neque id mirum* vel simile quid, ut sexcenties apud Graecos. Cf. Spalding. ad II, 11, 7.

commiserint. Alia] Turic. Flor. *commiserit in talia*; a sec. manu ille *commiserint talia*, hic *commiserit talia*. Posterius vocab. sic exhibent plurimi libri: quae res facit, ut suspicer *Et alia*.

Et pressi] Virgil. Eclog. I, 82. — Deinceps post *figuramus* exspectaveris positum *veluti* vel *ut*; sed etiam alibi, ubi praecepti alicuius exempla proferuntur, huiusmodi particulae omitti a Fabio solent. Cf. I, 4, 42.

Quis nescit?] Turic. Flor. Guelf. *qui nescit?* cum Goth. et Voss. 2., quod equidem non plane damnaverim. Certe *qui scit*, *qui sis* pro *quis scit*, *quis sis* legisse me aliquoties memini. Sed in his certa de caussa commutantur pronomina, cuius commutationis dubito an in nostra formula non fuerit satis idonea ratio.

§. 13. *ex proximo*] „Non modo, inquit Spaldingius, quae significent eadem, verba possunt sibi invicem succedere, sed etiam in quibus levis est significationis differentia.“

libet] Ita Turic. Flor. Guelf. Camp. atque urbanior haec est ratio, quam si dixisset simpliciter *mutuamur*, quamquam sic antea posuerat *figuramus*. Spalding. cum reliquis *licet*.

ut non solum quomodo occurrent] Bonam hanc lectionem ex optimis libris restituit Spaldingius: antea erat *ut his* (*iis* Colon. 1527.) *non sol. quom. occurrerint*.

§. 14. *Non semper inter se idem faciunt*] i. e. non unoquoque in loco et verborum

semper enim haec inter se idem faciunt: nec sicut de intellectu animi recte dixerim *video*, ita de visu oculorum *intelligo:* nec ut *mucro* gladium, sic *mucronem* gladius ostendit. Sed ut copia verborum sic paratur, ita non verborum tantum gratia legendum vel audiendum est. Nam omnium, quaecunque docemus, hoc sunt exempla potentiora etiam ipsis quae

contextu possunt impune reciprocari.

visu] „Turic. Flor. (a pr. m. uterque) Guelf. *usu* cum Alm. Goth. Voss. 2. Per se quidem potius est, sed hic ob relationem ad „*intellectum* animi" praestare videtur nostrum." Spalding.

mucronem gladius] „Quin nec *mucro* semper *gladium*. Quis enim nisi fatuus dixerit, *I puer, adfer mihi mucronem*, cum gladium sibi dari postulat? Scilicet in ipsis etiam tropis verum inesse debet; recteque poeta *mucrone peremtum* aliquem dicit: neque enim profecto *capulo*. In hoc quidem exemplo vix quisquam peccat; utinam nec in aliis." Gesnerus.

§. 15. *sic paratur*] scil. multa lectione atque auditione.

Nam omnium] „Docetur, qua alia de causa legendum et audiendum sit." Wolff. In Colon. tamen ed. (1527.) scriptum reperi *Namque omnium:* quod nescio an praeferendum sit, si fides habenda Gerardo Buscoldiano, qui in praefat. se profitetur in Fabio recognoscendo, collatis multis exemplaribus, optimum quodque sequutum esse. Ne credas tamen, quia seq. vocabulum primam habeat vocalem, eo mihi *namque* videri scribendum esse. Nam qui vulgo praecipiunt ante conson. *nam*, *namque* ante vocalem poni, pariter ut *ac* = *atque:* ii mea quidem opinione frustra sunt. Quamquam enim nullo modo potest dubitari, quin nostri homines singulis fere paginis dicentes *ac ego*, *ac erat* [*atque ego*, *atque erat*] parum latine loquantur, quum ne Marcianus quidem Capella ita dixerit: longe tamen alia particularum *namque* et *nam* differentia est. Nec vero Graecorum γάρ et καὶ γάρ, nisi qui expletivam illam quam vocant rationem sequatur, idem valere umquam contenderit.

docemus] „Suspicabar fuisse *docemur*. Neque enim valde aptum, ut se suosque in docendo socios hic respiciat solos. Quid hominibus generatim accidat, ostendendum est. Ii quidem discunt omnes, non docent. Quia tamen mox est *qui discit*, retinenda nunc videtur vulgata." Spalding.

hoc — quia] „Haec inter se invicem referuntur, quasi *propterea — quod*. [Vide Iudicem

traduntur artibus, cum eo qui discit perductus est, ut intelligere ea sine demonstrante et sequi iam suis viribus possit: quia quae doctor praecepit, orator ostendit.

16 Alia vero audientes, alia legentes magis adiuvant. Excitat qui dicit spiritu ipso, nec imagine et ambitu

ad Xenoph. Hier. s. v. οὗτος p. 115. a.] Nulla autem ratio *hoc* struendi cum comparativo *potentiora* quasi dictum pro *tanto*." Spald. Verumtamen pro *tanto* dictum putavit Wolff. Cf. VII, 1, 37. Cic. Off. I, 45, 159. Brut. 62, 227. de Or. I, 3, 12. II, 2, 9. Caeterum particula *cum*, quae sequitur, h. l. tempus indicat.

artibus] Pluralis dicitur de pluribus illis praeceptis, quibus tota ars et ratio continetur. Cf. VIII, 3, 2. XI, 1, 54. „observatio *artium*." Similiter Graeci τέχναις dicunt. Cf. Spald. ad II, 15, 4. p. 344.

praecepit] Sic. Turic. Flor. Guelf. Ienson. Tarvis.: reliqui *praecipit*. Minus bene.

§. 16. *audientes, al. legentes*] Praestat haec lectio vulgatae *legentes, al. audientes*, et recepit eam ex optimis libris iam Spald. Sic etiam Colon. (1527.)

spiritu ipso] *Spiritus* est calor et vehementia dicentis, ut recte explicuit Spaldingius. Similiter Cicero Orat. c. 37. §. 130. „carent libri *spiritu* illo, propter quem maiora eadem illa, quum aguntur quam quum leguntur, videri solent." Brut. 24, 93. „*vis* et quasi *flamma* oratoris." Graeci de eadem re πνεῦμα dixerunt. Vid. Ernest. Lex. Techn. Graec. Rhet. p. 273.

ambitu rerum] „*Ambitus rerum* quid sit, dicere difficilius est. Animadvertatur tamen, *imaginis* mentionem praecedere, qua ductum incidisse Fabium in *ambitum rerum*; itaque nescio an sit rerum circumscriptio, quam prima lineamenta ducentes faciunt pictores. Spald. scribendum esse coniicit *habitu* i. e. externa forma et colore rerum. Hoc patet, *imaginem et ambitum rerum* opponi *rebus*." Wolff. Landsidelius *ambitum* interpretabatur „artificiosam comprehensionem atque explicationem rerum ad aucupandam gratiam." Neque multum ab eius sententia abhorret censor. Ien. (p. 239.), *imagine et ambitu rerum* pro *ambitiosa imagine rerum* [ἐν διὰ δυοῖν] dici existimans. „*Die Rede*, inquit ille, *welche gesprochen wird, strebt nämlich nach Sieg, die herausgegebene Rede hingegen nach des Lesers Beifalle*." Sed idem tamen, quoniam *et* copula ante v. *ambitu* absit a codice Turic., *imagine* suspicatur ab interprete profectum esse, qui, quid esset *ambitus*, vellet explicare. Certe *ambitum* a Fa-

rerum, sed rebus incendit. Vivunt omnia enim et moventur excipimusque nova illa, velut nascentia, cum favore ac solicitudine. Nec fortuna modo iudicii, sed etiam ipsorum qui orant periculo afficimur. Praeter haec vox et actio decora, commoda, ut quisque 17
locus postulabit, pronunciandi (vel potentissima in dicendo) ratio et, ut semel dicam, pariter omnia docent.

bio plus semel usurpari de ambitiosa rerum expositione. Declam. IV. sub fin. (p. Burm. 102.) „Novo mihi inauditoque opus est *ambitu* rerum.“ Declam. I. pr. (p. 1.) „Si iuvenis innocentissimus, iudices, uti vellet *ambitu* tristissimae calamitatis.“ Vid. ibi Schultingius. Meliora his equidem, ut me tibi indicem, proferre nequeo et praestat silere quam parum dicere. Hoc tamen persuasum est, neque *et* delendum neque de figura, quae ἓν διὰ δυεῖν vocatur, cogitandum esse.

Vivunt omnia enim] Hoc ordine haec verba praebent Turic. Flor. Guelf. Camp. eosque sequutus Spalding.: reliqui *Vivunt enim omnia.* Suadent nostrum ordinem etiam sequentia „et, ut semel dicam, pariter *omnia* docent.“ Cf. infr. ad §. 78.

§. 17. *actio*] h. l. separatur a pronunciatione.

commoda, ut quisque] Turic. Flor. *commodat aut quisquisque:* a sec. m. uterque — *quid quisque.* et sic Bodleian. Sed Guelf. Ienson. *commodat ut quid quisque* cum edd. ante Ald. *commendat ut quid quisque* Campan. cum Goth. Voss. 2. *accommodata, ut quid quisque* Ricc. et ed. Colon. (1527.) [eadem in praecedd. *vox et actio* cum Flor. omittit copulam et mox pro *postulabit* pariter ac Turic. Flor. Bodleian. et Ricc. praebet *postulavit.*] Alii aliter. „Nostrum, inquit Spalding., in mea quidem supellectile, primum comparet in marg. Choueti, recte erutum e vetustissimis.“

vel potentissima in dic.] „i. e. quae vel maximi momenti est in dicendo sive orando.“ Wolff. Cf. Spald. ad IV, 5, 8. V, 7, 37.

ut semel dicam] Cf. infr. 3, 22. XI, 1, 66. „ut semel plura complectar.“ VIII, 3, 55. „ut semel finiam.“ V, 13, 3. „ut, quod sentio, semel finiam.“ ubi bene Spaldingius: „Elegans, inquit, forma sibi quasi ipsius instantis et suam tarditatem indignantis.“ De graecis formulis simile quid significantibus vid. Zeun. ad Viger. p. 205. (ed. Hermann. III.) sq.

docent] Campan. cum Goth. Locatell. *docet.* At *omnia* non est accusativus, sed nominativus.

In lectione certius iudicium, quod audienti frequenter aut suus cuique favor aut ille laudantium clamor extorquet. Pudet enim dissentire et velut tacita quadam verecundia inhibemur plus nobis credere, cum interim et vitiosa pluribus placeant et a corrogatis laudentur etiam quae non placent. Sed e contrario quoque accidit, ut optime dictis gratiam prava iudicia non referant. Lectio libera est nec actionis impetu transcurrit: sed repetere saepius licet, sive dubites sive memoriae affigere velis. Repetamus autem et tractemus, et ut cibos mansos ac prope lique-

iudicium — extorquet] i. e. certam hanc iudicandi rationem aufert et eripit; ne quis interpretetur „certum aliquod iudicium reddere adigit.“ Cf. IV, 5, 6. „cognoscenti *iudicium* conamur *auferre*.“ et quae ibi notavit Spalding.

laudantium clamor] „cum aliorum, tum eorum maxime, qui ad plaudendum vel corrogari vel etiam conduci solebant. Cf. IV, 2, 37. et Plin. Epp. II, 14.“ Wolff. Digna est quae huc transscribatur lepida Hieronymi narratio, iam a Gesnero laudata, ex Ep. ad Nepotianum de vita Clericor. (plagul. 16. b. Erasm. Vol. IV, 1. p. 262. ed. Bened.): „Praeceptor quondam meus, Gregorius Nazianzenus, rogatus a me, ut exponeret, quid sibi vellet in Luca Sabbathum δευτερόπρωτον, eleganter lusit, Docebo te, inquiens, super hac re in Ecclesia, in qua mihi omni populo acclamante cogeris invitus scire quod nescis: aut certe si solus tacueris, solus ab omnibus stultitiae condemnaberis. Nihil tam facile, quam vilem plebeculam et indoctam concionem linguae volubilitate decipere, quae quidquid non intelligit plus miratur.“

§. 18. *interim*] „hic quidem non est pro *interdum*, sed suo significatu et quasi valens *tamen*.“ Spald. Cf. Bremius ad Corn. Nep. II, 5, 1.

§. 19. *prava iudicia*] Cf. III, 7, 18. „Nam quidam, ut Menander, *iustiora* posterorum quam suae aetatis *iudicia* sunt consecuti.“

tractemus] Non dubitat Spaldingius, quin fuerit a Quinctiliano *retractemus*, iubetque conferri II, 4, 13. „eandem materiam rursus a me retractatam.“ ubi Flor. Ambr. 2. *retractatam*, Ambr. 1. et Guelf. *tractatam*. Non puto quidquam mutandum esse. *Repetamus et tractemus* dicitur quasi pro *repetendo tractemus*; quamquam hoc quidem cum minore vi et gravitate diceretur, quam quae est in vulgata.

factos demittimus, quo facilius digerantur, ita lectio non cruda, sed multa iteratione mollita et velut confecta, memoriae imitationique tradatur.

Ac diu non nisi optimus quisque et qui credentem sibi minime fallat, legendus est, sed diligenter ac paene ad scribendi solicitudinem: nec per partes modo scrutanda omnia, sed perlectus liber utique ex integro resumendus, praecipue oratio, cuius virtutes fre-

demittimus] Mss. et. edd. ante Gryph. dant *dimittimus*. At cibos mansos in alvum *demittimus*. Laudat Burmannus Ovid. Ib. v. 389. „Vt quos *demisit* vastam Polyphemus in alvum.“ ubi tamen alii legunt *dimisit*, quod et ipsum defendi, maxime propter addita verba *vastam alvum*, poterit.

digerantur] „Potestate *concoquendi* non quidem labentis, sed recentioris est latinitatis, quod primum videtur in *dentibus* cibum *digerentibus*, i. e. minuentibus, dictum, velut Plin. H. N. XI, 37. §. 61. Seneca tamen et Celsus nostro iam significatu usurpant. Cf. Qu. XI, 3. 19.“ [„facilis ciborum *digestio*“] Spalding. Add. XI, 2, 35.

iteratione] Turic. Flor. Guelf. *alteratione* cum Almel. et Palat. Gebhardi. Sed recte Burmannus ait: „vox illa *alteratio* ex Monachorum et Scholasticorum Philosophorum officinis prodiit. — Verba autem haec ex ipsa re petita et propria sunt: *mollire* enim est coquere. Ovid. I. Metam. 228. *confici* vero cibus etiam dicitur, quum manditur. Plin. XI. c. 37. Columell. VI, 2. Scribon. Larg. §. 122. „„capientem cibi exiguum, quod facile *conficiatur*, ne crudus sumat medicamentum.““ ubi pro *concoqui* sumitur; ut etiam apud Plin. lib. VIII. c. 21. „„omnia dentibus frangentes protinusque devorata *conficientes* ventre.““

§. 20. *scribendi solicitud.*] Frustra Lochmannus corrigebat *scribentis*, quamquam hoc ipsum in interpretatione posuit Melanchthon. Caeterum pro *ac paene* in Colon. (1527.) est *et paene*.

praecipue oratio] „et maxime si liber ille sit oratio quaedam clari alicuius patroni.“ Gesner. Pro vulgari autem *praecipueque* Spalding. bene scripsit *praecipue* cum optimis libris. Non enim ubique admitti particula *que* potest et in eiusmodi locis, qualis hic est, primaria eius potestas utrum conveniat necne, diligenter debet examinari. Recte ea adiicitur infra §. 27. simili-

21 quenter ex industria quoque occultantur. Saepe enim praeparat, dissimulat, insidiatur orator eaque in prima parte actionis dicit, quae sunt in summa profutura. Itaque suo loco minus placent, adhuc nobis, quare dicta sint, ignorantibus: ideoque erunt cogni-
22 tis omnibus repetenda. Illud vero utilissimum, nosse eas causas, quarum orationes in manus sumserimus, et quoties continget, utrinque habitas legere actiones: ut Demosthenis atque Aeschinis inter se contrarias: et Servi Sulpici atque Messalae, quorum alter pro

terque IV, 5, 18. ubi vid. Spalding.

§. 21. *dissimulat, insidiatur orator eaque*] „Turic. Flor. (quamquam hic primam vocem non videtur mutare) *dissimilatim insidiatis oratore atque* cum Almel., ex quo duo postrema non memorantur: a sec. m. uterque — *insidias* (Flor. *insidiat*) *orator atque*. et sic Guelf. Goth. cum Voss. 2. Bodl. et edd. ante Basil. Sed Camp. *dissimulat in insidias orator atque*. Nostrum ex correctione verissima" [legiturque etiam in ed. Colon. (1 27.), in qua tamen deinceps est *a prima parte*.] Spalding.

actionis] „Plane pro oratione etiam scripta: cf. ad IV, 1, 32." Spald.

sunt in] Quod a quibusdam inseritur *forte*, codicibus auctoribus recte eiecit Gibson. Neque enim *temere* debent oratoribus verba excidere.

dicta sint] Ienson. *dicta sunt* cum edd. recentt. ante Basil. Vid. quae disputavimus supra ad §. 1.

§. 22. *Demosthenis atque Aeschinis*] Cf. III, 6, 3. VI, 1, 20. VII, 1, 2. Cic. de Opt. Gen. Oratt. c. 5. et 7.

et Servi Sulpici] Factum bene, quod Spaldingius cum Turic. Flor. aliisque dedit *et* pro *ut* vulg. Nam „iterum positum *ut* ante *Serv.* inepti fuerit tumoris." Sed idem non debebat reiicere genitivos per simplex I scriptos, quos et hic et alibi repraesentaret optimus cod. Turic. Cf. cens. Ien. p. 230. Schneideri *Formenlehre der lat. Sprache* t. I. p. 59. sq. Erat quum crederem Quinctilianum has formas in antiquorum maxime hominum nominibus usurpasse, ut ad eam magis accederet rationem, qua ipsi in nominibus suis efferendis usi fuissent.

quorum alter] Vter intelligendus sit, non satis certum est, quia Sulpicius VI, 1, 20. dicitur *contra Aufidiam* dixisse, idemque *pro Aufidia* IV, 2, 106. Sed quum etiam in fragm. Festi

Aufidia, contra dixit alter: et Pollionis et Cassi reo Asprenate, aliasque plurimas. Quin etiam, si minus 23
pares videbuntur, aliquae tamen ad cognoscendam litium quaestionem recte requirentur: ut contra Ciceronis orationes Tuberonis in Ligarium et Hortensi

p. Dacer. 2. Serv. Sulpicius *pro* Aufidia memoretur et tres modo eius orationes exstare narrentur (infr. §. 116. et 7, 30.), quarum duas in una caussa contrarias fuisse non est credibile: mihi quidem admodum probabile fit, in loco VI, 1, 20. Fabium nostrum errasse, quum vellet scribere „*M. Valerius Messala* contra Aufidiam" pro eo, quod nunc legitur „*Servius Sulpicius* contr. Auf." Cf. infr. ad §. 66. Nisi quis forte in *Aufidiae* nomine dixerit erratum fuisse, ut legatur „Serv. Sulpicius contra *Messalam* — praemonet": praesertim quum in altero simili exemplo, quod deinceps affertur, dicantur haec: „Nec non ab *Aeschine*, quali sit usurus *Demosthenes* actione, *praedictum est*." Caeterum caussa ipsa qualis fuerit Aufidiae, nemo veterum prodidit.

reo Asprenate] C. Nonius Asprenas, qui avunculum habebat P. Quinctil. Varum, infelicem illum contra Germanos ducem (vid. Vell. Pat. II, 120, 3.), caussam dixit veneficii, quum accusatus esset a Cassio Severo, quod unius patinae veneno necasset CXXX convivas. Dixit pro eo Asinius etiam Pollio, ut apparet ex hoc loco. Cf. Sueton. Octav. c. 56. Plin. H. N. XXXV, 12, 46. Ex Cassii adversus Asprenatem oratione quaedam afferuntur XI, 1, 57.

§. 23. *minus pares*] „ita ut alter ab altero distet vel sit praestantior. Cf. §. 102." Wolff. De Tuberone Spaldingius attulit verba Pomponii de Orig. Iuris (Digest. lib. I. tit. II. §. 46.), quae sunt haec: „Tubero—transiit a caussis agendis ad ius civile; maxime postquam Q. Ligarium accusavit nec obtinuit apud C. Caesarem. — Tubero doctissimus quidem habitus est iuris publici et privati et complures utriusque operis libros reliquit: sermone etiam antiquo usus affectavit scribere et ideo parum libri eius grati habentur." De Hortensio notum est iudicium Ciceronis (Orat. 38, 132.): „Dicebat melius quam scripsit Hortensius." Cf. Quinctil. XI, 3, 8.

aliquae tamen] intell. orationes. „Fateor hoc pronomen utpote frigidum parum mihi placere et nescio an melius scribatur *aliquando tamen*." Wolff. Nihil quidquam mutandum est. Vide modo quae statim sequuntur.

pro Verre. Quin etiam easdem causas utrisque erit scire. Nam de domo Ciceronis dixit Calidius: et pro Milone orationem Brutus exercitationis gratia scripsit, etiamsi egisse eum Cornelius Celsus falso existi-
24 mat. Et Pollio et Messala defenderunt eosdem et no-

Quin etiam] „Vide mihi ne in exquisitiorum quidem vocabulorum usu caventem sibi ab iteratione Quinctilianum; nam modo erat *quin etiam* (cf. IX, 4, 131. IX, 3, 78.): nec anaphoram hic ullam potuit affectare.“ Spald. Cf. ad §§. 25. 26. 2, 12.

easdem causas utrisque erit scire] Spald. Philandri amplexatus coniecturam dedit *easdem causas ut quisque egerit, utile erit scire.* Nostra lectio optimorum auctoritate librorum nititur praebetque hanc sententiam: *duas duorum orationes pro iisdem scriptas operae pretium erit cognoscere.* uti bene intellexit Sarpius Quaest. c. VII. p. 51. Nam caussas a duobus defensas nunc commemorans mox laudat Fabius tres orationes pro Voluseno Catulo a tribus patronis habitas. Sed editores quominus recte de h. l. iudicarent, impediebat formula *erit scire:* quam ne quis Quinctiliano gravetur tribuere, audiatur Sarpius: „Notum est, inquit, non Ciceronem quidem, optimos tamen et poetas et oratores Graecorum more scribere *est videre* pro licet, opus est, operae pretium est videre. Est nubes testium apud Heusingerum in observatt. antibarbb. p. 403.; adde, si placet, Gronov. ad Senec. de Clement. I, 18. et NN. QQ. I. praef.“ Cf. ad 5, 3.

de domo] Ante Spalding. erat *pro domo.* Sed *de domo* optimi codd.: et orationem *de domo* inscriptam memorant Aquila Romanus et Iul. Rufinianus. Cf. Fr. Aug. Wolf. in praef. quattuor orationibus praemissa p. XV. it. Markland. ibid. p. LXVIII. „Significatur oratio, quam Cicero de domo sua ad pontifices habuit, ut discimus ex epist. ad Att. IV, 2. Quae hodie sub nomine *Orat. pro domo sua* circumfertur, eam haud genuinam esse contenderunt Marklandus et Wolfius.“ Wolff.

Cels. falso exist.] „Attende Celsum in eo errantem, quod satis notum ei fuisse nobis videri poterat. Pedianus [Asconius, qui memorat Bruti orationem in Arg. Or. Cic. pro Mil. p. Graev. 781.] idem quod Qu. narrat.“ Spald.

§. 24. *et Messala*] Sic bene cum praestantissimis libris edidit iam Spald. pro vulg. *ac Mess.* Idem suspicatur *et — et* dictum ut *tam — quam.* Ac sane varius harum particularum usus est, qui tamen et hic et alibi cum primaria significatione conciliari facile possit.

bis pueris insignes tres pro Voluseno Catulo, Domiti Afri, Crispi Passieni, Decimi Laeli, orationes ferebantur. Neque id statim legenti persuasum sit, omnia, quae optimi auctores dixerint, utique esse perfecta. Nam et labuntur aliquando et oneri cedunt et indulgent ingeniorum suorum voluptati: nec semper intendunt animum; nonnunquam fatigantur: cum Ciceroni dormitare interim Demosthenes, Ho-

insignes tres pro] Numerale adiecimus cum Voss. 2. Locatell. Bad. idemque probat Sarpius (Quaest. c. VII. p. 51.). Neque enim recte satis omitti potest vel propterea, quod quae in codd. Turic. Flor. et al. exstat scriptura (*insignes at pro*) idem voluisse librarios documento est. „Aut enim numerus, ut saepe, a librariis omissus est aut ultimae litterae vocis *insignes* vocabulum *tres* devorarunt.“ Sarpius.

ferebantur] i. e. in manibus hominum et ore erant. Cf. §. 129. 7, 30. Nam „huic verbo, inquit Spald., non utique inest falsitatis insimulatio.“ Vid. Suet. Domit. 9. Iul. 55. 56. et 20. ubi vid. Brem.

optimi auctores] Turic. *omni* Flor. *omnis*. caeteri *omnes*. Vnde Philander reposuit *magni*, quod tamquam verum laudavit et cum recentioribus recepit Spaldingius.

labuntur aliquando] „Nam in magnis quoque auctoribus incidunt aliqua vitiosa.“ Ita ipse Fabius infr. 2, 15. Caeterum h. l. bene variatur particulis idem significantibus: *aliquando — nec semper — nonnunquam — interim*. Cf. ad §§. 25. 26.

animum: nonnunquam] Ed. Colon. (1527.) *animos et nonnunquam*. Non displicet.

Ciceroni dormitare — Demosthenes, Horatio — Homerus] De Demosthene idem dictum Ciceronis repetiit Qu. XII, 1, 22.: de Homero satis notum Horatii ad Pis. 359. „Indignor, quandoque bonus *dormitat* Homerus.“ Ciceronis locum hunc afferunt (Orat. 29, 104.): „Tantum abest, ut nostra miremur, ut usque eo difficiles ac morosi simus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes; qui quamquam unus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas. Ita sunt avidae et capaces et semper aliquid immensum infinitumque desiderant.“ Quo quidem loco quum Tullius non dixerit *dormitare*, Spaldingius sit apparere, Quinctilianum id ab Horatio ad Ciceronem secure transtulisse et in utroque auctore uno *dormitandi* verbo defunctum esse. At vero ea ratio

25 ratio vero etiam Homerus ipse videatur. Summ enim sunt, homines tamen: acciditque his, qui quid quid apud illos reperietur dicendi legem putant, u deteriora imitentur (id enim est facilius) ac se abund similes putent, si vitia magnorum consequantur.

26 Modeste tamen et circumspecto iudicio de tanti viris pronunciandum est, ne, quod plerisque accidi

nunc quidem non requiritur. Sic enim Plutarchus in vita Ciceronis c. 24.: *Καίτοι τινὲς τῶν προσποιουμένων δημοσθενίζειν ἐπιφύονται φωνῇ τοῦ Κικέρωνος, ἣν πρός τινά τῶν ἑταίρων ἔθηκεν ἐν ἐπιστολῇ γράψας, ἐνιαχοῦ τῶν λόγων ἀπονυστάζειν τὸν Δημοσθένην.* Nec vero hic locus fugit exquisitam Sarpii nostri scientiam. Vid. Quaest. c. VII. p. 56.

§. 25. *homines tamen*] Frequens erroris vel imbecillitatis humanae excusatio: *homines sumus, homo sum.* Vid. Burmann. ad Petron. c. 75., ubi idem recte castigat vulgarem errorem huc trahentium, quod Terentianus ille Chremes dicit (Heaut. I, 1, 25. ubi vid. Ruhnk.): „Homo sum: humani nihil a me alienum puto.“ Cf. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 114. Heindorf. ad Plat. Soph. §. 30.

his, qui] Sic Turic. Flor. Guelf. Camp.: reliqui *iis, qui.* Ita saepe Spalding. in his libris optimorum codd. auctoritate restituit demonstrativum. Cf. ad §§. 53. 40. 91. 128. 2, 9. Sed idem infr. §. 74. cum Turic. Flor. Guelf. Voss. 2. recte dedit „*bonorum post eos auctorum*“ pr vulg. *bon. post hos auct.* Qui differant *is* et *hic*, longum e h. l. exponere.

reperietur) Ita praeclare Spal cum Turic. (a prim. man. i cod. est *reperiertur.*): *repe rierunt* Flor. Basil. *reperitu* Guelf. Camp. Ald.: reliqui *re pererunt.* Non satis caute d h. l. iudicavit Genslerus p. 28. s *Reperietur* est *aoristus* futuri.

25. 26. *accidit — putant — putent — accidit*] Cf. ad §. 23 ubi intra breve spatium bis po situm erat *quin etiam.* Ita mo §§. 28. 29. *quaedam — quaeda —quaedam.* Cf. §. 42. Sed tali reperiuntur apud optimos scrip tores et Graecos et Latino Vide, ut hoc uno utar, Sallus Cat. XXV. „*Sed* in his — *Sed* — *Sed* ea.“

§. 26. *Modeste*] Turic. Flo (a pr. m. uterque) *modesta.* Vi detur fuisse *modesto.* Sic cer scriptum in ed. Colon. (1527

plerisque] i. e. permultis, n putes *plurimis*, quod etiamnu sunt qui ab altero *plerisque* ni hil differre credant. Corn. Ne XIII, 4, 2. „Timothei aute moderatae sapientiaque vit

damnent quae non intelligunt. Ac si necesse est in alteram errare partem, omnia eorum legentibus placere quam multa displicere maluerim.

III. Plurimum dicit oratori conferre Theophra- 27
stus lectionem poetarum, multique eius iudicium sequuntur: neque immerito. Namque ab his in rebus spiritus et in verbis sublimitas et in affectibus motus omnis et in personis decor petitur praecipueque velut attrita cottidiano actu forensi ingenia optime rerum talium blanditia reparantur. Ideoque in hac lectione Cicero requiescendum putat. Meminerimus 28
tamen, non per omnia poetas esse oratori sequendos, nec libertate verborum nec licentia figurarum;

quum *pleraque* possimus proferre testimonia, *uno* erimus contenti.“ Vid. ad eum locum Brem.

damnent quae non intelligant] „Hoc ex Strabone lib. VII. sumptum de Callimacho grammatico, audaci et inepto Homeri correctore, putat Fabrett. ad Column. Traian. p. 51.“ Almelov.

in alteram — partem] i. e. *in alterutram* (vel *unam*) *partem*. Cf. I, 4, 24. V, 10, 69. IX, 3, 6. ubi haec sunt: „Fit etiam ex duobus (quorum necesse est *alterum* verum) eligendi adversario potestas efficiturque, ut, *utrum* [i. e. utrumcumque, utrumlibet: vid. Cic. Inv. I, 29, 45. 45, 83.] elegerit, noceat.“

§. 27. *Theophrastus*] „Theophrastus quoque Aristotelis discipulus de rhetorice diligenter scripsit.“ Quinctil. III, 1, 15. ubi vid. Spalding.

neque immerito] Ed. Colon. (1527.) *neque id immerito*.

in personis decor] „ut unicuique personae idoneus et aptus sit sermo.“ Wolff.

velut attrita cottidiano] „Hoc est, quod Petronius c. 5. vult: *Interdum subducta foro det pagina versum*. ubi vid. quae notavimus.“ Burmann. Pro *quotidiano* scripsimus *cottidiano*, quam rationem hic et infr. §. 44. tuetur cod. Turic. (vid. censor. Ien. p. 230.): et alteram formam *quotidie* damnavit ipse Quinctilianus I, 7, 6. ubi pro *cotidie* in Guelf. quoque exstat *cottidie*.

Cicero requiescendum putat] pro Arch. Poet. c. 6. pr.

§. 28. *figurarum; genus*] Ante Spald., qui hoc putat suasisse Philandrum, inserebant *totumque illud studiorum*. „*Genus* intellige *poeticum*, non *poeturum*. [Itaque *genus dicendi*,

genus ostentationi comparatum et praeter id, quod solam petit voluptatem et eam, fingendo non falsa modo, sed etiam quaedam incredibilia, sectatur, pa-
29 trocinio quoque aliquo iuvari: quod alligata ad certam pedum necessitatem non semper uti propriis possit, sed depulsa recta via necessario ad eloquendi quaedam deverticula confugiat; nec mutare quaedam modo verba, sed extendere, corripere, convertere, dividere cogatur: nos vero armatos stare in acie et
30 summis de rebus decernere et ad victoriam niti. Neque ego arma squalere situ ac robigine velim, sed fulgorem inesse, qui terreat: qualis est ferri, quo

quo utuntur poetae.] Minus hoc durum videbitur, si reputes, *genera dicendi* saepe dici a Quinctil.; nec aliud esse, videri saltem rhetori, poesin. Simile quid, etsi nostro mollius, X, 7, 31. Ad *comparatum* intelliges *esse* referesque ad meminerimus." Spald.

et eam] Sic Spald. cum Ienson. et edd. poster. ante Basil. *etiam eam* Turic. Guelf. Goth. Camp. *eamque etiam* Flor. cum Colon. (1527.) Basil. Reliqui *eamque*. *Eam* intelligi voluptatem, vix est quod afferam.

patrocinio] „Vnde defensio et excusatio poetis existat, in subseqq. docetur." Wolff.

§. 29. *certam pedum necessitatem*] Poetae enim metro servire coguntur: quod dicit ipse I, 8, 14.

alligata — depulsa] „Feminina haec participiorum sunt ab oblivione et grata, si cui ita appellare lubet, negligentia eius, qui *genus* quidem, quod modo posuerat, mollet, utpote neutrum, diutius usurpare et per synesin intelligeret poesin (cf. IX, 2, 79.), sicuti mox, est *historia*." Spald. Vid. quae commemoravi ad Xenoph. Hier. II, 15. p. 31. b.

depulsa recta via] Comparat Spald. II, 3, 9. „recto itinere lapsi": sed ibi Turic. Camp. Paris. 5. cum multis dant *lassi*, quod dubito an praeferendum *sit*.

nos vero — niti] Infinitivus c. accusativ. referendus est ad praeced. *meminerimus*. Non est igitur, cur post *niti* cum quibusdam addas *decet*.

§. 30. *robigine*] Ita Turic.: reliqui omnes *rubigine*. Sed cum Flor. Guelf. et Goth. dedi *suco* (§. 31.) pro *succo*. De utriusque nominis scriptura vid. Forcellin. in Lex.

fulgorem — qui terreat] Cf. VIII, 3, 3. 5. — Mox Flor. (a prim. m.) *qualis ferri*, omisso *est*.

mens simul visusque praestringitur; non qualis auri argentique, imbellis et potius habenti periculosus.

Historia quoque alere orationem quodam uberi 51
iucundoque suco potest. Verum et ipsa sic est legenda, ut sciamus, plerasque eius virtutes oratori esse vitandas. Est enim proxima poetis et quodammodo carmen solutum: et scribitur ad narrandum, non ad probandum: totumque opus non ad actum rei pugnamque praesentem, sed ad memoriam po-

praestringitur] Sic Flor.: alii cum Turic. *perstringitur*, alii *perstringatur*. „Disputant Burm. et Gesn. de *perstr.* an *praestr.* Hodie nemo dubitat: vid. Drakenb. ad Liv. XL, 58, 4. Cf. §. 92. [ubi Turic. Flor. al. *praestringitur*, Goth. Camp. al. *perstr.*]" Spald. Add. Interpp. ad Cic. Philipp. XII, 2. (p. Wernsdorf. 426.) Gernhard. ad Cat. Mai. XII, 42. — Indicativum quin iure probaverit Spald., nemo, ut opinor, dubitabit.

habenti periculosus] „quod praedae cupido in hoste excitatur." Wolff. Cf. Curt. III, 10. extrem. Liv. IX, 7, 16.

§. 31. *quodam uberi*] „Turic. Flor. Guelf. *quod. moveri.* Reliqui *quod. molli* [nisi quod Colon. a. 1527. dat *oratorem* pro *oration.*] Nostrum e coniectura. Sic mox §. 33. Turic. *mutiles* post *Xenophontem.*" Spalding. Confert idem Plin. H. N. XIII, 4, 9. (p. Harduin. 685.) „caryotae — succo uberrimae" et saepissime *pinguem succum* dici memorat.

poetis] Spald. suspicatur *poesi*. Non credo. Res ipsa vel persona ponitur pro rei attributo (cf. ad Xenoph. Hier. I, 38. infr. §. 98. add. Iustin. Hist. II, 14, 10. IV, 3, 2.): *proxima est poetarum operi.* Sed *poetis* hic voluit scribere Quinctil., quoniam praecesserat „*oratori* esse vitandas."

et scribitur] Turic. Flor. (a pr. man. uterque) *est et scribantur* (cum Almel., non memorato tamen *est*), a sec. *est et scribuntur*; et sic Guelf. Goth. Voss. 2. et edd. ante Basil., except. Camp. Colon. (1527.), in quibus *est et scribitur.* „Quid lateat frustra quaero. Nam si maxime reposueris *et res scribuntur*, ad vetustam scripturam ne sic quidem accedes." Spald. Videtur latere *gestae res scribuntur.* Hoc certe commodissime opponitur sequentibus „non ad *actum rei* pugnamque *praesentem.*"

ad actum — pugnam] „Forum designatur, velut VII, 2, 41. V, 12, 17. Cic. de Orat. I, 34. [§. 157.] Brut. 9. [§. 37.]" Spald. Cf. §. 27.

sueritatis et ingenii famam componitur: ideoque et verbis remotioribus et liberioribus figuris narrandi
52 taedium evitat. Itaque, ut dixi, neque illa *Sallustiana brevitas*, qua nihil apud aures vacuas atque eruditas potest esse perfectius, apud occupatum variis cogitationibus iudicem et saepius ineruditum captanda nobis est: neque illa *Livi lactea ubertas* satis docebit eum, qui non speciem expositio-
53 nis, sed fidem quaerit. Audeo, quia M. Tullius

verbis remotioribus] ab usu. Cf. IV, 2, 36. VIII, 2, 12. VIII. prooem. §. 31. De seq. *evitat* vid. ad §. 59.

§. 32. *ut dixi*] IV, 2, 45. qui locus omnino dignus est, quem cum nostro accurate conferas.

potest esse perfectius] „Turic. *potius esse perfectius*. Flor. (a pr. m.) *potius esse perfectius*. Ille a sec. m. *potest esse perfectum*, et sic Guelf. Nobis vetustam scripturam considerantibus videtur legendum *potius et perfectius*.“ Spald. Non ego aliter quam vult Spald. legendum censeo.

saepius ineruditum] „cum — iudicem rura plerumque in decurias mittant, de eo pronunciaturum, quod intellexerit.“ IV, 2. 45. ubi Spald.: „Singulae harum [*decuriarum*, de quibus vid. Heineccii Antiquitat. Rom. Iurispr. illustr. Syntagm. ad Inst. lib. IV, tit. XVII. II. p. 743. Haubold.] mille et pluribus constabant iudicibus, qui cum agros quisque eos plerumque colerent nec nisi ad iudicandum in urbem commearent, *horridiores et illiterati* fere erant.“

illa Livi] Ed. Colon. (1527.) insertum habet T [*Titi*]. Cf. VIII, 1, 3. De genitivi forma, quam e vestigiis codd. Turic. Flor. restituimus, supra dictum: non dicetur postea. De lactea ubertate vid. II, 5, 19.

docebit] Goth. *decebit* cum Voss. 2. et edd. ante Basil., excepto Camp. Ald., quibus, ut par erat, assensus est Gerard. Bucoldianus (Colon. 1527.).

expositionis] i. e. narrationis: ut saepe *exponere* idem valet quod *narrare*. Vid. Spald. ad III, 9, 7.

§. 33. *Audeo, quia*] Ita Turic. Flor. (cum Alm.): a sec. m. uterque *audio quia*. Guelf. *audio qui*. Goth. cum aliis *audio quod*, pro quo Camp. *addo quod*. Colon. (1527.) et Basil. *Quod fortius* (i. e. confidentius: cf. §. 105.) *dicere audeo, quia*. Spalding. tuetur vulgatum *adde, quod*: provocat ille ad XII, 1, 4. ubi haec leguntur: „*Adde quod ne* studio *quidem* — va-

nec Thucydidem quidem aut Xenophontem utiles oratori putat, quamquam illum *bellicum canere*, huius *ore Musas esse locutas* existimet. Licet tamen nobis in digressionibus uti vel historico nonnunquam nitore, dum in his, de quibus erit quaestio, meminerimus non

care mens — potest." At mihi cum censore Ien. (p. 240.) nulla dubitatio fuit, quin vera esset codicum Turic. Flor. ratio. Neque enim raro *audendi* verbum ponitur absolute, ut in his Ciceronis (de Orat. III, 24, 94.): „hos vero novos magistros nihil intelligebam posse docere, nisi ut *auderent* [intell. discipuli dicere]." Cf. Quinctil. 1, 5, 72.

nec Thuc. quidem aut Xen.] Spald. edidit *ne Thuc. quidem aut Xen.* At nostrum habent summae auctoritatis libri Turic. Flor. Saepe autem optimorum scriptorum interpretibus offensioni fuerunt particulae *nec — quidem:* quae quomodo differant ab alteris *ne — quidem*, explicare conatus est Gernhard. ad Cic. de Senect. IX, 27. Hoc quidem certum est, in *ne — quidem* utramque particulam arctissimo sensu coniunctam esse: in *nec — quidem* singulas voces per se valere neque alteram alterius caussa esse necessariam. Quod vidit etiam Goerenzius ad Cic. Acadd. II, 16, 82. „*nec* maiorem *quidem* multo putat esse *vel* tantum esse, quantus videatur": ubi *quidem* dicitur significare i. q. *sane*. Cf. id. ad II. de Fin. B. et M. 27, 87. extrem. Nonnumquam *nec — quidem* est *ac ne — quidem:* de quo vid. Oudendorp. ad Appul. Met. p. 258. b. De *nec — aut* cf. Interpp. ad Tac. Annal. I, 37. Bentl. ad Horat. Sat. I, 6, 68. Eae vero particulae ita dicuntur, ut per *aut* id inferatur, quod altero, per *nec* illato, paullo minoris esse momenti creditur. Atque ita, puto, intelligitur, *nec — quidem* quam praestet h. l. alteri *ne — quidem*. Iamque conferas etiam graecas particulas οὐδέ et οὐδέ γε.

Tullius — Thucydidem — Xenophontem] Loci Ciceronis sunt in Orat. 9, 30. seqq. 12, 39. 19, 62. Brut. 83, 287. de Opt. Gen. Oratt. 5, 15. „Interim, inquit Gesnerus, aliquid iuvari se Thucydidis historiis ediscendis putavit Demosthenes, qui octies eas sua manu descripserit. Lucian. adv. ind. p. 380. [§. 4. p. 102. Reitz.] Et notum est, quoties illo utantur Dionysii ambo, Halicarnasseus atque Longinus."

quamquam — existimet] Vid. infra ad 2, 21.

digressionibus] „*Digressiones* opponuntur iis, de quibus est quaestio agiturque." Wolff. Caeterum pro *in his* ante Spald. erat *in iis*. Cf. §. 25.

athletarum toros, sed militum lacertos esse: nec versicolorem illam, qua Demetrius Phalereus dicebatur
34 uti, vestem bene ad forensem pulverem facere. Est et alius ex historiis usus et is quidem maximus, sed non ad praesentem pertinens locum, ex cognitione rerum exemplorumque, quibus in primis instructus esse debet orator, ne omnia testimonia expectet a li-

toros — lacertos esse] Ita omnes libri, praeter Flor., qui praebet *toris — lacertis esse*: cuius indicio, ut ait, usus Spaldingius ante *esse* de coniectura addidit *opus*. Neque tamen, quum bene haberet vulgata, tali additamento opus erat. „Nam ut apud Graecos post verba, quibus inest voluntatis et praecepti significatio, verbum δεῖν omittitur (vide subtiliter, ut solet, disputantem G. Hermannum ad Viger. p. 745.): sic Fabius scripsit: *non athletarum toros, sed militum lacertos esse.* — Sic Qu. X, 7, 28. *Ciceroni placet, nullum nostrum usquam negligentem esse sermonem.*“ Sarp. Quaest. c. VII. p. 52. sq. Quam rationem, ingeniosam sane et Sarpio dignam, ut amplexari in altero loco non dubito, ita hic quidem, quoniam aliud est *Ciceroni placet*, aliud *meminerimus*, nescio an simplicior haec sit, ut *esse* idem significare credas quod *locum habere*. — „Athletarum *tori*, i. e. musculi, robur habent, sed nimium sunt carnosi: itaque lasciviunt carne; at militum *lacerti* labore sunt astricti et robusti. Hos [milites] comparat *oratoribus*, ut athletas *historicis*.“ Turneb. De gladiatoria illa sagina Gesnerus iubet conferri Lips. Saturn. Serm. I, 14. Spaldingius X, 5, 17. it. VIII. prooem. 19.

versicolorem — vestem — forens. pulverem] Vide, quam sit tibi elegans Fabius in singulorum delectu verborum. Vbi enim *pulvis*, ibi neque apta neque utilis erit *variis coloribus distincta vestis*: et quantumvis intelligantur h. l. *forenses contentiones* atque *luminibus omnibus ornata oratio*, non tamen primaria *pulveris* et *vestis* significatio delitescit. — „Quis illa de Demetrio metaphora usus sit, nondum inveniebam.“ Gesnerus. Ablegat Spald. ad VIII. prooem. §. 20.

§. 34. *non ad praes. pertin. locum*] De exemplis tractatur lib. V. c. 11., ubi in primis cf. §. 37. propter verba *vel potentiora — gratiae vacant.*

ne — testimon. expectet] Flor. Camp. Goth. ed. Colon. (1527.) al. *nec — testimon. expect.* Turic. Guelf. Almel. *nec — expectat.* Spald. cum recentioribus, qui tamen *expetat*, pro

tigatore, sed pleraque ex vetustate diligenter sibi cognita sumat, hoc potentiora, quod ea sola criminibus odii et gratiae vacant.

A philosophorum vero lectione ut essent multa 35
nobis petenda, vitio factum est oratorum, qui qui-

nec dedit *ne:* et sic paullo ante in Turic. Flor. et Guelf. erat *ne vereicolorem.* Idem Spald. ait potuisse Quinctilianum dicere *petat; expetat* non item. *Testimonia* h. l. dicuntur quaecumque argumenta: *a litigatore* i. e. a caussa litigatoris, quam defendit. Explicat ita Wolffius.

§. 35. *vitio — oratorum*] Cogitandi pronunciandique ratio visque dicendi apud veteres Graecos uno sapientiae nomine coniuncta fuit. Sed postea inventi sunt, qui dicendi exercitationem exagitarent et contemnerent ac sapienter sentiendi et ornate dicendi scientiam, re cohaerentes, disputationibus suis separarent. Hinc discidium illud exstitit quasi linguae atque cordis, absurdum sane et inutile et reprehendendum, ut alii nos sapere, alii dicere docerent. — Ita sentiebat Cicero, quem vide de hac philosophorum cum oratoribus coniunctione disputantem de Orat. lib. III. capp. 15—20. Neque aliter Quinctilianus prooem. tot. op. §§. 9 — 18. „Inertia, inquit §. 13. sq., factum est, ut artes esse plures viderentur. Nam ut primum lingua esse coepit in quaestu institutumque eloquentiae bonis male uti, curam morum, qui diserti habebantur, reliquerunt. Ea vero destituta, infirmioribus ingeniis velut praeda fuit [„quasi captiva servili- liter eloquentia est tractata et adhibita" Wolff.]. Inde quidam, contemto bene dicendi labore, ad formandos animos statuendasque vitae leges regressi, partem quidem potiorem, si dividi posset, retinuerunt: nomen tamen sibi insolentissimum arrogaverunt, ut soli sapientiae studiosi vocarentur." — Sed dicendum nunc de ipsa huius loci scriptura: in qua constituenda vereor ut satis cautus fuerit Spaldingius, quum ex coniectura scriberet *factum est alio oratorum.* Quod ut vix poterat ulla interpretatione cum nostro loco et praecedentibus conciliari, ita ipse Spald. pro *alio* legendum suasit *illo* vel *aliquo.* Et *illo* probavit Wolffius, alterum Genslerus (p. 30.). Miror neminem proposuisse *aliorum.* Quamquam nihil horum placet. Nam quod in codd. Turic. Flor. et Alm. legitur *alia oratorum*, in ea re recte vidit censor Ien. (p. 258.) *alia* profectum esse ab librariis, *alia* exemplaria pro *oratorum* aliud verbum praebere significantibus. Idemque indicat illud *alias*, quod h. l. in quibusdam libris comparet. Hoc enim verbo

dem illis optima sui operis parte cesserunt. Nam et de iustis, honestis, utilibus iisque, quae sint istis contraria, et de rebus divinis magnifice dicunt et argumentantur acriter: et altercationibus atque interrogationibus oratorem futurum optime Socratici prae-
36 parant. Sed his quoque adhibendum est simile iudicium, ut etiam cum in rebus versemur iisdem, non tamen eandem esse conditionem sciamus litium ac disputationum, fori et auditorii, praeceptorum et periculorum.

37 IV. Credo exacturos plerosque, cum tantum esse utilitatis in legendo iudicemus, ut id quoque adiun-

et ipso saepissime utebantur, si qui aliorum librorum lectiones vellent commemorare. Fortassis igitur Quinctil. dederat *rhetorum*, pro quo reponendum *oratorum* crederent. Neque Cicero quidem oratores, praesertim Graecos, *rhetores* dicere dubitavit (cf. Orat. 9, 31.): ac videri potest Quinctilianus vel propterea hoc nomine usus esse, quod Graecos maxime oratores h. l. respiceret.

magnifice] Hoc ut in locum vulgati *maxime* substituerem, movit me Sarpii auctoritas ita disputantis (Quaest. c. VII. p. 56. sq.): „Quis enim appellabitur philosophus, nisi de rebus divinis humanisque magis dicens quam oratores, historici? Reponatur ergo, ut alibi [Epist. p. 12.] demonstravi, *magnifice* pro *maxime*. Nullus quidem liber aut scriptus aut typis expressus huic emendationi patrocinatur; at ille, quem ducem sequitur Fabius in scriptorum censura, Dionysius Halic. tom. V. p. 430. ed. Reisk. legendos censet Pythagoreos, ut *μεγαλοπρεπῶς τῇ λέξει*, imitandosque Xenophontem et Platonem *τῆς μεγαλοπρεπείας χάριν*." Cf. infr. §. 84.

Socratici] „qui in docendo Socratis ratione utuntur, quam ostendunt Platonis dialogi." Wolff.

§. 36. *litium ac disputationum*] Litigant patroni, philosophi disputant.

praeceptorum et periculorum] „Hoc posterius dici pro [litibus et] iudiciis, non adeo insolens. Cf. XII, 7, 11. IV, 2, 122. Cic. pro leg. Man. I, 2. pro Arch. II, 4. VI, 21. Nepos in Phoc. II, 3. [cf. Brem.] Additis quibusdam vocabulis magis rem definientibus etiam frequentius. Almelov. monet, hoc modo (§. 16.) dictam *fortunam iudicii*. In voce *praeceptorum* neutrum genus nemo non agnoscet." Spald.

gamus operi, qui sint, quae in auctore quoque praecipua virtus. Sed persequi singulos infiniti fuerit 38
operis. Quippe cum in Bruto M. Tullius tot millibus versuum de Romanis tantum oratoribus loquatur et tamen de omnibus aetatis suae, exceptis Caesare

§. 37. *qui sint*] ii, quos maxime legendos censeamus. Ante Spald. legebatur *qui sint legendi;* sed postremum vocab. ut non est necessarium, ita iure abest ab optimis libris.

auctore quoque] Hoc ordine haec verba suppeditant Turic. Flor. et al.: neque erat cur Spalding. ita scribere dubitaret pro altero *quoque auctore*. Videntur enim librarii propterea mutasse verborum ordinem, quod vellent impedire, ne quis *quoque* haberet pro particula. Sed tali cautione hic quidem nihil opus erat: nec vero rarus hic est pronominis positus. Cf. Cic. de Off. I, 5, 16.

§. 38. *versuum*] versiculorum, *Zeilen*. Cf. §. 41. VII, 1, 37. Cic. ad Att. II. ep. 16. (p. 146. Bip.) Plin. Epp. IV, 11, 16. „Ego non paginas tantum, sed *versus etiam* [ita leg. cum ed. Rom. pro vulg. *etiam versus*] syllabasque numerabo.“ Minus latine dicuntur *lineae*. Qui enim ad Appul. de Habitud. Doctrin. lib. III. (tom. II. p. 204. Bip.) provocant, alias res agere videntur.

suae, exceptis] Vulgo interponebantur haec verba: *quibuscum vivebat*. Sed haec ego non potui non reiicere, quum neque essent in ullo codice neque aptam explicationem admitterent. Quod autem praebet Turic. *quidque, contuuebit*, id nihil esse aliud, quam *quidque conticuerit*, ad verba *silentium egerit* ab interprete adscriptum, rectissime existimavit censor Ien. (p. 251. sq.). Vt videas tamen, quantopere hic locus editores vexaverit, transcribam adnotationem Wolffii: „Ne tautologia in his deprehendatur, particula *et* post *suae* scribenda videtur. *Homines suae aetatis* sunt in universum, quoscunque, ut cum Gesnero loquar, pars aliqua aetatis Tullii attigit, non exclusis, quos senes puer vidit aut vir iam factus Cicero, sed, quum scriberet Brutum, iam fato defunctos. Alterum autem *quibuscum vivebat* respicit tempus ipsum, quo scribendo Bruto operam dedit. Gesnerus scribi iubet: *et tamen de omnibus, suae aetatis quidem, quisque* (i. e. *quibusque*, et *qnibuscum*) *convivebat:* [nihil ille obstare putans, quod *convivere* notione *convivandi* usurpaverit Qu. cf. I, 6, 44. V, 9, 14. VII, 3, 31.] Sententiae obstat, quod in Bruto c. 61. et 88. facta est mentio Hortensii, qui quamquam a. u. c. 704. obiit, tetigit tamen Ciceronis ae-

atque Marcello, silentium egerit: quis erit modus, si et illos et qui postea fuerunt et Graecos omnes et
39 philosophos? Fuit igitur brevitas illa tutissima, quae apud Livium in epistola ad filium scripta, *legendos Demosthenem atque Ciceronem: tum ita, ut quis-*
40 *que esset Demostheni et Ciceroni simillimus.* Non

tatem. Aut igitur memoria lapsus est Fabius aut vera nondum est lectio. Regius legi vult: *qua quisque connivebat* i. e. dormitabat atque ad peiorem dicendi rationem defluebat. Sed talis sententia non exspectatur et deinde dubium est, an hac significatione *connivere* dici possit."

exceptis Caesare atque Marcello] Vid. Brut. c. 71—75. — Deinceps *illos* intellige eos, de quibus Cicero loquitur.

si — philosophos] „Repetendum *persequar* ex illis „singulos persequi": duriuscula sane, sed, ut Badius ait, non invenusta verbi ellipsi: cf. V, 12. extr. ubi ne erat quidem quod certo ex prioribus intelligeres." Spald. Talia saepissime reperiuntur apud Latinos pariter atque in scriptis Graecorum. Xenoph. Cyr. VI, 2, 19. *εἰ δὴ ταῦτα ἀπήγγελλέ τις ὑμῖν ἐν τοῖς πολεμίοις ὄντα, οἱ νῦν φοβούμενοι τί ἂν ἐποιήσατε; ὁπότε* [intell. *τοσοῦτον φοβεῖσθε*] *ἀπαγγελμένων, ὅτι Κροῖσος μὲν ἥρηται τῶν πολεμίων στρατηγός.* Quam rationem quum saepe neglexerint interpretes, tum hic fuerunt qui post *philosophos* verbum *persequemur* vel *persequar* adiicerent, pro quo recentioribus cum ed. Colon. (1527.) et Basil. scribere placuit: *et philosoph. et poetas persequi velim.* Ac sane mirantur Spaldingius et Wolfius, cur hic *poetarum*, de quibus et ipsis in seqq. sermo est, nulla fiat mentio. Sed nolebat Quinctil. tam religiosus esse, ut singulos, de quibus dicturus erat, accurate recenseret: et sic *historicos* quoque debebat commemorare. At hoc erat inepti tumoris. Similiter in Xenoph. Hier. II, 1. non poterat probari coniectura Heindorfii pro *ὄψων* rescribi iubentis *ὁσμῶν*. Vid. Brem. in Symb. Philoll. Helvett. Vol. I. p. 174.

§. 39. *Fuit*] Ita recte Spald. cum Tnric. Flor. al. pro vulg. *fuerit*, quod primus proposuerat Regius.

apud Livium in epistola] Vid. II, 5, 20. VIII, 2, 18. et ibi Spalding. Deperditam hanc esse epistolam, nemo ignorat.

tum ita] alios quoque legendos esse. — Pro *Demostheni* et *Ciceroni* Genslerus malebat genitivos. Sine idonea caussa. Vid. infr. 45. 65. 74. 2, 3. II, 5, 20. V, 14, 32. Cic. Brut. 56, 204.

est tamen dissimulanda nostri quoque iudicii summa. Paucos enim et vix ullum ex his, qui vetustatem pertulerunt, existimo posse reperiri, quin iudicium adhibentibus allaturus sit utilitatis aliquid, cum se Cicero ab illis quoque vetustissimis auctoribus, ingeniosis quidem, sed arte carentibus, plurimum fateatur adiutum. Nec multo aliud de novis sentio. 41 Quotus enim quisque inveniri tam demens potest, qui ne minima quidem alicuius certe fiducia partis memo-

§. 40. *tamen*] „Turic. Guelf. Camp. omittunt cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Bad. Miror, sed gaudeo, si habet Flor. Fortasse *sed* intercidit post *simillimus*.“ Spald.

iudicii summa] ita ut longior quaeque absit disputatio.

enim et vix ullum] Addidi *enim* ex codd. Turic. Flor. al.: Spald. omiserat cum Camp. Goth. Voss. 2. Reliqui *enim vel potius vix ullum*. Sed pro illo *vel potius* recte scriptum simplex *et*, quod, ut *atque*, non raro ponitur pro *vel potius*. Vid. Matth. ad Cic. II. Catil. 12, 27. IV, 9, 18. — Mox pro *his*, quod est in Turic. Flor. Guelf. Camp., ante Spald. erat *iis*. Cf. §. 33.

ingeniosis — arte carentibus] „Cf. I, 8, 8. Apparet, opinor, hic aliquid interesse inter *hos, qui — pertulerunt* et *vetustissimos illos*. Nempe *ingeniosos* illos *arte carentes* seiungere mihi Qu. videtur ab *his* cet. Non iam sunt il in omnium manibus, non celebrantur, igitur ne *vetustatem* quidem *pertulerunt*, locutione petita a vinis quae durent. Cf. II, 4, 9. ubi illustrat eam Pseudo-Turnebus: sed haec in lexica nunc relata sunt. *Hi* igitur *qui — pertulerunt* sunt, quos dicunt critici et rhetores *antiquos*, *veteres*, de quibus vide nos ad VIII, 5, 12. *Hos* quoque dixit quasi demonstrans eos, qui vulgo terantur.“ Spald.

§. 41. *aliud*] Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum Voss. 2. Goth. Almel. et edd. ante Colon. 1527. Reliqui *aliter*. Non erat quod mutaretur.

memoriam posteritatis speraverit] „i. e. nomen suum inter scriptores librorum professus sit, vel omnino aliquem librum ediderit. Nimiae sane simplicitatis hoc videri potest in nostro scriptore, quam ei excussisset profecto hodierna scribentium sedulitas, si potuisset cognoscere, *posteritatis memoriam* nequaquam cogitantium, sed Sosiorum obolum.“ Spald. Neque tamen satis accurate Spald. hunc locum interpretatus est. Nam *memoriam posteritatis sperare*

riam posteritatis speraverit? Qui si quis est, intra primos statim versus deprehendetur et citius nos dimittet, quam ut eius nobis magno temporis de-
42 trimento constet experimentum. Sed non quidquid ad aliquam partem scientiae pertinet, protinus ad faciendam etiam φράσιν, de qua loquimur, accommodatum.

Verum antequam de singulis loquar, pauca in universum de varietate opinionum dicenda sunt.
43 Nam quidam solos veteres legendos putant neque in ullis aliis esse naturalem eloquentiam et robur viris dignum arbitrantur: alios recens haec lascivia

est *sperare fore, ut posteri memoriam sui conservent suumque opus ex aliqua certe parte probent:* ad verba *alicuius partis* cogitandum est *operis sui.*

Qui si quis est] i. e. cuiusmodi scriptor si quis est: ut recte explicat Wolffius.

§. 42. *quidquid — pertinet*] „i. e. quidquid facit ad cognoscendum aliquid scitu dignum.“ Wolff.

φράσιν] Quinctil. VIII, 1, 1. „quam Graeci φράσιν vocant, Latine dicimus *elocutionem.*“ Cf. infr. §. 87. et VIII. prooem. §. 15. Eamdem „vocem, pro qua plerumque ἑρμηνείαν, λέξιν invenias, habent Seneca pater Exc. Contr. lib. III. p. 396. extr. (adde p. 198. ubi opponitur *lexi*) Dionys. Halic. Epist. ad Pompei. extr. p. Rsk. 787. itemque Longinus passim. Est et apud Strabonem l. XIII. p. 618. et Laertium V, 38. In Aristotele quidem et Hermogene quoque nondum legi.“ Spald. Cf. Schaef. Ind. ad Dionys. Comp. Verb. et Meletem. Critt. p. 166. sq. — De *faciendo* vid. ad 3, 3.

accommodatum] Vulgo addunt *est*, quod Spald. delevit cum optimis libris. — Deinceps Obrecht. omisit *loquar*, vitaturus, ut videtur, iterationem *loquimur — loquar.* Poterat omitti, per grammaticas quidem rationes; at non omittunt codd. eamque iterationem ferre didicimus. Cf. ad §§. 25. 26.

§. 43. *recens haec lascivia*] *Haec* lascivia eam significat, *quae nunc est.* De hoc usu pronominis vid. Spald. ad II, 5, 22. ubi etiam de *lascivia*, de qua eleganter disputat Ernest. Lex. Technol. Lat. Rhet. p. 236. — *Delicias* vid. I, 8, 9. et cf. Ernest. l. l. p. 108. Pro *deliciaeque* Turic. Flor. cum al. *deliciaque*, quod fuerunt qui consulto positum putarent, ut sectantes licentiosa notarentur.

deliciaeque et omnia ad voluptatem multitudinis imperitae composita delectant. Ipsorum etiam, qui 44
rectum dicendi genus sequi volunt, alii pressa demum et tenuia et quae minimum ab usu cottidiano recedant, sana et vere Attica putant: quosdam elatior ingenii vis et magis concitata et spiritus

§. 44. *Ipsorum etiam*] Ita scribendum esse rectissime putavit Spald., quum Turic. Flor. et Alm. haberent *ipso*, pro quo alii dederant *ipsos*. Vulgo legebatur *sunt etiam, qui — volunt:* qua quidem in lectione nemo improbabat indicativum, quem sciret a Quinctil. quoque post formulam *sunt qui* usurpari. Cf. Grotefend. gramm. lat. t. I. §. 236. 6. Heindorf. ad Horat. Sat. I, 4, 24. ad Cic. de N. DD. II, 32, 82. Caeterum Spaldingianam lectionem tuetur etiam ed. Colon. (1527.) Reliquum est ut de h. l. adscribam verba Wolfii: „*Ipsorum:* sequitur tertia classis eorum, quorum opiniones improbat Fabius. Alii enim veteres, alii novos solos legi volunt, alii rectum quidem dicendi genus sequi volunt, sed unum modo ex tribus dicendi generibus amant. [Tria haec genera sunt ὑδρόν, uber, grave, amplum: ἰσχνόν, gracile, tenue: μέσον, mediocre. Copiose de his disputat Cicero Orat. c. 23—28. Cf. Gell. VII, 14.] *Rectum dic. gen.*, quod inter veterum robur et lasciviam novorum medium est."

demum] accipe „pro *tantum*, temporis significatione oblitterata vel evanescente. Sic saepe apud Quinct. [I, 5, 29. 10, 5. II, 15, 1. IX, 2, 105. „*non* is *demum — sed etiam* qui" caet.] et alios eiusdem aetatis. Etiam Paulus e Festo (p. Dacer. 117.) „„Alii *demum* pro *duntaxat* posuerunt."" Vid. et Ruhnkenium ad Rutilium Lupum p. 67." Spald. ad prooem. tot. op. §. 3. Ad eamdem rationem accedere videtur *denique* in his: „Is enim *denique* honos mihi videri solet, qui — propter magna merita claris viris defertur et datur." Cic. Epp. ad Fam. X, 10, 4. Cf. Cort. ad Sall. Cat. c. 12. extr.

vere Attica] i. e. vere optima et elegantissima. Cf. XII, 10, 26. Cic. de Opt. Gen. Oratt. c. 4. extrem.

concitata] Capperonnerius illustrat τῷ γοργῷ et τῇ γοργότητι, de quibus Hermog. περὶ τῶν ἰδεῶν II, 1. p. Sturm. 373. sqq. Cf. Ernest. Lex. Techn. Graec. Rhet. p. 66.

et spiritus] Insertum a Spald. *alti*, quod coniecerat etiam Burmannus, excludendum putavi cum censore Ien., quum Turicensis scriptura *alia* (*alias*) *sputius*, Florentini *alios spurtius* librariis deberi videretur. Vid. ad §. 35.

plena capit: sunt etiam lenis et nitidi et compositi generis non pauci amatores. De qua differentia disseram diligentius, cum de genere dicendi quaerendum erit. Interim summatim, quid et a qua lectione petere possint, qui confirmare facultatem dicendi volunt, attingam. Paucos enim, qui sunt eminentissimi, excerpere in animo est. Facile est autem studiosis, qui sint his simillimi, iudicare: ne quisquam queratur, omissos forte aliquos, quos ipse valde probet. Fateor enim plurimos legendos esse, quam qui a me nominabuntur.

sunt etiam] Ita Turic. Flor. al., pro quo ante Spald. vulgabatur *sunt et*. Attende etiam, quam exquisita orationis variandae ratione h. l. et praeced. §. usus sit Fabius.

disseram diligentius] XII, 10, 65—70.

facultatem] Spald. conferens §. 1. hic malit *facilitatem*. Tu vero cave assentiaris. Qui vult *confirmare facultatem dicendi*, idem vult *assequi firmam dicendi facilitatem*.

§. 45. *qui sunt*] Turic. (a pr. man.) Flor. Alm. omittunt *qui*: ille a sec. m. *sunt enim*, et sic Guelf. Camp. Voss. 2. et edd. quaedam. Neque id displicet. Non infrequens certe talis repetitio particulae est. Cf. dicta ad Xenoph. Hier. XI, 6. Goerenz. ad Cic. Fin. III, 7, 26. 12, 40. et supr. §§. 8. 9. — In seqq. *qui sint his* Turic. Guelf. Goth. Voss. 2. habent indicativum, quem hic quidem improbo: pro *his* ed. Colon. (1527.) *iis*.

forte] Traiectionem particulae, frequentem illam apud antiquos scriptores, hic agnoscit Sarpius Analect. p. 28. laudatque Cannegiterum ad Aviani Fab. XXV, 4. p. 150. sq. Oudendorp. ad Suet. Ner. 15. (cf. etiam Brem.) Ruhnk. ad Vell. II, 68, 1. Potest etiam pro *temere* accipi.

plurimos] Turic. Flor. *plurimis* cum Almel., a sec. m. uterque *plurimos* cum Guelf. Camp. et Obrecht., eamque scripturam praetuli vulgatae *plures*, suadente etiam Sarpio (Quaest. c. VII. p. 53.). Qui postquam laudavit de hoc Graecismo agentem Fischerum ad Weller. III. a. p. 329. et Hermannum ad Viger. p. 718. itemque Weichertum Praefat. ad Melam p. XII, haec addit: „*plurimos* i. e. longe plures. Est sane lib. X, 2. ult. in Turic. *cum tanto plurima exempla bene dicendi supersint quam illis* cet.; nec Gronovio contigit ad Liv. XXXIV, 32. hunc usum Livio eripere; nec desunt

Sed nunc genera ipsa lectionum, quae praecipue convenire intendentibus, ut oratores fiant, existimem, persecor.

A) Igitur, ut Aratus *ab Iove incipiendum* pu- 46
tat, ita nos rite coepturi ab *Homero* videmur. Hic enim, quemadmodum *ex oceano* dicit ipse *amnium fontiumque cursus initium capere*, omnibus eloquentiae partibus exemplum et ortum dedit. Hunc nemo in magnis rebus sublimitate, in parvis proprietate

alia exempla, quae congessit Vossius in Aristarch. p. 382. et Sanctius in Minerv. p. 231. ed. V."

intendentibus, ut oratores fiant] Hos alibi dicit *oratores futuros* (cf. §. 35.) vel *oratores* simpliciter (cf. §. 4.).

persecor] Sic. Turic. (cf. ad §. 1.): et indicativum bene recepit Spald., cui accedunt etiam Flor. Camp. cum Goth. Reliqui *persequar*.

§. 46. *Igitur*] Quis est, 'quin hic et in iis, quae subsequuntur, Sallustianae meminerit gravitatis magnificaeque brevitatis? Miro verborum delectu, mira quadam veritate dicuntur omnia.

Aratus ab Iove] Noto initio Φαινομένων, Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα (*Carminis inceptor mihi Iuppiter.*) Illud Homericum *ex oceano* est Il. Φ, 195. Ὠκεανοῖο, Ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα Καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν. De Homero omnium doctrinarum fonte Gesnerus conferri iubet Fabric. Bibl. Gr. 2, 6.: Spald. laudat Dionys. Hal. de Comp. Verb. XXIV. (p. 370. ed. Schaef.): addit Sarpius (Quaest. c. VII. p. 51.) Eustathium in prooem. ad Odyss. p. 1379. idem quod Fabius de Homero praedicantem, quum eum appellet τὸν πάσης τῆς ἐν λόγοις τέχνης παθηγητὴν, ἐξ οὗ οἷα τινὸς ὠκεανοῦ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσαι λογικῶν μεθόδων πηγαί. Manil. Astron. II, 8., cuius versus haudquaquam invenustos non fuit consilium invidere tironibus: „cuiusque [Homeri] ex ore profusos Omnis posteritas latices in carmina duxit Amnemque in tenues ausa est diducere rivos, Vnius fecunda bonis." — Homeri autem locum si cum nostro comparaveris, haud indignabere, quod *vim*, additum vulgo post *amnium*, cum Turic. Flor. aliisque libris omisimus.

proprietate superaverit] Flor. (a sec. m.) Guelf. Goth. et edd. ante Basil. exc. Camp. Colon. (1527.) *propr. superavit*. Nescio an voluerint *superarit*. De *proprietate* probabiliter disputat Gesnerus p. 32.

superaverit. Idem laetus ac pressus, iucundus et gravis, tum copia tum brevitate mirabilis: nec poe-
47 tica modo, sed oratoria virtute eminentissimus. Nam ut de laudibus, exhortationibus, consolationibus taceam: nonne vel nonus liber, quo missa ad Achillem legatio continetur, vel in primo inter duces illa contentio, vel dictae in secundo sententiae, omnes li-
48 tium ac consiliorum explicant artes? Affectus quidem, vel illos mites vel hos concitatos, nemo erit

laetus—pressus] „Laetus dic. genere dicendi, ex ubertate quadam, metaphora fere poetica, qua *laetas segetes* Virgilius noto sensu dixit. Itaque Quinctiliano Homerus dic. et *laetus* et propter contrariam laetitiae illi virtutem *pressus*, i. e. castigatus, temperatus, ut *premi vites falce* poetae dicunt.“ Ernest. Lex. Technol. Lat. Rhet. p. 236.

§. 47. *laudibus — consolationibus*] „His demonstrativum [τὸ ἐπιδεικτικόν] continetur genus. *Litium ac consiliorum:* invenitur igitur deliberativum quoque et iudiciale genus [τὸ συμβουλευτικὸν καὶ τὸ δικανικὸν γένος τῶν λόγων] apud Homerum.“ Wolff.

vel—vel—vel] „Non videtur disiunctim, sed coniunctim accipiendum pro *et—et*, ut saepe: ut et hic mox §. 48. item XI, 2, 50.“ Spald. At vero non disiungit *vel*, sed in similium cognatarumque rerum enumeratione usurpatur: et ut valde differt ab *aut* (*aut Caesar aut nihil*), ita non potest idem esse cum *et*. Aliud est *Cicero et orator fuit et philosophus*, aliud si dicas *vel orator vel philosophus*. Quam ob rem ne in Ciceronis quidem loco (pro Ligar. 3, 8.), de quo nullam dubitationem esse opinabatur Spalding., satis recte *et* admitti poterat. Vrbanius multo sic dicitur: „cuius ego industriae gloriaeque faveo, *vel* propter propinquam cognationem *vel* quod eius ingenio studiisque delector *vel* quod laudem adolescentis propinqui existimo etiam ad meum aliquem fructum redundare.“

artes] Cf. §. 15. Neque enim tam *artificia* hic ea voce indicari videntur quam *praecepta rhetorica*, propter id quod subiicitur *explicant*. Nihil aliud de h. l. sentiebat Spald.

§. 48. *illos mites — hos concitatos*] intell. ἤθη (cf. §. 101.) καὶ πάθη. Vid. VI, 2, 8. et 9. „Hoc autem de Homero iudicium Fabius hausisse videtur ex Dionys. Halic.“ Capperonner. „Conferendus sane ad omnem hunc scriptorum recensum Dionys. ed. Rsk. t. 5. p. 415—436.

indoctus, qui non in sua potestate hunc auctohabuisse fateatur. Age vero, non utriusque s ingressus in paucissimis versibus legem prooeum non dico servavit, sed constituit? Nam belum auditorem invocatione dearum, quas praee vatibus creditum est, et intentum proposita n magnitudine et docilem summa celeriter comensa facit. Narrare vero quis brevius, quam 49

a enim fere procedit orionysius, si modo is caauctor, quo et Quinctis; ut appareat utrumque fuisse Aristarcheae in eli- quos imitationi propo- scriptoribus." Spald. Vid. d §. 54.

sua potestate — habuisse] haec scriberet Quinctil., eius obversabatur graeyew. Quod autem *poetam auctorem*, id sane inso- est. Neque enim, quod intellexit Spald., huc Cicero pro Muren. XIV, ngeniosus *poeta* et *auctor* bonus." Omnino *auctor* criptore a Quinctiliano e aequalibus saepe dici- Cicerone et antiquioribus tem. Sed plerumque taremanet aliquod originis um, ut sit, quem *fontem* is dicere, in historia maaliisque disciplinis. Cf. aborch. ad Liv. VIII, 30, llar. Cur. Poster. p. 80.

utriusque] *Non* pro vulsonne habent Turic. Flor. al.: et *non* sic usurpavit ipse Cicero. Vid. Goerenz. ad Legg. p. 243. a. 285. a. ad Fin. p. 582. a. Quamquam vulgo huc trahunt multos locos, qui aliam interpretationem admittant. Sic in Sallustii Iug. 31, 17. non crediderim Cortio de *nonne* cogitanti. Nam quod ibi legitur „vos pro libertate *non* summa ope nitemini?" ita interpretor: *ihr wollt nachlässig sein, nicht alle Kräfte für eure Freiheit aufbieten?* Efficiturque sic oppositio et *non* propria potestate dicitur. Etiam supra §. 47. in quibusdam libris est *non vel nonus liber*, non addicentibus tamen codd. Turic. Flor.

non utriusque operis ingress.] Wolffius: „Vulgata, inquit, lectio haec est: *nonne in utriusque operis ingressu paucissimis versibus* etc. qua probata melius sane procedit oratio; quippe subiectum non est *ingressus*, verum ipse *Homerus*. Sed parum addicunt MSS." Turic. Flor. *non utrisque operis ei* (*sui* a sec. m. Flor.) *ingressus in pauciss. vers.*

qui mortem nunciat Patrocli, quis significantius potest, quam qui Curetum Aetolorumque praelium exponit? Iam similitudines, amplificationes, exempla, digressus, signa rerum et argumenta, ceteraque, quae probandi ac refutandi sunt, ita multa, ut etiam

§. 49. *mortem—Patrocli*] Iliad. Σ, 20. 21. „Specimen brevitatis haec verba laudat Plinius quoque Epist. IV, 11, 12.“ Gesner. Curetum Aetolorumque proelium exponitur Iliad. IX, 529. seqq.

significantius] Qu. I, 7, 32. „Hae fere sunt emendate loquendi scribendique partes: duas reliquas, *significanter* ornateque dicendi, non equidem grammaticis aufero.“ Ibi *significanter* nihil amplius esse quam *clare*, *perspicue*, dicit Spaldingius, cuius verba facere non possum quin huc transscribam integra. „Hoc ipse nexus, inquit, docet, cum si ἐμφασιν intelligeret Qu., omissa esset perspicuitatis mentio, necessaria plane hoc loco. Capperonnerius quidem h. l. ut et infra IV, 2, 36. „*verbis — significantibus*“ *significans* credit dici pro ἐμφατικῷ et est locus scriptoris ad Herenn. IV, 53, 67. ubi *significationis* eadem fere ponatur definitio, qualem ἐμφάσεως Graeci dant rhetores. Puto tamen *significationem* illam differre a *significantia*, quam dicit Qu. X, 1, 121. pro *proprietate*, opinor, et perspicuitate, non pro ἐμφάσει. Etiam Cicero ad Divv. III, 12, 9. *significantius* dixit eam dicendi rationem, quae plane non posset ignorari. Contra Qu. uno vocabulo latino in vertendi ἐμφάσει defungi posse sibi non est visus IX, 1, 3. sed *plus quam dixeris significationem* appellavit. Diserte enim *emphasim* refert ad ornatum orationis VIII, 2, 11. quo minus hoc nostro loco *significantes* accipias ἐμφατικῶς. Videtur ex recentiorum linguarum, Francogallicae et Anglicae, usu suborta nobis ista de *significantiae* significatione opinio, ut et hic Gedoyn. vertit: *avec force* et IV, 2, 36. *des termes — significatifs*. In ea opinione etiam Ernestus est in Lexico Rhetorico voc. ἔμφασις. Multi sunt loci, ubi *significans* usurpet Qu. neque usquam sensum hunc ἐμφάσεως defendi posse existimo.“

Iam similitudines — ita multa, ut] „Hanc structuram, quam contra omnes libros mutare conati sunt editores, equidem verbo finito carere existimo, idque sine vitio. *Sunt* refero ad relativum *quae*: sunt enim ea *probandi* et *refutandi*, intellige *instrumenta*. Sic enumerantur per nominativos quaecunque peti possunt ex Homero. Et de his quidem nominativis absolutis

qui de artibus scripserunt plurimi harum rerum testimonium ab hoc poeta petant. Nam epilogus 50
quidem quis unquam poterit illis Priami rogantis Achillem precibus aequari? Quid? in verbis, sententiis, figuris, dispositione totius operis, nonne humani ingenii modum excedit? ut magni sit, virtutes eius non aemulatione, quod fieri non potest, sed intellectu sequi. Verum hic omnes sine 51
dubio et in omni genere eloquentiae procul a se re-

cf. V, 24, 31. [Ad verba *ita multa* commodissime suppleri potest *sunt*, praesertim quum id verbum modo praecesserit. Volebat dicere: *apud Homerum tam frequenter reperiuntur.*] *Signa* et *argumenta* coniunctim applicanda sunt genitivo *rerum*, et designantur ea, de quibus egerat libro V. cap. 9. et 10. Quod copula *que* annexa est voci *cetera* in fine positae, non recedit ab usu veterum." [Cf. supra §. 17.] Spaldingius. Atque ego quidem hanc rationem probans non habeo quod adiiciam, nisi quod ad genitivos illos *probandi* et *refutandi* ne opus quidem est *instrumenta* intelligere. Nam ut genitivus saepe est significandae qualitatis, ita cum v. *esse* gerundii quoque genitivus coniungitur, ubi nos dicimus *wozu gereichen, dienen*. Sallust. Catil. c. 6. „regium imperium, quod initio *conservandae libertatis* atque *augendae reip.* fuerat." Vide de hoc usu praeclare disputantem Zumptium gramm. lat. §. 81. 3, 2. (p. 308. ed. alt.)

plurimi harum rer. testimonium] Ita Turic. Flor., nisi quod uterque a prim. m. habet *plurime:* reliqui *plurima earum rerum testimonia.* Sed *harum* etiam Camp. et Alm. praebent. *Testimonium* idem valet quod *exemplum.*

§. 50. *quis unquam*] Turic. a pr. m. *quas unq.* Quare suspicatur Spald., fuisse *aequare* pro *aequari* passivo. Sequentia verba Guelf. Goth. et edd. ante Basil. (except. Camp. Colon. 1522.) sic ordinant: *rogantis Achillem Priami.* Probo. — Preces illas Priami vide Iliad. Ω, 486. seqq.

magni sit] Additum vulgo *viri* cum Turic. Flor. Alm. omittendum putavi. Neque tamen necessarium erat, ut cum Geuslero (p. 34.) scriberetur *magnum sit.*

§. 51. *Verum*] Wolffius explicat *profecto.* Sed ita maxime in diverbiis et responsionibus usurpatur (cf. Terent. Heaut. V, 3, 11. Eun. II, 3, 55.): itaque non dubito, quin hic usitatissima illa significatione dicatur, qua compares cum nostro *indess.*

liquit; epicos tamen praecipue: videlicet quia duris-
52 sima in materia simili comparatio est. Raro assurgit *Hesiodus* magnaque pars eius in nominibus est occupata; tamen utiles circa praecepta sententiae levitasque verborum et compositionis probabilis: daturque ei palma in illo medio genere dicendi.
53 Contra in *Antimacho* vis et gravitas et minime vulgare eloquendi genus habet laudem. Sed quamvis ei secundas fere grammaticorum consensus deferat,

durissima — comparatio est] Locum hunc censor Ien. recte interpretatur his verbis: „*Hom. hat vornämlich die Epiker weit übertroffen, weil bei ähnlichem Stoffe zu wetteifern am schwierigsten ist.*“ Exemplis multis probatur, *durum* usurpari de eo, quod sit *difficile:* Lucret. V, 1358. sq. Tibull. I, 9, 8. Iul. Caes. B. G. VII, 10. *durae subvectiones.* Quinct. VII, 1, 56. *dura prima fronte quaestio.* IV, 5, 5. *dura propositio.* IV, 1, 25. *dura causa.* Cf. Heindorf. ad Horat. Sat. I, 10, 26. Sed *comparationem* pro *certatione* ipse dixit Cicero de Fin. II, 14, 44. Cf. Off. I, 17, 38. ibique Beier. Sueton. Cl. Rhett. c. 6. — Vulg. h. l. erat *clarissima.*

§. 52. *in nominibus*] unde sane non multum ad oratorem lucri redundet. Sed de his ipsis nominibus aureola exstat dissertatio Hermanni, quae inscribitur *De Mythologia Graecorum Antiquissima.* Lips. 1817.

utiles circa praec. sententiae] „Exempli causa Pseudo-Turnebus demonstrat locum Ciceronis Famill. VI, 18. „„Lepta suavissimus ediscat Hesiodum et habeat in ore *Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα.*““ Spald.

levitasque] Sic. Turic. cum Ienson. et edd. posterr. ante Ald. Reliqui *lenitasque.* Accedit testimonium Dionysii, apud quem p. Rsk. 419. est *λειότητος ὀνομάτων* de Hesiodo. Intelligitur autem talis compositio, in qua nihil sit hiulci et asperi et cuius commissurae bene coeant. Cf. II, 5, 9.

in illo medio gen. dic.] Vid. supr. ad §. 44. item infr. §. 80. Pro *medio* in Flor. (a sec. m.) Guelf. Goth. Iens. et edd. ante Basil., exc. Colon. (1527.), est *mediocri:* quod unde fluxerit, facilis explicatio est.

§. 53. *secundas*] nemp. post Homerum. — *Proximum esse* non aliter intelligi potest quam, ut vult Buttmannus, *admodum prope accedere*, sicut *secundum esse* nihil aliud est quam *priorem esse tertio et reliquis.* „Plane sic, inquit ille, in eadem re auctor epigrammatis in Anthol. Burm. I. p. 355. „Maeo-

et affectibus et iucunditate et dispositione et omnino arte deficitur: ut plane manifesto appareat, quanto sit aliud proximum esse, aliud secundum. *Panyasin* ex utroque mixtum putant in eloquendo 54
neutriusque aequare virtutes: alterum tamen ab eo materia, alterum disponendi ratione superari. *Apollonius* in ordinem a grammaticis datum non venit,

nio vati qui *par aut proximus* esset, Consultus Paean risit" etc. ubi *proximus* tantum non *par* est." Huc facit etiam locus Cornel. Nepotis Pelop. 4, 3. „Denique haec fuit *altera persona* Thebis, sed tamen *secunda* ita, ut *proxima* esset Epaminondae." Vid. Brem., qui laudat verba Domitii Afri infra posita §. 86. Versus Horatii (Carm. I, 12, 20.) et Virgilii (Aen. V, 320.) quomodo explicandi sint, significantissime docuit Buttmannus in Addendis. Cf. etiam Cicer. Brut. XLVII, 173.

§. 54. *ex utroque*] „ex Hesiodo et Antimacho, quatenus uterque suum sequitur genus dicendi." Wolff. Idem ubi dixit Spaldingius, haec addit: „Hoc is qui similia hisce prodit Dionysius dubitari vetat. Recensito enim Homero, Hesiodo, Antimacho haec subiicit: *Πανύασις — τὰς — ἀμφοῖν ἀρετὰς ἠνέγκατο.* Spectari autem virtutes eloquendi apparet iis, quae memorantur in praecedentibus istis duobus: *Ἡσίοδος μὲν — ἐφρόντισεν — ὀνομάτων λειότητος καὶ συνθέσεως ἡμελοῦς· — Ἀντίμαχος δ' — ἀγωνιστικῆς τραχύτητος καὶ τοῦ συνήθους τῆς ἀλλαχῆς* (*minime vulgare eloquendi genus* Qu.). Superat igitur Panyasis *materia* Hesiodum, *disponendi ratione* (*πραγματείᾳ καὶ οἰκονομίᾳ*) Antimachum. Quanquam Graecus praeceptor utrique hac parte praefert Panyasin."

in ordinem a grammaticis datum non venit] „Conficiebant Alexandrini illi grammatici [de quibus nostra aetate a Villoisono in Prolegomenis ad Iliadem et a F. A. Wolfio in suis itidem ad Homerum Prolegomenis eruditissime fuit disputatum] iudices scriptorum (*canonas* appellabimus, quo facilior sit eiusdem rei circa libros sacros iam cognitae comparatio) qui legi potissimum mererentur: quo facto canonici isti scriptores a ceterorum turba ita segregabantur, ut iam paene soli scripsisse viderentur, quique in numerum non essent relati, vulgo negligerentur et vel eam ipsam ob causam magna sane ex parte interciderint. Omnem hunc locum qui probe cognoscere cupit, magno cum fructu leget disputationem Ruhnkenii (Histor. Crit. Oratt. Graec.

quia Aristarchus atque Aristophanes, poetarum iudicium, neminem sui temporis in numerum redegerunt: non tamen contemnendum reddit opus aequali quadam mediocritate. *Arati* materia motu caret, ut in qua nulla varietas, nullus affectus, nulla persona, nulla cuiusquam sit oratio: sufficit tamen operi, cui se parem credidit. Admirabilis

p. XCIV. sqq.); adde Wolfium in Prolegomenis Homericis p. CXC." Spald. Illorum grammaticorum principes fuerunt duo summo ingenio et singulari doctrina critici, Aristarchus et Aristophanes Byzantius, quorum censum qui postea vigebant grammatici et rhetores fere omnes sequuti sunt: in his etiam Dionysius et Quinctilianus. (Cf. supr. ad §. 48.) Quamquam verum est quod scribit Wyttenbachius (vid. Vit. Ruhnken. p. 138. sq. ed. Lindemann.), confectum illum ab Aristophane Byzantio et Aristarcho canonem sensim ita auctum et mutatum fuisse ab sequentibus grammaticis, ut quid illorum duumvirûm et quid cuiusque sequentium esset, non amplius appareret. — Quos scriptores critici in talem canonem retulissent, ii proprie dicebantur *in ordinem venire*, *in ordinem redigi*, *in numerum redigi*, *recipi:* contra, quos repudiassent, *numero eximi: ἐγκρίνεσθαι — ἐκκρίνεσθαι.* Cf. Qu. I, 4, 3. Sed manum de tabula.

poetarum iudicium] Sic Turic. cum Alm., a sec. m. *iuditio*, et sic Camp., nisi quod per C. Reliqui omnes *poet. iudices.* Nostra lectio defenditur facillime. — In iis, quae mox sequuntur, pro *reddit*, quod commendant Turic. Flor. Goth. Voss. 2, legebatur *edidit:* ex Almel. affertur *reddidit*, idque fortassis praeferendum sit.

aequali quadam mediocritate] ita ut numquam neque assurgat neque cadat. „*Ἄπτωτον* appellat Longinus 35, 6. iudicio inter eruditos vulgato, ut videtur, in quo non acquiescit Heynius Opusc. I. p. 81. Idem fere Qu. VIII, 5, 22. „„dum timent ne aliquando cadant, semper iacent."" Spald.

§. 55. *nulla persona*] „quae agat." Wolff. — Deinceps *nulla cuiusquam* recte exhibent Turic. Flor. Guelf. (hic tamen male *cuiuspiam*) al. Sed nonnulli tamen omittunt *nulla* et dirimunt *cui usquam*, Regio monente et Badio caussante, esse quidem apud Aratum personas, sed non loquentes.

operi] Turic. Flor. *operis.* Videtur esse *operi is*, sed ut pronomen adscripsisse credam librarium, ut haberetur subiectum. Scilicet nemo id poterat exputare, quin moneretur.

in suo genere *Theocritus*, sed musa illa rustica et pastoralis non forum modo, verum ipsam etiam urbem reformidat. Audire videor undique congeren- 56
tes nomina plurimorum poetarum. Quid? Herculis acta non bene *Pisandros*? *Nicandrum* frustra secuti *Macer* atque *Virgilius*? Quid? *Euphorionem* transibimus? quem nisi probasset Virgilius, idem nunquam certe conditorum Chalcidico versu carminum fecisset in Bucolicis mentionem. Quid? Horatius frustra *Tyrtaeum* Homero subiungit? Nec 57
sane quisquam est tam procul a cognitione eorum remotus, ut non indicem certe ex bibliotheca sumtum transferre in libros suos possit. Nec ignoro igitur quos transeo nec utique damno, ut qui dixerim esse in omnibus utilitatis aliquid: sed ad illos

§. 56. *frustra*] i. e. sine causa, ut in his: „Non igitur *frustra* Plato civili viro — necessariam musicen credidit.“ Quinct. I, 10, 15. Cf. Cic. Divin. II, 60. extr. — „*Virgilio* non tam Georgica, quae idem Nicander scripsisse traditur ab Athenaeo, quam eius Theriaca hic illic [passim] exemplo fuisse, VV. DD. contendunt.“ Wolff. Cf. Heyn. in Prooem. ad Virgil. Georg.

Euphorionem — probasset Virgilius] Eclog. X, 50. „Recte monet I. H. Vossius, aliorum magis sententiam hic proditam a Quinctiliano quam suam. Neque enim ipse agnoscit, Euphorionem magni factum a Virgilio, sed Virgilii auctoritate obtrusam eius lectionem ab iis, qui docti videri vellent. Et satis profecto apparet, hos, qui velut invito ingerantur commemorandi scriptores minus placuisse Quinctiliano: sit enim „„nec *utique* damno.““ Spald. — *Chalcidico versu*, quali usus fuerat Euphorion, Chalcide Euboeae oppido oriundus.

Horatius — Tyrtaeum] Epist. ad Pis. v. 401.

§. 57. *indicem*] „Alius est *index*, quales singulis libris inscribuntur vel applicantur, alius libellus recensum continens complurium scriptorum, velut apud L. Senecam Epist. 39. *index Philosophorum* et Plin. Epist. III, 5, 2. ubi *indicis vice se functurum ait*. *Indices* uniuscuiusdam scriptoris a Romanis criticis factos vid. Gell. III, 3.“ Spald.

sed ad illos iam perfectis] Turic. Flor. (a prim. m. uterque) *sed illos iam perfectos*. Legen-

58 iam perfectis constitutisque viribus revertemur. Quod in coenis grandibus saepe facimus, ut, cum optimis satiati sumus, varietas tamen nobis ex vilioribus grata sit. Tunc et elegiam vacabit in manus sumere, cuius princeps habetur *Callimachus:* secundas confessione plurimorum *Philetas* occupavit. 59 Sed dum assequimur illam firmam, ut dixi, facilitatem, optimis assuescendum est et multa magis quam multorum lectione formanda mens et ducendus color. Itaque ex tribus receptis Aristarchi iudicio scriptoribus iamborum ad ἕξιν maxime per- 60 tinebit unus *Archilochus.* Summa in hoc vis elo-

dum est igitur *sed ad illos iam perfectos constitutisque viribus. Ad* particula propter praec. *sed* facile potuit obliterari. De *constitutis viribus* cf. XI, 3, 29. „iam *confirmatae constitutaeque* vocis."

§. 58. *Quod in*] Sic Turic. Flor. Guelf. cum Voss. 1. 2. 3. Goth. Reliqui inserunt *etiam.* Deinceps pro *sumus*, quod est in Turic. Flor. Camp. Colon. (1527.) et al., sunt qui praebeant *simus.*

Tunc et elegiam] *Tunc*, i. e. ubi iam optimorum lectione vires confirmaveris. Neque enim pueris commendari elegia potest, ob argumenti lasciviam et petulantiam. „*Elegia vero* — et *hendecasyllabi* — amoveantur [intell. a pueris], si fieri potest: si minus, certe ad firmius aetatis robur reserventur." Sic ipse Fabius I, 8, 6.

secundas — occupavit] Cf. §§. 52. 72. 89. Horat. Carm. I, 12, 19. „Proximos illi tamen *occupavit* Pallas honores."

§. 59. *dum assequimur*] Quo modo haec verba explicanda sint, docui ad Xenoph. Hier. 1, 30. p. 22. b. sq. Cf. supr. §. 31. *evitat.* Adde Iustin. Histor. II, 14, 2. „Athenienses quoque — *sollicitat*" ubi vid. seqq. — *Ut dixi:* vid. §. 1.

multa magis quam multorum lectione] Aureae huius legis utinam memores essent, quicumque nostra aetate pueros erudiunt. Plurimi sane non vident, *istam lectionem multorum auctorum et omnis generis voluminum habere aliquid vagum et instabile.*

ex tribus] Alteri duo erant *Simonides* et *Hipponax.* Vid. Ruhnk. Hist. Crit. Oratt. Graec. p. XCIX. — *Archilochus* principe loco positus a Cicerone Orat. c. 2. §. 4. quibus Spald. addi iubet quae exhibet Fabric. Harl. Vol. 2. p. 106. sqq.

cutionis, cum validae tum breves vibrantesque sententiae, plurimum sanguinis atque nervorum, adeo ut videatur quibusdam, quod quoquam minor est, materiae esse non ingenii vitium. Novem vero Ly- 61

§. 60. *vibrantesque sententiae*] „*Vibrare* (translate) dicuntur sententiae, quatenus concitate, celeriter et vehementer quasi missilia eas iaculatur orator.“ Wolff. Cf. XI, 3, 120. XII, 9, 3. Cic. Brut. 95, 326. Ernest. Lex. Technol. Lat. Rhet. p. 418. Adde Qu. IX, 4, 55.

quibusdam] Turic. *quibus*, facili confusione. Cf. infr. ad 3, 10.

quod quoquam] Turic. (a sec. m.) *quod quoque*. Flor. *quo que*, sed a sec. m. *quod quidem*, et sic Guelf. Goth. Camp. cum edd. ante Basil., excepta Colon. (1527.), quae et ipsa praebet *quod quoquam*. Sed in hoc ut iure meritoque haesit Genslerus (p. 35.), ita miror neque Spaldingium nec Wolffium quidquam de vera huius loci interpretatione dixisse. Quamquam, si volebat Qu. *quoquam* de *scriptore nescio quo* intelligere, Gensleri *alterutro* non opus erat. Idem tamen mihi quidem recte sensisse de hoc loco videtur, quum talem sententiam requireret, qua significaretur Archilochus *quibusdam in locis* vel *carminibus* solito minor esse minusve sanguinis atque nervorum habere. Quam ob rem ille censet scribendum: *quod quandoque* (*in parte operis* dicit §. 63.) *minor est* (sc. *se ipso*), *materiae* (quam male elegerit) *esse*, *non ingenii* (aliquin excellentissimi) *vitium*. Ego vero dudum mihi videor recte legere *quod quondam*. Nam haec quidem particula et proxime accedit ad illud *quoquam*, ita ut facilis permutatio fuerit, et significatione ea dicitur, quam hic vel maxime desideres. *Quondam* est *quodam tempore*, hinc saepe *interdum*. Vid. Heindorf. ad Horat. Sat. II, 2, 82. Notus est Virgilii (Aen. II, 367.) versus: „*Quondam* etiam victis redit in praecordia virtus.“ — Praeterea Genslerus putat delendum *quibusdam*, quoniam Qu. *suam* sententiam proponat non *aliorum quorumdam*. Nam si hoc voluisset, eum dicturum fuisse *quod — minor sit*. At hoc secus est. Nam quod dicit *quod — minor est*, hoc ita dicit, ut sibi quoque interdum minorem videri Archilochum significet. At vero in eo non assentitur *quibusdam*, quod, sicubi minor est, id non esse nisi *materiae* vitium putant. Namque etiam Archilochus *homo erat*. Vid. §. 24.

§. 61. *Novem — Lyricorum*] Schol. Pindar. (Vol. II. P. I. p. 7. sq. ed. Boeckh.): *Λυρικοὶ ποιηταὶ μουσικῶν ἀσμάτων εἰσὶν ἐννέα· — τὰ δὲ ὀνόματα τῶν*

ricorum longe *Pindarus* princeps, spiritus magnificentia, sententiis, figuris, beatissima rerum verborumque copia, velut quodam eloquentiae flumine: propter quae Horatius eum merito credidit nemini
62 imitabilem. *Stesichorum*, quam sit ingenio validus, materiae quoque ostendunt, maxima bella et clarissimos canentem duces et epici carminis onera lyra sustinentem. Reddit enim personis in agendo simul loquendoque debitam dignitatem, ac, si tenuisset modum, videtur aemulari proximus Homerum potuisse:

προειρημένων ποιητῶν εἰσι τάδε· Ἀλκμὰν, Ἀλκαῖος, Σαπφὼ, Στησίχορος, Ἴβυκος, Ἀνακρέων, Σιμωνίδης, Βακχυλίδης καὶ Πίνδαρος. τισὶ δὲ καὶ τὴν Κόριννα.

spiritus magnificentia] Colon. (1527.) *spiritu, magnificentia.*

copia, velut quodam] Sic Goth. Camp. Voss. 2. Abest *velut* a Turic.: reliqui inserunt *et* post *copia.*

Horatius] Carm. 2. lib. 4.

§. 62. *Stesichorum*] Accusativum bene servavit Spalding., quamvis antiquissimi libri haberent nominativum, quem puto ab librariis repositum fuisse, quod attractionem, quae hic esset, non satis perspectam haberent. Quod quidem genus attractionis quum simplicissimum sit, tum ab optimo quoque scriptore plus semel usurpatur. Vid. ad Xenoph. Hier. VIII, 2. pr. Add. Ruhnk. ad Terent. Eunuch. I, 2, 80. Drakenborch. ad Liv. IV, 41, 6. Held. ad Jul. Caes. B. C. p. 6. b. Atque in ipsa etiam Hebraeorum lingua, cuius equidem scientiam multis de caussis commendandam philologis existimo, tales structurae sollemnes sunt: וַיַּרְא אֱלֹהִים אֶת־הָאוֹר כִּי טוֹב I. Mos. 1, 4.

Spaldingius: „Omnium maxime cum hoc iudicio conspirat Dionys. Hal. l. c. p. 421. *Ὅρα δὲ καὶ Στησίχορον ἔν τε τοῖς ἑκατέρου τῶν προειρημένων* (Pindari et Simonidis) *πλεονεκτήμασι κατορθοῦντα, οὐ μὴν ἀλλα καὶ ὧν ἐκεῖνοι λείπονται κρατοῦντα· λέγω δὲ τῆς μεγαλοπρεπείας τῶν κατὰ τὰς ὑποθέσεις* (materiae) *πραγμάτων, ἐν οἷς τὰ ἤθη καὶ τὰ ἀξιώματα τῶν προσώπων* (personis debitam dignitatem) *τετήρηκεν.* — Quod autem *epici carminis onera lyra* Stesichorum *sustinere* dicit Qu., id rectissime Propertio accommodat Wyttenbachius Bibl. Crit. III, 4. p. 49.“

si tenuisset — videtur aemulari potuisse] Graeca structura Latinorum optimis scriptoribus usitatissima. Simil. infr. 2, 4. „Quid enim futurum erat — si homines — putassent.“ add. hic

sed redundat atque effunditur: quod ut est reprehendendum, ita copiae vitium est. *Alcaeus* 63. in parte operis *aureo plectro* merito donatur, quia tyrannos insectatus multum etiam moribus confert: in eloquendo quoque brevis et magnificus et diligens et plerumque oratori similis.

§. 98. Iustin. Histor. I, 7, 10. „Passurusque Cyrus grave bellum Graeciae *fuit*, si quid in Croesum crudelius *consuluisset*.“ Exempla collegerunt Cortius ad Sallust. Iug. 17, 2. Bünemannus ad Lactant. Diuin. Institutt. II, 4, 20. Censor Ieu. p. 241.: de ratione huiusmodi permutationis modorum confr. Beierus ad Cic. Off. II, 1, 2. I, 9, 28. p. 65. Zumptius gramm. lat. §. 76. extrem. (p. 138.) et in primis vir ille, quem omnes suspicimus, Reisigius *Commentat. de vi et usu ἄν particulae* p. 139. „Quanquam interest aliquid, utrum indicativum ponas simpliciter, an vel Graece particulam adiungas ἄν, vel Latinorum more coniunctivum eligas. Simplex enim modus ille eventum significat veritati proximum, et iam certissimum, nisi ex conditione esset aptus: alterum paullo est incertius et magis dubie dictum.“

copiae vitium] Cf. II, 4, 4. XII, 10, 13.

§. 63. *in parte*] ob partem, de parte, explicat Spald. *Aureum plectrum* (χρυσέαν φόρμιγγα, χρύσεον πλῆκτρον), quo donatur poeta, Qu. mutuatus est ab Horatio Carm. II, 13, 26, cuius iudicium firmare hic putandus est.

quia tyrannos — confert] Respicit Alcaei carmina, irae et acerbitatis in tyrannos, Myrsilum et Pittacum, a quibus e patria expulsus fuerat, plenissima: in quibus tamen *multum etiam moribus confert*, sententiis virtutem commendantibus. — Pro *quia* Spald. cum Ald., quem sequitur Colon. (1527.), dederat *qua*; sed *quia* a sec. m. scriptum est etiam in codd. Turic. Flor. Iidem cum plerisque omnibus pro *insectatur: multum* exhibent *insectatus multum*, quod bene recepit iam Spaldingius.

oratori] Debetur haec lectio editioni Colon. (1527.) Vulgo legebatur *Homero*, pro quo quum Turic. Flor. (a pr. m.) Alm. Voss. 2. haberent *orationis*, etiam Spaldingio reponendum *oratori* videbatur. Idem laudat de Alcaeo verba Dionysii (l. c. p. 422.) vel maxime huc facientia: πολλαχοῦ γοῦν τὸ μέτρον τις εἰ περιέλοι, ῥητορικὴν ἂν εὕροι πολιτείαν· pro quorum extremis aut cum Sylburgio legendum esse πολιτικὴν — ῥητορείαν aut pro πολιτείαν rescribendum

Sed *Anacreon* lusit et in amores descendit, ma-
64 ioribus tamen aptior. *Simonides*, tenuis alioqui,

πραγματείαν. Cf. etiam §§. 65. 74. Paullo ante pro *et plerumque* in Flor. Guelf. al. est *plurimumque*, in Campan. *et plurimum:* neque hoc spernendum putarem, si haberet Turic. Certe *multum* haud raro legitur, ubi exspectaveris *plerumque, saepe:* veluti Sallust. Iug. I, 5. „aliena ac nihil profutura *multumque* etiam periculosa petunt:" ubi vid. Cort.

Sed Anacreon lusit et in amores descendit] „Anacreon cum in ordinem ab illo poetarum iudicio [vid. §. 54.] redactus sit; et idem (vid. testimonia in edit. Fischeri et Spald. ad Quinct. X, 1, 63.) saepissime subiungatur Alcaeo; et laudetur cum Simonide propter suave et floridum dicendi genus a Dionys. Hal. de composit. p. 342. ed. Schaeferi (nisi de admir. vi Demosth. p. 1079. ed. Reisk.); et in tanto honore fuerit, ut Aristarchum, teste Athenaeo deipn. XV. p. 671. ed. Casauboni, haberet interpretem: non raro miratus sum, cur nullam eius mentionem fecisse videatur Fabius, et scriptores laudans illo σοφῷ minime superiores. Desii mirari, conspecta Turicensis lectione. Locus tamen, quemadmodum apud Spaldingium legitur, antea proponendus erit: *sed* (Alcaeus) *in lusus et amores descendit, maioribus tamen aptior.* In eximio illo libro pro *sed in lusus* legitur *sed et eius sit*, i. e. *sed et Teïus sit.* In Voss. 1. et 3. [etiam Colon. 1527.] est *sed et lusit.* Enimvero scripsit Fabius: *Sed Anacreon lusit.* Nam illud *Teius* margini adscriptum librarius male sedulus, addita, ut in glossematibus fieri solet, particula *et*, textui, ut vocant, inseruit et indoctior nescio quis illud *Anacreon* tollere non dubitavit. Praeterea ab illa coniectura facit et Turicensis, pro *et amores* offerens *et in amores*, et Horatius carmm. IV, 9, 9.: *Nec, si quid olim lusit Anacreon, Delevit aetas.* Nam verbo *lusit* addens *et in amores descendit*, Fabius in Anacreonte quasi interpretem egerit Horatii, quemadmodum ante in Alcaeo. Cui quidem Alcaeo quatenus *aureum plectrum*, quod Horatius ei tribuit, concedendum esset, rhetor supra demonstravit." Sarpius Quaest. c. VII. p. 57.

§. 64. *Simonides, tenuis alioqui*] Dionys. l. l. p. 420. *Σιμωνίδου δὲ παρατήρει τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων, τῆς συνθέσεως τὴν ἀκρίβειαν· πρὸς τούτοις, καθ' ὃ βελτίων εὑρίσκεται. καὶ Πινδάρου, τὸ οἰκτίζεσθαι μὴ μεγαλοπρεπῶς, ὡς ἐκεῖνος, ἀλλὰ* (Sic verba transponenda esse egregie vidit Spald.: in libris erat *ἀλλ' ὡς ἐκεῖνος*) *παθητικῶς.* In illo *μὴ μεγαλοπρεπῶς* inesse

sermone proprio et iucunditate quadam commendari potest: praecipua tamen eius in commovenda miseratione virtus, ut quidam in hac eum parte omnibus eius operis auctoribus praeferant. Antiqua comoedia cum 65
sinceram illam sermonis Attici gratiam prope sola retinet, tum facundissimae libertatis, etsi est insectandis vitiis praecipua, plurimum tamen virium etiam in ceteris partibus habet. Nam et grandis et elegans et venu-

aliquam *tenuitatis* significationem, suspicatur Spald.: neque ego memini, qui praeterea *tenuem* vocaverit Simonidem.

sermone] „Turic. *sermones*. An fuit olim *sermonis proprietate et iuc.?* Neque enim satis placet *iucunditate quadam* ita sine genitivo structum, et ne ablativus quidem ille nudus *sermone proprio*." Spald. Si quid mutandum, equidem maluerim: *sermone ee proprio — commendare potest.*

in commov. miseratione virtus] Eius virtutis praeclarum exemplum exstat lamentatio Danaes apud Dionysium de Comp. Verb. p. 432. sqq. ed. Schaef.

eius operis] „Intelligatur poesis, qualis est in threnis itemque in elegia." Wolff. Ipsum Pindarum et Aeschylum in hoc genere vicit. Vid. Spald. ad h. l.

§. 65. *Antiqua comoedia — habet*] Scabri quid inesse huius loci structurae, et Spaldingius et Wolffius senserunt. Quam ob rem Spalding. ad genitivum illum *facundissimae libertatis* graecam formam σύσσα intelligit [Ovid. Met. I, 42.], Wolffio coniectura opus videtur. „Paucissima, inquit, varietas hic est in MSS. nec facit ad locum sanandum. [Pro *facund.* tamen Turic. (a pr. m.) Flor. praebent *fecundissimae* cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Basil. exc. Camp. Colon. 1527.] Nescio tamen, an sic scribi potuerit: *Antiqua comoedia cum sinceram illam sermonis Attici gratiam prope sola retinet, tum facundissimae libertatis est et insectandis vitiis praecipua, plurimum tamen* etc. Cf. §. 94." Etiam illic libertas iungitur cum vitiorum odio. Non est igitur quod de Wolffii ratione multum dubites. Mihi tamen aliquando sic legendum videbatur: *tum fecundissima est libertatis: etsi est — praecipua, plurimum tamen* caett. — De *antiqua comoedia* restat ut conferri iubeam Heindorfium ad Horat. Sat. I, 4, 1. sq.

venusta] Spaldingius: „Turic. Flor. (hic a pr. m.) *vetusta*. Haereo sane in recepta, desiderans tenue illud quod inter *elegans* et *venustum* intercedere potest discrimen. [Wolffius: „a

sta: et nescio an ulla; post Homerum tamen, quem ut Achillem semper excipi par est, aut si-

sublimitate descendit ad elegantiam, ab elegantia ad veneres sermonis.“ — *Elegantiam* de *arte*, *venustatem* de *nativa* in iocis *urbanitate* intelligam. Cf. Ern. Lex. Techn. Lat. Rhet. p. 143. et p. 415.] Neque tamen *vetusta* laudabili significatione quomodo dici potuerit, comminiscor.“ Nam si vel maxime crediderit *vetustam* dici, quae antiquum servet robur et simplicitatem (§. 43.) *sinceramque illam sermonis Attici gratiam retineat*, hoc quidem loco non multum, puto, lucrabere.

nescio an ulla] Ad pronomen optime intelligetur *poesis*, non *compedia*. Pro *nulla*, quod ex coniectura dederat Spald., veterem lectionem *ulla* restitui. Quamquam enim *nescio an* saepe idem fere denotat quod *fortasse*: magnopere tamen cavendum est, ne, sicubi in negativa sententia *ullus*, *quisquam*, *unquam* vel tale quid sequatur, ad correctionem statim confugiendum putes, quum frequentetur *nescio an quisquam*, *nescio an ullus*, ut perinde sit ac *nescio an nemo*. Siquidem ea est interrogativorum *quisquam*, *ullus*, *usquam*, *unquam* etc. natura, ut in iis lateat negatio. Docte et subtiliter de hac re disputavit Beierus in Excurs. XI. ad Cic. Off. t. I. p. 335. sqq. Spaldingii rationem, multis locis, ubi *ullus* post *nescio an* sequeretur, *nullus* aut reponentis aut reponendum suadentis, iure improbavit etiam Buttmannus ad Qu. XII, 10, 2. Quoniam autem formula ista per ellipsin oppositi interrogationis membri explicanda est (vid. Beier. ad Off. III, 2, 6.): hoc quidem loco ne poterat quidem satis recte dici *nescio an nulla*. Id enim sic foret enodandum: *nescio an nulla, an nonnulla*. At quum dicitur *nescio an ulla*, alterum membrum (disparatum) cogitandum est: *nescio an nulla;* idque rectissime, quum Qu. hoc voluerit: *non credo ullam* (*posse*) *similiorem esse oratoribus*. Possum equidem plurimos quum aliorum scriptorum, tum Quinctiliani locos commemorare, qui ab interpretibus temere tentati sint; sed uno exemplo defungar. Qu. IX, 4, 1. „De *compositione* non equidem post M. Tullium scribere auderem, cui *nescio an ulla* [sic libri ad unum omnes] pars operis huius sit magis elaborata, nisi et eiusdem aetatis homines — reprehendere id collocandi genus ausi fuissent et post eum plures — tradidissent.“

Homerum — ut Achillem — excipi par est] Vt Achillem excipit Homerus, ita nos Homerum excipere debemus. Tanta eius praestantia est. Iliad. B, 673. *Νιρεὺς*, ὃς *κάλλιστος ἀνὴρ ὑπο*

sit oratoribus aut ad oratores faciendos ap-
Plures eius auctores: *Aristophanes* tamen et
*Cratinus*que praecipui. Tragoedias primus 66
Aeschylus protulit, sublimis et gravis, et
loquus saepe usque ad vitium, sed rudis in
que et incompositus: propter quod correctas
bulas in certamen deferre posterioribus poetis
enses permisere, suntque eo modo multi co-
Sed longe clarius illustraverunt hoc opus 67
Euripides: quorum in dispari di-
via uter sit poeta melior, inter plurimos

...ν τῶν ἄλλων Δαναῶν ...ύμονα Πηλείωνα. ...v. 768. sqq.

Tragoedias] „Tragoe- inventor fuit *Thespis*, ...us. Horatio [A. P. v. ...]: quum tamen *Ae-* exornaverit formam invenerit personam, co- et syrma tragicum, potest dici inventor tra- altem politioris." Pseu- ...ebus.

...tas eius fabulas] De veterum fabulis et hoc, ...odit Qu., num recte nar- videri posset, egerunt ...us (in libello *de Ae-* *Sophoclis, Euripidis quae* ... *tragoediis*) et Her- (in dissertat. II. *de cho-* ...*nidum Aeschyli*). At- Hermannus quidem l. l. III. haec scripsit: „Quinc- — non modo nullus ad- tur alius scriptor, sed qui- perte repugnant, de qua ... iam ad Quinctilianum ... Quin Lycurgi ora-toris rogatione decretum fuit, fabulas Aeschyli, Sophoclis et Euripidis, publica auctoritate descriptas, inspici, dum agerentur, a scriba civitatis, ne quid histriones suo arbitrio mutarent, ut Plutarchus refert in vitis X oratorum p. 841. F. his verbis: τὰς τραγῳδίας αὐτῶν ἐν κοινῷ γραψαμένους φυλάττειν καὶ τὸν τῆς πόλεως γραμματέα παραναγινώσκειν τοῖς ὑποκρινομένοις· οὐκ ἐξεῖναι γὰρ αὐτοὺς [histriones] ὑποκρίνεσθαι." Idem Spaldingii de Quinctiliano, iudicium est: „et quoties, inquit, turbantem aliquid deprehendimus Fabium in rerum veterum memoria." Cf. supr. ad §. 22. et infr. 7, 27. Alia exempla eaque satis multa laudat Spald. ad h. l. Neque tamen facere possum, ut non moneam magnam in talibus adhibendam cautionem esse.

§. 67. *uter sit poeta melior*] Pro *uter* Turic. Flor. *uterque*: ille a sec. m. *uter quidem* cum Campan., hic nostrum. Quid, si scribatur *uterne*? ut hoc vo-

quaeritur. Idque ego sane, quoniam ad praesentem materiam nihil pertinet, iniudicatum relinquo. Illud quidem nemo non fateatur necesse est, iis, qui se ad agendum comparant, utiliorem longe fore Eu-
68 ripiden. Namque is et in sermone (quod ipsum reprehendunt, quibus gravitas et cothurnus et sonus Sophoclis videtur esse sublimior) magis accedit oratorio generi: et sententiis densus et in iis, quae a sapientibus tradita sunt, paene ipsis par et dicendo atque respondendo cuilibet eorum, qui fuerunt in foro diserti, comparandus: in affectibus vero cum omnibus mirus, tum in iis, qui in miseratione con-
69 stant, facile praecipuus. Hunc et admiratus maxime est, ut saepe testatur, et secutus, quamquam in opere diverso, *Menander:* qui vel unus, meo qui-

luerit Qu.: *uter sit poeta melior, Sophocles ne an Euripides.*

utiliorem longe] Vid. de hoc verborum ordine quae diximus ad Xenoph. Hier. I, 8. p. 12. a. Similiter Qu. XI, 3, 97. „et *fusius paullo* in diversum resolvitur.“ Plat. Alcib. II. p. HSt. 143. D. ἀλλὰ μᾶλλον πολὺ, εἴ τις τὰ ἐναντία λέγοι. — Deinceps Turic. bene *fore Euripiden:* reliqui *Euripidem fore.*

§. 68. *et in sermone*] Flor. *qui et serm.*, a sec. m. *et vi et sermone* et sic Turic. Camp. Bodl. Ald.

sententiis densus] „Cf. in locutione §. 102. item II, 5, 8.“ Spald.

in miseratione constant] Praepositionem recipi iusserunt Turic. et Flor. Reliqui omittunt.

facile praecipuus] „Aristoteles quoque πολλαὶ ait (*Εὐριπίδου τραγῳδίαι*) εἰς δυστυχίαν τελευτῶσι — καὶ ὁ Εὐριπίδης, εἰ καὶ τὰ ἄλλα μὴ εὖ οἰκονομεῖ, ἀλλὰ τραγικώτατός γε τῶν ποιητῶν φαίνεται. Reliqua de huius tragici sapientia et eloquentia in vulgus nota; et copiose illustravit Valckenarius in Diatribe.“ Spald.

§. 69. *Hunc — Menander*] Spaldingius: „Imitationis vestigia et ipsi deprehendimus, de qua saepe monet Valckenarius; cf. Fabr. Bibl. Gr. Harl. II. p. 456. [Cfr. Meinekius, qui Menandri et Philemonis reliquias diligenter a se emendatas et explicitas hoc ipso anno edidit, p. XXXIII. sq.] Vbi admirationem testetur, fragmenta nobis relicta non ostendunt. Sed

iudicio, diligenter lectus ad cuncta, quae praenus, efficienda sufficiat: ita omnem vitae imam expressit; tanta in eo inveniendi copia et uendi facultas; ita est omnibus rebus, personis, tibus accommodatus. Nec nihil profecto vide- 70
qui orationes, quae *Charisii* nomine eduntur, enandro scriptas putant. Sed mihi longe magis or probari in opere suo videtur, nisi forte aut

monis est in eam senten- illud in Anthologia Epimatum nobis servatum: *Εἰ ἀληθείαισιν οἱ τεθνηκότες ...ησιν εἶχον ἄνδρες, ὥς φα...ες, Ἀπηγξάμην ἄν, ὥςτ' Εὐρικίδην.* Cleric. p. 361. s. ad Anthol. to. II, 1. 7." Vid. Meinek. l. l. o.

ae imaginem expressit] ssima vox Aristophanis Byz. *Μένανδρε καὶ βίε, Πότερος ὑμῶν πότερον ἐμιμήσατο;* anilii (5, 475.) „„Menan- Qui vitam ostendit vitae."" l. Vid. Meinek. l. l. p. III.

ro. eduntur, a] Turic. Flor. a pr. m.) *adductura.* Ex *adducuntur* afferunt. Sed nullo modo probari potest, a quod nostri homines in iis habent *adducere locum*, *nem* etc. admodum insolens neque iis, quae Matthias in ; Lat. Exempl. p. 57. pro- t, satis se tueri videatur. a mihi quidem persuasum Quinctilianum scripsisse: *Charisii nomini additur* i. e. adscribuntur. Similiter Gellius N. A. III, 3. „Non tamen dubium est, quin istae [comoediae] et quae scriptae a Plauto non videntur et *nomini eius addicuntur* [in ed. Colon. (1526.) male scriptum *adiiciuntur*], veterum poetarum fuerint et ab eo retractatae et expolitae sint."

putant] Indicativum ex optimis libris bene revocavit Spald. Coniunctivi, quem vulgo habent, nulla hic ratio est. Caeterum illa de Charisii orationibus opinio, sive vera est sive falsa, nemo non videt quantum valeat ad illas orationes commendandas.

Sed mihi — videtur] Quae Charisio adscribuntur orationes, ostendunt illae quidem oratoriam virtutem neque absurde Menandri ingenio deberi iudicantur, ita ut, si illas pro Menandreis habere velis, bonum oratorem Menandrum fuisse ex his orationibus intelligas: sed quanta vis eloquendi in hoc viro fuerit, multo id significantius ipsae eius declarant comoediae. — In formula *nisi forte* inesse ironiam, rectissime

illa mala iudicia, quae Epitrepóntes, Epicleros, Locri habent, aut meditationes in Psophodee, Nomothete, Hypobolimaeo non omnibus oratoris numeris

sensit Gesnerus: „Orator est Menander, nisi dicere velis, quod absurdum est, mala esse illa iudicia aut meditationes non omnibus numeris absolutas.“ Vid. Cort. ad Sallust. Cat. c. 20. extr. Matth. ad Cic. pro Rosc. Am. §. 82. et Gernhard. ad Cat. Mai. §. 33. p. 62.

mala iudicia] Ad adiect. *mala* intellige *sunt*. Est enim praedicatum. „Iudicia quae dicantur, haud obscurum esse poterit reputanti, veteres poetas scenicos saepissime forensium orationum imagines fabulis suis intexuisse. Cf. Lobeck. ad Soph. Aiac. p. 365. Idque prae ceteris fecisse Menandrum constat etiam e Dione Chrysost. XVIII. p. 476. sq. ubi Menandri dramata futuro oratori quam maxime commendat. Inde est etiam quod τὸ πρακτικόν in nostro poeta laudat Dionys. Hal. Vett. Scr. Cens. V. p. 424. Rsk.“ Verba sunt Meinekii *Menandr. et Philem. Reliq.* p. 61.

Locri] „Gesnerus primus auctore Fabricio in bibl. Λοκροί dedit; ego malui, per levem mutationem e *Locre*, [quod praebent Flor. Camp. al.,] Romana retinere elementa.“ Hactenus Spaldingius, quem equidem in hisce nominibus scribendis sequutus sum, quum, graecisne an latinis litteris in iisdem uteretur Turicensis, non satis constaret. Quamquam nescio an oporteat *Locroe*. Vid. Schneideri *Formenlehre d. lat. Spr.* p. 82. Nec vero ipsum illud *Locre* non habet quo defendatur. Vid. eumdem Schneiderum l. l. p. 67.

meditationes] sunt μελέται, orationes de re non iudiciali. „In comoediis nempe, quae laudantur, caussae in scenam videntur productae, vel quasi agerentur in foro vel quasi aliquis ad eas se compararet ac meditaretur.“ Gesner. — „Fabularum quae hic recensentur tituli aliis quoque scriptoribus commemorati possunt inspici apud Fabricium ab Harlete auctum Vol. 2. p. 463. sqq.“ Spald.

oratoris] „Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Iens. cum Voss. 1. 2. et edd. ante Bad. Reliqui *oratoriis*. Hos imitari religio fuit, cum *oratorii numeri* apud Qu. quidem nihil plane possint indicare nisi compositionis artificium (cf. IX, 4, 57.), quod hinc prorsus est alienum. Nostrum ipsum est quidem non adeo consuetum, sed facile ferri posse videtur, quod solitae illi locutioni *omnibus numeris absolutae* hic adiicitur, cuius tandem artificii *numeros* accipere debeamus. Nec convenientius erat *orationis* hic po-

absolutae. Ego tamen plus adhuc quiddam 71
iturum eum declamatoribus puto, quoniam his
sse est, secundum conditionem controversiarum
es subire personas, patrum, filiorum, militum,
icorum, divitum, pauperum, irascentium, depre-
ium, mitium, asperorum. In quibus omnibus
custoditur ab hoc poeta decor. Atque ille 72
em omnibus eiusdem operis auctoribus abstulit
en, et fulgore quodam suae claritatis tenebras
ixit. Habent tamen alii quoque comici, si cum
a leguntur, quaedam, quae possis decerpere: et

quanquam *eloquentiae* for-
praeferendum." Spald.

71. *plus adhuc*] Vid. infr. 99.

lamatoribus — necesse — personas] Cf. III, 8, 51. 36. IV, 1, 71. XI, 1, 55.

decore vid. §. 27. et §. 62. XI, 1, 41.

rum, militum] „Sic Turic. Camp. cum Alm. Reliqui *at maritorum*, improbante Burm., qui monet in reli- omnibus paria induci, quod pente deficiat. Saltem de- esse *coelibum, marito-* Spald.

toditur] Turic. Flor. *cu- tur*. Fortassis *custodiatur* am fuit, ita ut haec verba *tibus — decor*) arctius etiam erent cum praecedentibus. quam facile ab librariis potuit.

2. *obduxit*] Camp. *induxit* vid. Met. II, 395.): Turic. *it*. Non absurdum crede- si quis contenderet Quinc- m nova ratione dixisse *adduxit tenebras*, ut allnderet ad contrarium verbum *abstulit*. Si Turic. solus discreparet cum reliquis, nihil ego de h. l. dicerem; sed quum Campanus quoque aliter legat, facile suspiceris, non percepisse primarium verbum librarios, quorum alii *induxit*, *obduxit* alii substituerent.

si cum venia leguntur] Sic Spald. cum Turic. Flor.; reliqui *si — legantur*. *Cum venia*, quae datur scriptori legendo, ita ut excuses, si quid minus probabile reperiatur. „Nam venia utique et indulgentia opus est, si quis ceteros comicos, a Menandro obscuratos, legere animum inducat. Qui igitur a vitiis illorum non absterretur, is inveniet, quae excerpere etiam volet." Buttmann. Similiter legi sua carmina vult Ovidius Trist. IV, 2, 104. „*Cum venia* facito, quisquis es, ista *legas*." Cf. ibid. III, 14, 51. sq.

possis] Cod. Goth. *possit*. Probarem, si liceret per Turic.

praecipue *Philemon*, qui ut pravis sui temporis iudiciis Menandro saepe praelatus est, ita consensu tamen omnium meruit credi secundus.

73 *Historiam* multi scripsere praeclare, sed nemo dubitat longe duos ceteris praeferendos, quorum diversa virtus laudem paene est parem consecuta. Densus et brevis et semper instans sibi *Thucydides:* dulcis et candidus et fusus *Herodotus:* ille concitatis, hic remissis affectibus melior; ille concionibus, 74 hic sermonibus; ille vi, hic voluptate. *Theopompus* his proximus ut in historia praedictis minor, ita

et Flor. Cf. supr. ad §. 3. („*pervenire — potest*") et §. 7. extr. Add. Schütz. et Müller. ad Cic. de Orat. I, 8, 30.

pravis – iudiciis Menandro – praelatus] Cf. III, 7, 18. (quem locum supra ad §. 19. adscripsi) Gell. AA. NN. XVII, 4. et Meinek. ad Menandr. et Philem. Reliq. p. XXXI.

meruit] „impetravit, non *dignus fuit*. Cf. IX, 2, 98." Spald. Add. IV, 2, 39. et quae ad eum locum dixit Spald., cuius tamen sententiam improbans Genslerus (p. 34.), legendum suadet *merito creditur esse secundus*, quoniam in plerisque [?] libris verb. *esse* compareat idque quomodo irrepserit explicari non queat. At hoc explicari potest facillime et omnino *meruit credi* sollemni loquendi ratione dicitur pro *merito creditur*.

§. 73. *longe duos*] Sic perbene Spald. cum antiquissimis libris, quum antea scriberetur *duos longe*.

Thucydides— Herodotus] „Hic quoque Dionysium l. c. p. 424. sqq. conferre operae pretium fuerit, cui cum fere iudicio consentiat Qu., eloquendi virtute profecto non est posthabendus." Spald.

instans sibi] Qui sibi instat, celer est eiusque currit sententia, ne se impediat verbis lassas onerentibus aures, ut ait Horatius (Satir. I, 10, 10.). Cf. infr. ad §. 102. — De *candore* Herodoti vid. Spald. ad II, 5, 19. cf. infr. ad §. 101. Deinceps Turic. (a sec. m.) Guelf. amp. et alii nonnulli praebent *effusus:* de quo satis habeo laudasse Ernest. Lex. Techn. Lat. Rhet. p. 142. sq. et 185. sq. Quinctil. II, 2, 6. 12, 4. itemque hic §. 62. Cf. §. 77.

ille concitatis — melior] Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Almel.: facili lapsu.

voluptate] Turic. Flor. (uterque a sec. m.) *voluntate* cum Iens. et edd. post. ante Ald. ῥώμῃ — *Θουκυδίδης· ἡδονῇ — διενεγκόντα τὸν Ἡρόδοτον*. Dionys. l. c.

§. 74. *praedictis*] i. e. ante, supra dictis. Cf. IV, 2, 57. VIII,

oratori magis similis: ut qui, antequam est ad hoc opus solicitatus, diu fuerit orator. *Philistus* quoque meretur, qui turbae quamvis bonorum post eos auctorum eximatur, imitator Thucydidis et ut multo infirmior, ita aliquatenus lucidior. *Ephorus*, ut Isocrati visum, calcaribus eget. *Clitarchi* probatur ingenium, fides infamatur. Longo post intervallo tem- 75
poris natus *Timagenes* hoc est vel ipso probabilis, quod intermissam historias scribendi industriam nova laude reparavit. *Xenophon* non excidit mihi, sed inter philosophos reddendus est.

Sequitur *oratorum* ingens manus, ut cum de- 76
cem simul Athenis aetas una tulerit. Quorum longe princeps *Demosthenes* ac paene lex orandi fuit:

5, 83. et Ruhnk. ad Vell. II, 21, 1.

solicitatus] „duo praestantes ingenio, Theopompus et Ephorus, ab Isocrate magistro impulsi, se ad historiam contulerunt.“ Cic. de Orat. II, 13, 57.

meretur] „Hic quidem, inquit Spald., alio quam modo (§. 72.) significatu; et plane structum sicut *dignus*, quod alias me legere non memini.“

post eos] Sic Turic. Flor. Guelf. Voss. 2. Reliqui *post hos*.

aliquatenus] Spalding. suspicatur fuisse *aliquanto*: cuius veram significationem qui nesciat, docebitur a Bremio ad Nep. X, 3, 3.

calcaribus eget] „dicebat Isocrates, doctor singularis, se calcaribus *in Ephoro*, *contra autem in Theopompo frenis uti solere*.“ Cic. de Orat. III, 9, 36. Cf. Brut. 56, 204. Quinctil. II, 8, 11.

Clitarchi] cuius fidem cum Quinctiliano elevat Cicero Brut. XI, 42. sq. Cf. de Legg. I, 2.

§. 75. *hoc est vel ipso*] Ante Spald. edebatur *vel hoc est ipso*. Sunt etiam qui scribant *vel hoc ipso prob.*, omisso *est*: in his ed. Colon. (1527.) — Mox Turic. et Flor. post *sed* iterum ponunt *mihi*; quare suspicor utrumque delendum esse: *Xenophon non excidit, sed inter phil. redd. est.*

§. 76. *ut cum*] Simil. VI, 1, 51. 3, 9. V, 10, 44. ubi Spaldingius ait redundare *ut*, pro *utpote* positum. *Vt* ita Quinctiliano plurimis locis usurpatum docere Vallam Elegg. 2, 28. etsi sequente tantum relative. Sed *cum* eodem redire. Hoc quidem loco recentiores *cum* omiserunt; sed bene id restituit Spalding.

tanta vis in eo, tam densa omnia, ita quibusdam nervis intenta sunt, tam nihil otiosum, is dicendi modus, ut nec quod desit in eo, nec quod redundet
77 invenias. Plenior *Aeschines* et magis fusus et grandiori similis, quo minus strictus est: carnis tamen plus habet, minus lacertorum. Dulcis in primis et acutus *Hyperides*, sed minoribus causis, ut non dixe-
78 rim utilior, magis par. His aetate *Lysias* maior, subtilis atque elegans, et quo nihil, si oratori satis est

tam densa omnia] „Hoc *densi* vel *crebri* vocabulum frequentat in hisce; vid. §§. 68. 73. 102. 106. cf. II, 5, 8. Sic et πυκνόν est ap. Dionys. Vol. (Reisk.) V. p. 463. 470. item συγκεκροτημένη λέξις p. 538. Hermogenes de formis p. 470. ταῖς πυκνότησι τῶν ἐννοιῶν." Spald.

quibusdam nervis] Eadem comparandi forma est §. 82. „*quandam Deam*." §. 81. „*quodam Delphico - oraculo*." Cf. infr. cap. 3. §. 10. Similia frequentat Cicero. Neque satis omnia circumspiciebat Genslerus, quum (p. 40.) proponeret hanc lectionem: *ita quaeque nervis intenta sunt*.

§. 77. *Plenior*] „Recte contra Barthium ad Stat. Theb. VIII, 683. defendit nostram vocem Burmannus, ne reponatur, quod vult ille, *planior*. Neque enim quidquam magis proprie opponitur *stricto* et *gracili* quam plenum, velut, indicante Burmanno, Ovid. Art. Am. II, 661. „Dic habilem, quaecumque brevis, quae turgida, plenam," et Rem. 327. „Turgida, si plena est, si fusca est, nigra vocetur." Qu. Declam. VII. p. Bip. 140. [cap. VIII. p. 160. Burm.] „solidum plenumque corpus." Vbi *plus carnis*, ibi *plenius* corpus." Spalding.

minus lacertorum] Sic Spald. cum optimis libris pro vulgato *lacert. minus*. „Cum *lacertis* eorumque expressa firmitate comparatur haud semel, et eleganter, *virilis* orationis habitus, non effeminatus. *Lacertosi* enim esse debent viri; torosiores magisque carnosae mulieres." Ita bene Wolff.

Hyperides] „Qui hoc de minoribus causis Hyperidis ingenio accommodatis dicat praeter Quinctilianum, non invenio. Eo tamen tendunt fere quae leguntur apud Dionysium (p. 434. sq.), Hermogenem (p. 420. 491.), Longinum c. 34., Ciceronem de Or. 3, 7. Or. 26. 31. De Lysia quidam sic censet Dionysius p. 488. 542. et Cicero de Opt. Gen. Oratt. c. 3. extr." Spald.

§. 78. *satis est*] Sic Turic. Camp. Reliqui *satis sit*, pro quo Spald. e coniectura dedit *satis esset*, provocans ille ad IV, 5, 6. „non enim solum oratoris est docere, sed plus ele-

:e, quaeras perfectius: nihil enim est inane, arcessitum; puro tamen fonti, quam magno ni propior. *Isocrates* in diverso genere di- 79

a circa movendum valet.“ mperfecti coniunctivo sig-, solum docere oratori tis esse. Sed licet Spald. perspexerit vim imperf. et. post conditionalem ilam positi, hic tamen one facile caremus, quum ion esset necessarium quae- utrum solum esset oratoris , an plus desideraretur. nim indicativi praesentis est, *si satis est* nihil ut et aliud nisi: *sumo satis utrum satis sit, necne, uro.* Plane sic usurpari n *si* c. indic. praes., non od demonstrem. Mecum arpius (Quaest. c. VII. p. ui Fabius videtur respe- ocum Ciceronis Brut. 85, bi Atticus Tullio haec obii- ‚Equidem in quibusdam oratoribus, quos laudabam vix tenebam, quum Lysiae Catonem nostrum abas, magnum mehercule m, vel potius summum ularem virum: nemo di- us: sed oratorem? sed Lysiae similem? *quo ni- est esse pictius.* Bella si iocaremur“ etc. Sed mis Sarpius vult legi *quo ttest esse perfectius.* a enim, inquit, dicendi qui Lysiae tribuit, aut aut pictum quid sit, necesse est.“ At mihi secus videtur. *Pictus* eo loco opponitur *impolito* et *rudi.* Cf. mox cap. 87. §. 298. Nec vero ipse Cicero Lysia nihil esse perfectius concesserit, utpote qui de Lysia sic loquatur (cap. 9. §. 35.): „Tum fuit Lysias,— egregie subtilis scriptor atque elegans, *quem iam prope audeas oratorem perfectum dicere.* Nam plane quidem perfectum, et in quo nihil admodum desit, *Demosthenem* facile dixeris.“

nihil enim est] Non probarem, si quis tertio loco particulam vellet collocari, quum mea quidem sententia in talibus accurate examinari singulorum vis verborum debeat. Sic supra (§. 16.) recte editum: *Vivunt omnia enim.* Secus erat §. 45. „Facile est autem stud.“ Neque tamen quidquam mutandum censeam in loco Caesaris de B. C. II, 31. „*Quid enim est* illis optatius, quam uno tempore et nos circumvenire et vos nefario scelere obstringere? Aut *quid* irati gravius de vobis sentire possunt“ etc. Non magis probo, quod Müllerus ad Cic. de Orat. I, 29, 132. proposuit: „*Id est enim* maxime vitandum, et *de hoc uno* minime est facile praecipere.“ Et sic de multis locis aliter existimandum videtur, quam voluerunt viri optimi Schaeferus, Heindorfius, Beierus.

§. 79. *Isocrates*] Conferri de

cendi nitidus et comtus et palaestrae, quam pugnae magis accommodatus, omnes dicendi veneres sectatus est; nec immerito: auditoriis enim se, non iudiciis compararat: in inventione facilis, honesti studiosus: in compositione adeo diligens, ut cura eius
80 reprehendatur. Neque ego in his, de quibus locutus sum, has solas virtutes, sed has praecipuas puto: nec ceteros parum fuisse magnos. Quin etiam *Phalerea* illum *Demetrium*, quamquam is primus inclinasse eloquentiam dicitur, multum ingenii habuisse et facundiae fateor, vel ob hoc memoria dignum, quod ultimus est fere ex Atticis, qui dici possit orator: quem tamen in illo medio genere dicendi praefert omnibus Cicero.

81 *Philosophorum*, ex quibus plurimum se traxisse eloquentiae M. Tullius confitetur, quis dubitet *Platonem* esse praecipuum, sive acumine disserendi sive

hoc Spaldingius iubet Dionysii iudicium (p. 534—585.), multa continens huc facientia.

comtus] Ed. Colon. (1527.) habet *compositus*. Cf. supr. §. 41. Ne tamen cogites de mutatione.— *Veneres*, ut Χάριτες, Ἀφροδίτη, (Dionys. Hal. Comp. Verb. 3, 2. p. 26. Schaef., quem vide) de suavitate dicendi.

auditoriis — compararat] Nam „infirmitate vocis, mollitie frontis, ne in publico diceret, impediebatur": ut ait Plin. Epp. VI, 29, 6. Adde Cic. de Orat. II, 3, 10. ubi vid. Müller.

§. 80. *Phalerea illum*] Sic bene Spald. cum Voss. 1. 3., quibus accedit Colon. (1527.); idemque volebat Turic., quum daret *phalere attillum*. Vulg. *Phalereum illum*. Graeca forma est etiam II, 4, 41.

primus inclinasse eloquentiam dicitur] „Hic primus inflexit orationem." Cic. Brut. IX, 38. Caeterum in Codd. Turic. Flor. perperam scribitur *primum*, et mox *eloquentiae*. — De *medio genere dicendi* vid. ad §. 52., ubi pariter atque hic in quibusdam libris repertum fuit *mediocri* pro *medio*.

praefert — Cicero] Vid. Orat. 27, 92. de Orat. II, 23, 95. de Off. I, 1, 3. Legg. III, 6, 14. Fin. V, 19, 54.

§. 81. *M. Tullius confitetur*] „Fateor me oratorem, si modo sim, aut etiam quicumque sim, non ex rhetorum officinis, sed ex Academiae spatiis exstitisse."

eloquendi facultate divina quadam et Homerica? Multum enim supra prosam orationem, et quam pedestrem Graeci vocant, surgit: ut mihi non hominis ingenio, sed quodam Delphico videatur oraculo instinctus. Quid ego commemorem *Xenophontis* illam iucunditatem inaffectatam, sed quam nulla consequi affectatio possit? ut ipsae sermonem finxisse 82

Orat. 3, §. 12. — Pro *traxisse* Turic. Flor. (a pr. m. uterque) suppeditant *transisse*. Quod iidem cum Camp. post *dubitet* (pro eo Guelf. *dubitat*) interponunt *et*, nihil me sollicitat.

et quam pedestrem] Parum Spaldingio placet coniunctio *et*, cuius se negat ullam hic idoneam vim agnoscere. At illa ponitur eadem ratione, quam supra demonstravi ad §. 10. Neque enim versibus simpliciter nunc opponitur prosa, sed suavi magnificaeque orationi. Eiusmodi autem prosa *pedestris ac vulgaris* est.

quodam Delphico – instinctus] Pro *quodam* Turic. et (a pr. m.) Flor. praebent *quaedam:* iidem *or. de instrictus:* ille a sec. m. *or. dei instructus*, hic *de instinctus*. Campan. *or. dei instinctus*. Quam scripturae discrepantiam contemplanti mihi venerat in mentem eiusmodi emendatio: *sed quodam Delphici videatur oraculo dei instinctus;* vel conciniore ordine: *sed quodam Delphici dei videatur oraculo instinctus*. Fuit quum magis placeret: *sed Delphico videatur oraculo dei instinctus:* omisso illo *quodam* aut *quaedam*, quod haberi posset pro additamento librarii, quo aliorum quorumdam exemplarium lectionem notaret. Cf. supra ad §. 35. pr. Quid verum sit, tute ipse videris. Recte autem Burmannus ait: „Haec loquendi formula frequens, ut excellentes dictiones, graves sententiae, verissime dicta et similia, non ab hominibus, sed ab oraculo Delphico aut alio profecta videantur. Ita Cic. I. de Legg. 22. *cuius praecepti tanta vis, tanta sententia est, ut ea non homini cuipiam, sed Delphico Deo tribueretur*. Epist. ad Brut. I, 2. *Haec ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta. Nihil potest esse verius*. Ovid. Art. II, 541. *Haec tibi non hominem, sed quercus crede Pelasgas Dicere*. [Cf. ibid. III, 789.] Terent. Andr. IV, 2, 15. *Non Apollinis magis verum atque hoc responsum est*. Ex communi ergo loquendi consuetudine hoc desumtum." Praeterea laudant Cic. Brut. 31, 121. ubi cum Iove comparatur Plato. Addit Spald. Cic. Legg. II, 7. de Or. III, 4.

§. 82. *illam iucunditatem — consequi affectatio possit*] Sic

Gratiae videantur et, quod de Pericle veteris comoediae testimonium est, in hunc transferri iustissime possit, in labris eius sedisse quandam persua-
83 dendi Deam. Quid reliquorum *Socraticorum* elegantiam? Quid *Aristotelem*? quem dubito scientia rerum an scriptorum copia an eloquendi suavitate an inventionum acumine an varietate operum clariorem putem. Nam in *Theophrasto* tam est loquendi nitor ille divinus, ut ex eo nomen quoque traxisse
84 dicatur. Minus indulsere eloquentiae *Stoici* veteres:

Spald. cum optimis libris mutavit vulgatam: *iucund. illam — possit affect. consequi.* Deinceps ab eodem ex Codd. Turic. Flor. editum *sermonem finx. Gratiae*, pro quo alii *finx. serm. Grat.*, alii *serm. Grat. finx.* dederant. — De Musae Atticae suavitate cf. Cic. Orat. 9, 32. 19, 62.

veteris comoed. testimonium] Dixit hoc de Pericle Eupolis in comoedia Δῆμοι inscripta. Eius versiculi ab Aristophanis Scholiaste ad v. 535. (623.) Acharnensium servati sunt hi:

Κράτιστος οὗτος ἐγένετ' ἀνθρώπων λέγειν.
Ὁπόταν παρέλθοι, ὥςπερ οἱ ἀγαθοὶ δρομῆς,
Ἑκκαίδεκα ποδῶν ἦρε λέγων τοὺς ῥήτορας.
Ταχὺς λέγειν μὲν, πρὸς δέ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει
Πειθώ τις ἐκαθέζετ' ἐπὶ τοῖς χείλεσιν.
Οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις.

Vid. Plin. Epp. I, 20, 17. ibique interprett. Cicer. Brut. 15, 59. 9, 38. Spald. ad Qu. II, 16, 19. Cf. etiam Cic. de Or. III, 34, 138.

§. 83. *eloquendi suavitate*] Turic. Flor. (hic a pr. m.) Goth. Voss. 2. *eloq. usus suav.*: Alm. Guelf. Voss. 3. Iens. Tarvis. *eloq. usu suav.*

loquendi nitor] „Sic. Turic. Flor. (hic a pr. m.) cum Alm. Omittit *est* Guelf. dans *eloq.* Sed *loquendi* totum desiderat Veneta. Reliqui *eloquendi nit.*— Cum variandi causa, tum quia magis sermone familiari quam scriptis meruisse hoc nomen videtur Theophrastus, *loquendi* quam *eloquendi* maluisse Quinctilianum suspicor: cf. IX, 4, 147. Miras loquendi delicias sectatum vides apud Qu. VIII, 1, 2. sed et vestitus cultusque apud Athenaeum I. p. 21. a." Spald. „Theophrastus *divinitate loquendi* nomen invenit." Cic. Orat. 19, 62. Caeterum facilius aliquanto futurum ait Spald., si pro *tam est* scribatur *tantus est.*

traxisse dicatur] Suo nomine *Tyrtamus* ante dicebatur. Diog.

:um honesta suaserunt, tum in colligendo pro-
ɔque, quod instituerant, plurimum valuerunt:
tamen acuti magis, quam, id quod sane non
ant, oratione magnifici.

ɪ) Idem nobis per Romanos quoque auctores 85
ducendus est. Itaque ut apud illos Homerus,
pud nos *Virgilius* auspicatissimum dederit ex-
.m, omnium eius generis poetarum, Graecorum
orumque, haud dubie proximus. Vtor enim ver- 86
sdem, quae ex Afro Domitio iuvenis excepi:

V, 38. Τοῦτον, Τύρτα-
ιγόμενον, Θεόφραστον
ὁ τῆς φράσεως θεσπέσιον
ποτέλης μετωνόμασεν.

4. *colligendo*] Turic. Flor.
ae a pr. m.) *coligendo*:
sec. m. *eligendo*, et sic
lti alii. At *colligere* sae-
s de *ratiocinando* legitur:
II, 2), 7.

andoque, *quod*] Scripsi
m Goth. Iens. Camp. al.;
men omittit Turic., Guelf.
ss. 3. encliticam.

ctant] Turic. Flor. *ad-*
tacuerunt: ille a sec. m.
i *tacuerunt*, hic nostrum
, Camp. *affectaverunt*.
ed. Colon. (1527.) Basil.
fectarunt. In illa Turi-
lectione non tam *affecta-*
t, quam aut *affectati fue-*
quam deponentis formam ex
ie laudat Diomedes I. p-
'utsch.) aut *affectitaverunt*
videtur. Interim in nostra
ie acquiescendum puto.

5. *auctores*] Vid. adnot. ad
, ubi Homerus dicebatur
.

Homerus, *sic*] Turic. Flor.
(hic quidem *sit*) *homeros fit sic*
a pr. m. uterque. Graecam for-
mam retinet Turic. et habet Alm.

auspicatissimum — exordium]
Tacit. Germ. cap. 11. „agendis
rebus hoc *auspicatissimum ini-*
tium credunt."

eius generis] quod tractavit
Homerus, epicae poesis.

nostrorumque, *haud*] Quod
iubente Regio interpositum erat
illi, recte omisit Spald. sequu-
tus ille praestantissimos codd.
Nam ad v. *proximus* commode
suppletur *Homero*, licet in seqq.
propior dicatur non Homero, sed
ei, qui post Homerum pro pri-
mo haberi possit. Eamdem sen-
tentiam sequitur Wolffius.

§. 86. *Vtor*] Ita Turic. Flor.
„Quare *proximum* appellarit, tue-
tur se auctoritate Domitii; nec
opus igitur *utar* scribere cum re-
centioribus, cum nihil novi mox
proferat." Spald.

quae ex Afro — excepi] Prae-
positionem a pr. man. omittunt
Turic. Flor.: Iens. et edd. post.
ante Basil. dant *ab Afr.* Pro

qui mihi interroganti, quem Homero crederet maxime accedere, *Secundus*, inquit, *est Virgilius, propior tamen primo quam tertio.* Et hercule ut illi naturae coelesti atque immortali cesserimus, ita curae et diligentiae vel ideo in hoc plus est, quod ei fuit magis laborandum: et quantum eminentibus

excepi, quod ipsum habet Turic. (hic tamen a pr. m. *excipi* cum Flor.) Camp. al., ante Spald. legebatur *accepi*. Malit Spald. sine praep. *quae Afro — elicui*. Non assentior, Siquidem sufficiunt ea, quae ad Sueton. Tiber. cap. 21. p. 265. commemoravit eruditissimus Bremius his verbis: „*Excipere* vom Hören dessen, was nicht in der Absicht gesagt wurde, dass man es höre. *Liv.* II, 4. *Sermonem eorum ex servis unus excepit.* Daher besonders von *Lauernden*. Liv. XI, 7. *Ad has excipiendas voces speculator missus. Doch auch von solchen, die aus guter Absicht mit besonderm Interesse etwas zu vernehmen wünschen. Plinius epist.* IV, 19, 3. *Laudes nostras avidissimis auribus excipit.*"

Homero — accedere] i. e. ad eum accedere, eum aequare. Sic etiam VI, 2, 35. ubi vid. Spald. — *primo*, nempe post Homerum. *hercule*] Turic. Flor. Guelf. Goth. Camp.: *hercle* reliqui. Cf. 2, 3.

ut illi naturae — cesserimus, ita] *Illi naturae:* Homero, inquit Wolffius. Et sane *naturam* aiunt nonnumquam de ipsa re s. substantia poni, ut in his: „Non enim potest *ea natura* [i. e. homo ea natura], quae tantum facinus commiserit, hoc uno scelere esse contenta." Cic. Verr. I, 15. Similiterque dicuntur *ingenia* ap. Propert. I, 7, 21. ap. Plin. Epp. I, 3, 5. VI, 21. pr. Cf. hic §. 118. Alia tamen aliorum de h. l. est sententia, genitivum *Homeri* supplentium, quo distinctior fiat oppositio. De v. *cesserimus* ita disputat Spald.: „Cave coniunctivum repetas ab *ut*; est indefinite positus pro eo: *cedendum est.* [Nos: *Wir dürften* (*möchten*) *ihm nachstehen, dürften ihm den Vorzug zugestehen müssen. Potentialem* hunc vocant modum, de quo vid. Indic. ad Xenoph. Hier. in v. *Ἀν.* l. A.) p. 79.] Usus autem satis frequens Latinorum in comparandis suis et Graecorum aliorumve virtutibus, gentem suam suosque cives prima pluralis numeri persona designandi: cf. §§. 93. 99. 107. Ita Tacitus Ann. I, 50. II, 3. bis. Agitur ipsorum qui scribunt res, cum decertat Romanus cum alius populi cive."

eminentibus] Sic Turic. Flor. Camp. Alm. et ed. Colon. (1527.) Reliqui *eminentioribus*.

vincimur, fortasse aequalitate pensamus. Ceteri om- 87.
nes longe sequentur. Nam *Macer* et *Lucretius* legendi quidem, sed non ut φράσιν, id est corpus eloquentiae faciant: elegantes in sua quisque materia, sed alter humilis, alter difficilis. *Atacinus Varro* in iis, per quae nomen est assecutus, interpres operis alieni, non spernendus quidem, verum ad augendam facultatem dicendi parum locuples.

aequalitate] i. e. aequabilitate. Cf. §. 54. „*aequali* quadam mediocritate" et Spald. ad III, 8, 60. de nomine *aequalius*. Nec vero Ciceroni inusserim *aequabiliter* Orat. c. 58. §. 198. in his: „omnis nec claudicans nec quasi fluctuans, *et* [i. e. sed; *vid.* Matth. ad Cic. pro Rosc. Am. §. 10. in Addendis p. 229.] *aequaliter constanterque* ingrediens, numerosa habetur oratio." Recte vero censet Spald., significari Virgilium numquam infra se descendere, id autem Homero tacite hic imputari.

§. 87. *sequentur*] „Camp. [Colon. 1527.; sed in marg. *sequentur.*] Obr. *sequuntur;* male." Spald.

φράσιν] Vid. supr. ad §. 42. Quod praecesserat *longe*, de loco dici nemo non videt: *longo intervallo*. Omittit Turic.

alter humilis] „Macer; quod in carmine de herbis scripto nimis proprie dicit." Wolff.

alter difficilis] propter materiae, quam tractat, difficultatem et sublimitatem. Hinc *sublimem* eum dixit Ovidius Amor. I, 15, 23. Eadem caussa Statio Silv. II, 7, 76. „Et docti furor *arduus* Lucreti." Cf. Quinct. I, 4, 4. et Spald. ad I, 8, 8. Quinctiliani sententiam cupidius quam verius impugnat Dionys. Lambinus in vita Lucretii p. XI. sq. ed. Lucret. Bipont.

Atacinus] Simplici T scribendum hocce nomen existimavit Spald., obnitentibus quidem libris plerisque, sed auctore Horatio Serm. I, 10, 46. „Hoc erat, experto frustra *Varrone Atacino*."

in iis — operis alieni] Intelliguntur libri IV Argonauticorum, ex Apollonio Rhodio expressi. Caeterum pro *iis* in ed. Colon. (1527.) exstat *his*.

ad augendam facultatem dicendi] Genslerus (p. 41.) malit *facilitatem*. Namque per omnem hunc librum non tam de *facultate dicendi*, quam de *firma illa facilitate* (§. 1.) sermonem esse. De eademque Quinctilianum etiam hic loquutum esse, id et superiorem *phrasis* descriptionem et eiusdem in seqq. repetitam mentionem satis docere. Non credo. Qui ad *augendam facultatem dicendi* lautus auctor est, ex eius lectione parari *facilitas* potest. Nam *aucta* demum *facultas* erit *facilitas*.

88 *Ennium* sicut sacros vetustate lucos adoremus, in quibus grandia et antiqua robora iam non tantam habent speciem, quantam religionem. Propiores alii atque ad hoc, de quo loquimur, magis utiles. Lascivus quidem in herois quoque *Ovidius* et ni-

§. 88. *Ennium — religionem*] Spaldingius: „Miranda elocutionis in Fabio nostro proprietas et maiestas.“ Notus est versus Ovidii Trist. II, 424. „Ennius ingenio maximus, *arte* rudis.“ item Amor. I, 15, 19. „Ennius *arte* carens.“ Cf. Qu. I, 8, 8. ibique Spald.

alii, atque ad hoc, de quo loquimur] Sic ed. Colon. (1527.) cum Guelf. Alm. Voss. 1. 3. Basil. Spald.; *aliasque ad hoc de qua loquamur* Turic.; a sec. m. *alii atque ad hanc de qua loquimur*, idemque habent Flor. Camp. al., pro quo postea maluerunt *alii, atque ad hanc phrasin, de qua loquimur.* Nostra lectio unice vera.

in herois] Turic. Flor. (a pr. m. uterque) in *erois*: ex Alm. affertur *in ereis.* Spald. cum reliquis *in heroicis* i. e. etiam ubi res heroicas canit, interpretante Wolffio. Spaldingius suam ipse scripturam suspectam habens malebat *epicis*, quod ipsum cum altero verbo confunditur supra §. 51. („*epicos* [al. *heroicos*] tamen praecipue“.) „Nisi materiam magis quam metrum respexisset Qu., non profecto lasciviam notasset, quam nemo in versu hexametro erat miraturus, cum tot sint Satirarum hexametri nequitiis referti. An voluit aliquam Heroidum mentionem iniicere? Non puto. Neque enim in elegiis quisquam luxuriantis ingenii delicias magnopere improbabit, si maxime alienas a matronarum heroicarum dignitate. *Epica* profecto metamorphoses potuerunt appellari, quarum scriptor noster alibi quoque tetigit levitatem et lusus IV, I, 77.“ Ita Spaldingius. Sed nunc audiendus est Sarpius: „Etsi, inquit, quem pedem Graeci vocant ἡρῷον, optimi Latini scriptores et Quinct. IX, 4, 88. 89. appellant *heroum*; nemini tamen placuit, ex illo Turicensis *erois* veram Fabio reddere lectionem — *herois*; intellige metamorphoses. Quo minus *heroidas* Ovidii hic intelligas, prohibet earum versus elegiacus. *In herois quoque* est: adeo in herois, non tantum in elegis. Sic Martialis III, 20, 6.: *Lascivus elegis, an severus heroisf* Fortasse in voce *lascivus* respexerit Fabius illud Ovidii Trist. II, 427.: *Sic sua lascivo cantata est saepe Catullo Femina.* Sed ereptam video inventae veraé lectionis gloriolam per editionem Colon. ann. 1541. 8°., sive docta Gisberti Longolii cura, sive felici typothetae oscitatione.“ Quaest. c. VII. p. 55. Vera lectio iam in Colon. ann.

mium amator ingenii sui: laudandus tamen partibus. *Cornelius* autem *Severus* etiamsi versificator quam 89
poeta melior, si tamen, ut est dictum, ad exempla

1527. reperitur, et nos alteram longius tueri nefas esse putavimus. — De *lascivia* vid. supr. ad §. 43.

tamen partibus] Ita Colon. (1527.) cum Turic. Flor. Alm. Bas. Ante Spald. edebatur: *laudandus tamen in partibus.* Praepositio omittitur etiam IX, 4, 111. „De Ovidio nota omnia, dignus tamen imprimis, cuius de hoc poeta prodita conferantur, Seneca pater Controv. II, 10. Philippus quidem Melanthon natura gravem et tetricum hic agnoscit Qu., cui Ovidius *partibus* modo laudandus sit visus; esse enim totum laudandum." Spald. De verbb. *nimium amator ingenii sui* cf. §. 98.

§. 89. *etiamsi*] Turic. Guelf. Voss. 3. *etiam sit:* Camp. *et si. Etiam si sit* coniecit Spaldingius, quo tersior fieret oratio, statim sequente altero *si tamen.* Placet. Nam quod ait Sarpius (Quaest. c. II. p. 13.) *etiam sit* esse pro *etiam si sit*, id equidem vix adducor ut credam. Quippe non potest huc referri ullus locus ex iis, quos laudat Tursellinus de particc. LXXV, 6. Nec vero obstat locus Eumenii (gratiar. act. VII. §. 2. p. Arntzen. 409.): „Vidisti enim, non, ut per agros aliarum urbium, omnia fere culta, aperta, florentia, vias faciles, navigera flumina — ; sed statim ab eo flexu, e quo retrorsum via ducit in Belgicam, vasta omnia, inculta, squallentia, muta, tenebrosa, *etiam militaris via sit, ac confragosa, et* alternis montibus ardui aditus atque praecipites, ut vix semiplena carpenta, interdum vacua transmittant." Ibi sic legendum censeo: *etiam militares vias ita confragosas, et, alternis montibus, ardui aditus* [genitiv.] *atque praecipites, ut — transmittant.*

ut est dictum] „Nihil ego hic significari existimo nisi communem et pervulgatum inter homines istius vel superioris temporis sermonem, qui de opere Severi ita iudicaverint. Non opus igitur requirere, a quo tandem *hoc dictum sit*, multo minus etiam memoriam torquere, ut is in opere Quinctilianeo locus inveniatur. Neque enim solet ita *dicta* designare." Spald.

exempla] Ita scripsi cum Turic.: Goth. *exemplum* cum Vall.: reliqui *exemplar. Exemplum* pro *exemplari* usurpatum vide apud Rubnk. ad Rutil. Lup. p. 108. Pluralis h. l. positus eiusmodi sensum praebet: *Si ad optimas primi libri partes bellum Sic. perscripsisset.* Et recte Sarpius (p. 11.): „Habuerit primus Cornelii Severi liber partes plures non deteriores illo divino fragmento de Ciceronis morte.

primi libri bellum Siculum perscripsisset, vindicaret sibi iure secundum locum. *Serranum* consummari mors immatura non passa est: puerilia tamen eius opera et maximam indolem ostendunt et admirabilem, praecipue in aetate illa, recti generis voluntatem. Multum in *Valerio Flacco* nuper amisimus.
90 Vehemens et poeticum ingenium *Salei Bassi* fuit: nec ipsum senectute maturuit. *Rabirius* ac *Pedo*

[Vid. Senec. Suasor. VI. p. 44. sq. ed. Bip.] Quod quidem fragmentum ad illud de bello Siculo poema referre non dubitat Wernsdorf. in pp. latt. IV, 1. p. 26." Eiusdemque operis partem esse *Aetnam* suspicantur: quod carmen sub huius poetae nomine in Catalectis vett. poetarum ponitur. Vid. Senecam fil. epist. 79.

perscripsisset] Turic. (a. pr. m.) *praescripsisset*, quod Sarpius defendens explicat *in exemplum scripsisset*. Eamdem verbi significationem esse in his: „Non ego sum satis ad tantae praeconia laudis, Ipse mihi non si *praescribat* carmina Phoebus." Tibull. IV, 1, 178. Nostro loco convenire nego: et frequentissima utriusque verbi in libris mss. confusio est.

secundum locum] sc. post Virgilium, qui inter epicos Latinos primum tenet.

Serranum] Sic scribendum esse pro vulg. *Sed eum*, ingeniose vidit Sarpius. Vid. infra Excvrs. I.

admirabilem] Ita Spald. cum optimis libris mutavit vulgatum *mirabilem*.

§. 90. *in Valer. Flacco*] „Maligne hic laudatum poetam criminatur is, qui multa in hoc super poetis iudicio Quinctilianeo reprehendit, Caspar Barthius Advers. 56, 11. item ad Stat. Theb. VI, 93. X, 700." Spald.

Salei] Sic ed. Colon. (1527.) cum Camp. Rusc. Ald. Bad. Asc. Cf. ad §. 32. et 22.

senectute maturuit] Haec est lectio edd. Colon. (1527.) Colinaei et Vidovaei, eamdemque latere in illa codicis Turic. scriptura *senectute ma turbi* et Flor. *sen. turbit*, mihi quidem pariter ac Spaldingio persuasum est. Turic. a sec. man. *senectus maturavit* cum Barthii cod. Bodl. Andr. Adhuc edebatur: *senectute maturum*; cuius scripturae caussam fuisse asyndeton puto, quod hic in verbo *maturuit* reprehendunt. Sed id sane ferendum erat. Intelligo autem h. l. immaturae mortis significationem (vulgo agnoscunt reprehensionem: at ita debebat *ipsa senectute*, ut ne ipsa quidem senectus attulisse eius ingenio maturitatem diceretur:) et habent vv. *nec ipsum* quo referantur, si memineris Serranum ante diem mortuum modo narrari, idemque in Valerio Flacco ostendi.

indigni cognitione, si vacet. *Lucanus* ardens
ncitatus et sententiis clarissimus et, ut dicam
sentio, magis oratoribus quam poetis imitandus.
nominavimus, quia Germanicum Augustum ab 91
tatis studiis deflexit cura terrarum parumque Dis

tamen ordine recensetur,
ne dicentis de eo habitus
r Spaldingio is fere esse,
lligas, non valde laudabi-
ei visum Saleium. Aliud
e poeta iudicium est auctо-
ialogi de Oratoribus c. 5.

canus] „Lucanus ideo in
ró poetarum esse non me-
quia videtur *historiam*
cribisse, non poema." Serv.
neid. 1, 385. — Deinceps,
a Spaldingii lectione *an-*
randus, quam ex altera
randus in quibusdam li-
v. c. Ienson.) reperta finxe-
equidem cum antiquissimis
dedi *imitandus*, cui fir-
lo Gallaeus bene adhibet
a cap. 2. §. 22. „Id quo-
itandum, — ne in oratione
s nobis et historicos, in il-
eribus oratores aut decla-
es imitandos putemus."
a Lucanus magis oratoribus
poetis imitandus dicitur,
so Quinctiliano magis pro
re quam pro poeta habitus
necesse est. Neque tamen
egat Fabius Lucanum esse
m, sed eius oratorias vir-
prae caeteris commendat.

1. *Germanicum Augustum*]
llige, inquit Wolffius, impe-
m Domitianum, cui et alibi
adulatur satis odiosa ratione, ut
IV. prooem. 3." Ibi Spald. haec
scribit: „Dolendum est et inge-
miscendum, etiam Quinctilianos
potuisse eo delabi turpitudinis,
ut tanto *ἀλάστορι* palparentur."—
At quo tempore Fabius ea, quae
h. l. legimus, scribebat, nondum
praeterierat extremum illud tem-
pus, quo Domitianus, ut ait Ta-
citus (Agric. c. 44. extr.), *non*
iam per intervalla ac spiramen-
ta temporum, sed continuo et
velut uno ictu rempublicam ex-
hausit: neque potest non lau-
dari Quinctiliani nostri pruden-
tia, quod, quum sibi Domitia-
nus, magna ille et immani saevi-
tia tyrannus, sororis suae ne-
potum delegasset curam, *non*
contumacia neque inani iacta-
tione libertatis famam fatum-
que provocaret (Tacit. Agric.
c. 42.). — De poetica Domitiani
laude vid. Spald. ad IV. prooem.
§. 3. „Poetas, inquit idem ad
h. l., qui eum adulati sint hoc
nomine, refert Dodwellus An-
nal. Quinctil. §. 14. hosce: Sil.
Ital. III, 618—20. Valer. Flacc.
I, 12. Martial. VIII, 82."

parumque Dis] „Turic. Flor.
(hic a pr. m.) *parum quae*
his. Alm. *parumque his*, et
sic Camp. — Scribendum cen-
seo *dis*, monosyllabo." Spald.

visum est, esse eum maximum poetarum. Quid tamen his ipsis eius operibus, in quae, donato imperio, iuvenis secesserat, sublimius, doctius, omnibus denique numeris praestantius? Quis enim caneret bella melius, quam qui sic gerit? Quem praesidentes studiis Deae propius audirent? Cui magis suas artes aperiret familiare numen Minerva?

Cf. Schneideri liber: *Formenlehre der lat. Sprache* t. I. p. 68.

tamen his] Sic Spald. cum Turic. Flor. Camp. et ed. Colon. (1527.): reliqui *tamen iis*. Cf. ad §. 40.

donato imperio] Ea est scriptura Turic. Flor. aliorumque, quibuscum facit etiam ed. Colon. (1527.): editorum primus Campanus dederat *donatus imper.* „*Donato imperio militari*, condonato tum suspicionibus fratris tum suo in optimarum artium studia amori, *in opera* poetica, h. e. ad ea elaboranda, a strepitu rerum gerendarum secesserat Domitianus.“ Gesnerus. Illustrantur haec locis Taciti Hist. IV, 85. et Sueton. Domit. c. 2.

secesserat] Hoc e Lipsii coniectura (ad Taciti locum modo commemoratum) dedit Spalding. post Gesner. et ed. Bipont. Libri omnes *successerat*. Cf. Drakenb. ad Liv. II, 50, 3. *Secedunt* et *secessum petunt*, quicumque scribendi caussa a negotiorum et hominum turba vel ad breve tempus vel toto vitae tenore se removent. Sed ridicula sane est coniectura *assurrexerat*, quam proposuit quidam V. D. in Act. Societat. Rheno-Traiect. t. III. p. 128.

gerit] „Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. Vall. Camp. Ald. [etiam Colon. 1527.] et edd. post. ante Burm. acc. Bip. Reliqui *egerit*. Burmannus, curiosus insolentioris verbi, appellat Gronovium in Obss. II, 3. p. 178. docentem exemplis, *agere* quoque bellum dici ab antiquis, (add. Oudend. ad Suet. Caes. 45.) nec attendit (id quod negat etiam) bellorum, quae, quoad rei publicae praeest, adhuc gerat Domitianus, fieri mentionem, non eorum quae *egerit*. Probabat Regius Codd. scripturam *gerit*, non suam emendationem reponebat. Cf. Drakenb. ad Liv. Epit. 49. p. 957. — Valde geminus Quinctilianeo adulandi color est apud Stat. Achill. I, 15. 16. „„ — cui geminae florent vatumque ducumque Certatim laurus: olim dolet altera vinci.““ Spalding.

praesidentes studiis Deas tam *prope audientes* imperatorem recte Spald. cum Gesnero ad certamina musica refert ab illo instituta. Vid. Suet. Dom. c. 4. Cf. Stat. Silv. III, 5. vv. 28. 31 — 33.

familiare numen Minerva] Ita Spald. cum Flor. Basil., etiam Colon. ed. (1527.), quae priora hic repraesentat: *magis aperiat*

nt haec plenius futura secula. Nunc enim 92
arum fulgore virtutum laus ista praestringitur.
tamen sacra litterarum colentes feras, Caesar,
on tacitum hoc praeterimus et Virgiliano certe
a testamur,

Inter victrices hederam tibi serpere lauros.

ia quoque Graecos provocamus, cuius mihi ter- 93
atque elegans maxime videtur auctor *Tibullus.*
qui *Propertium* malint. *Ovidius* utroque las-
r, sicut durior *Gallus.* Satura quidem tota
a est, in qua primus insignem laudem adeptus
lius quosdam ita deditos sibi adhuc habet ama-

artes. Plerique *familiare* *Minervae.* — *Familiare* dicitur Minerva, quod se ne filium iactabat Domi-, quam in rem narrat ratus (Vit. Apoll. VII, 12.) r quemdam, ἐπειδὴ θύων ρεντι, οὐ ἦρχε, μὴ προςέ-αῖς δημοσίαις εὐχαῖς, ὅτι ανὸς Ἀθηνᾶς εἴη παῖς.

92. *praestringitur*] Vid. ad §. 30. Deinceps pro Guelf. Voss. 1. 3. et ed. (1527.) praebent *feres; aeteribimus* solus Guelf. *um*] Spaldingius: „Turic. a pr. m. uterque) *tan-* Ille a sec. *totum*, quod blandiri." — *Inter victri-* irg. Eclog. VIII, 13. de e.

3. *quoque Graecos*] Ita odd., quos Spald. vidit, cum Voss. 2. Vall. et ite Ald. Regius transpo- *Graec. quoque*, eumque sunt reliqui. *Elegia quoque:* non epico solum carmine. — *provocamus:* vid. ad §. 68.

tersus atque elegans] Cf. XII, 10, 50. „tersum ac limatum et ad legem ac regulam compositum." — De *lascivo* vid. §. 88.

satura] Sic Turic. et hic et infra §. 95. eamdemque scripturam IX, 2, 36. cum Turic. Ambros. 1. 2. Alm. et IX, 3, 9. cum Turic. Flor. Ambros. 1. Guelf. servavit Spald., qui tamen h. l. dedit alteram formam *Satira.* — *tota nostra est:* idem profitetur Diomedes Gramm. III, 482. Putsch.

adeptus Lucilius] Sic ed. Colon. (1527.) cum Turic. Basil. Spald. Reliqui interponunt *est.*

Luc. quosdam] Colon. (1527.) cum Voss. 1. 3. Guelf. Basil.: sed posteriorum uterque interpuncto ante et maiuscula littera Q: Turic. Flor. (a pr. man. uterque) *Luc. quodam:* reliqui *Luc. qui quosdam.* Mox *amatores* omittunt Colon. (1527.) et

tores, ut eum non eiusdem modo operis auctoribus, 94 sed omnibus poetis praeferre non dubitent. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio dissentio, qui *Lucilium fluere lutulentum* et *esse aliquid, quod tollere possis*, putat. Nam eruditio in eo mira et libertas, atque inde acerbitas et abundantia salis.

Basil. idque blandiri sibi profitetur Spaldingius.

non eiusd. modo — sed] Vid. supra adnot. ad §. 8.

§. 94. *ab Horatio*] Satir. I, 4, 11.: *aliquid*, itaque non multa, immo pauca, inquit Wolffius. Idem de seqq. ita scripsit: „*Tollere*, i. e. probare et assumere. Sic cum antiquissimis Horatii interpretibus hunc locum in Addendis explicat Buttmann. Contra Spald. *tollendi* rationem hic esse vult in expungendo et reprehendendo. Recte autem Buttmann. regerit, lutum non ex parte (*aliquid*), sed totum esse *tollendum* et auferendum. Melius quadrare hic contrariam *tollendi* significationem; utpote in lutulento flumine et violento nonnulla etiam volvi, quae usui inservire et *tolli* assumique possint. Parcam igitur reprehendi a Fabio laudem, quae in Horatii verbis lateat. Eoque etiam facere particulam *et*, quam inter has duas assertiones pariter iniquas inseruerit noster [scriptor.] Plura de Horatii loco disputavit Vir longe doctissimus, F. A. Wolf Anal. Litter. I. p. 185. sqq.; in universum Spaldingii interpretatio ab ipso probata est." Atque ego quidem, ut dicam quod sentio, Friderici Augusti Wolfii facere non possum quin amplexer sententiam. Sarpium non spero in ea opinione perseverare, ut verba *et esse — possis* reiicienda putet. Iam vero illud *aliquid* non significabit *pauca*, sed contrarium: quod nos dicimus *ein gut Theil*, *Manches*.

Nam eruditio] Sic Turic. Flor. Camp. Goth. Voss. 2. et edd. ante Basil. Reliqui interponunt *et* cum ed. Colon. (1527.) *Eruditionem* Lucilii maxime in praeceptis linguam spectantibus agnoscens Spaldingius laudat I, 6, 8. (ibi Lucil. homo *eruditissimus* dicitur) I, 7, 15. 19. „Eruditi autem multum abest ut sint, quos nunc vulgo intelligimus, memoria multarum rerum onusti, multiscii; sed elegantes potius, ab horrida illiteratorum barbarie alieni." Spald. ad I, 5, 25. ubi vide plura. — De *libertate* vid. §. 65.

abundantia] Ita dedi pro vulg. *abunde*, sequutus in ea re optimos auctores Turic. Flor. Camp. Almel.

Multum et est] Flor. Camp. *multum etiam est:* Guelf. *Multum est* cum Alm. Voss. 3. et edd. ante Ald.: Spald. cum

:um et est tersior ac purus magis *Horatius* et, labor eius amore, praecipuus. Multum et ve-

Voss. 2. et reliquis *Multo* Quod scripsi, praebet cod. Neque enim dubito, quin ad augendam vim comri graeca ratione (πολὺ et simil.) *multum* potuerit re, quemadmodum etiam Latini solent. Vid. exapud Oudendorp. ad Lu- II, 225. ap. Burm. ad r. III, 10, 5. eumdemque ican. l. l. Apud ipsum til. IX, 2, 68. olim sic leir: „*multum* ad agendum *liorem*": ubi Regius, *mulquit, loco illius multum atur, grammaticae ratio it.* — Quod mox repetitur s, nihil, opinor, incom-. Cf. ad §. 42.

labor eius amore] Non vi sic edere cum Turic. m. (iubente etiam Sarpio t. c. VII. p. 55.) pro eo, primus dedit Regius (sic n quibusdam exemplaribus it usque adhuc omnes remt, *ad notandos homisores*. Colon. ed. (1527.) *labor eius amore* cum Goth. Voss. 1. 2. 3. et nte Ald. except. Camp., ait Spald. manifesto dare m scripturam. Regii error nanaverit, declarari videadii Ascensii verbis his: tamen, qui legant *et in ndo labor eius amore praes*: sed non procedit; de lyrico enim, in quo de amore labor sit, paullo post dicet." Scilicet credebant Quinctilianum hoc voluisse: *in scribendo* (i. e. *describendo*) *amore praecipuus Horatii labor est*. At id non procedebat, ut sit Badius; nam de Horatii lyricis carminibus, in quibus de amoribus legas, deinceps (§. 96.) agitur. Et sic factum, ut ad correctionem confugiendum putarent: cuius quum plures esse rationes possent, eam praetulisse satis erat, qua Flaccus *ad notandos hominum mores praecipuus* diceretur. Proprium est enim Satirae, notare mores hominum. (Cf. Diomed. III. p. 482. ed. Putsch.) Neque enim crediderim ullum locum, ubi sic de Horatio scriptum esset, correctionis ansam praebuisse; neque etiam, quomodo ea lateat in illa Turicensis lectione, laborandum erit. Burmannus malebat: *et ad notandos hominum mores (nisi labor eius amore) praecipuus*. — De loquutione *labor alicuius amore* cf. Qu. VI, 3, 3. ubi de Cicerone suo haec scribit: „Mihi quidem, sive id recte iudico *sive amore immodico praecipui in eloquentia viri labor*, mira quaedam in eo videtur fuisse urbanitas." Vid. Burmann. ad Phaedr. V, 5. pr. Cic. Brut. c. 70. §. 244. Caeterum malignam Horatii laudem hic me agnoscere non diffiteor. Cf. I, 8, 6. et hic §. 96.

rae gloriae; quamvis uno libro, *Persius* meruit.
95 Sunt clari hodieque et qui olim nominabuntur. Alterum illud etiam prius saturae genus, sed non sola

et verae gloriae] „i. e. et verae quidem. Per copulam iungitur multitudo cum veritate gloriae.“ Wolff. — *meruit* i. e. impetravit, consequutus est. Vid. quae commemoravi verba Spaldingii supra ad §. 72. et cf. Arntzen. ad Panegyrr. vett. t. I. p. 323. a. Quem tamen solent afferre locum Plin. Epp. I, 8, 14., eum aliter legendum esse, Schaeferi mei adnotatione docebere. Atque hoc etiam meminerit necesse est, primariam merendi significationem in talibus non omnino delitescere.

„*Persium*, cuius tenebrae vix poterant delectare Quinctilianum, cur tanta laude prosequatur, nondum satis intelligo. — Idem de Persio sentit Martialis loco notissimo IV, 29, 7. 8.“ Spald.

hodieque] *Hodienum* dicunt, qui parum latine loquuntur. Hic tamen in quibusdam libris (ut Camp. Goth. Voss. Colon. 1527.) est *hodie quoque*. Vid. Gronov. ad Liv. I, 26, 13. Drakenb. ad V, 27, 1.

Sunt — nominabuntur] „Cf. III, 1, 21. unde huius quoque loci interpretationem pete, si forte haeres. Neque enim dubium, quin utrobique idem testari voluerit Qu. Qui sint autem, quorum hic nomina reticeat, non est dictu facile, ut nec altero loco quisquam divinavit, Iuvenalem, cuius fere in mentem venire solet interpretibus, hic non intelligi satis liquet, si vera sunt quae disputavimus in praef. nostra t. I. p. 52. seqq. Intra satirae autem scriptores omnem hanc quae nunc fit censuram coercitam esse, nemo attentior neget; quare nec Martialem cum Almelovenio significatum credam.“ Spald. Iuvenalem hic intelligi, pro difficultate rei nec negaverim neque ausim affirmare. Hoc tamen mihi quidem persuasum est, Iuvenalem exstincto demum Domitiano Satiras recitavisse. Quinctilianus autem non dubitari potest quin haec, de quibus agimus, saeviente etiam tum Domitiano scripserit.

§. 95. *Alterum illud etiam prius — sed*] Ita hunc locum exhibet ed. Colon. (1527.) pariter ac Basil. et omnes, quos tum Spaldingius tum alii contulerunt, libri ante Ald., qui recepit Regii emendationem *alt. ill. est et prius — quod* cum omnibus reliquis. Et *est etiam* dare narratur Alm., quamquam non credente Spaldingio; *quod* pro *sed* Campanus. — Sed hic locus dici non potest quantopere editores vexaverit. Wolffius, Gesnerum sequutus, ita interpretatur: „*Alterum illud, etiam prius* (i. e. praestantius) *satirae genus, sed non* (uti nunc satirae scribuntur) *sola carminum* lascive huc illuc

carminum varietate mixtum condidit *Terentius Varro*, vir Romanorum eruditissimus. Plurimos hic libros et doctissimos composuit, peritissimus linguae Latinae et omnis antiquitatis et rerum Graecarum nostrarumque, plus tamen scientiae collaturus quam eloquentiae. Iambus non sane a Romanis 96

desilientium summaque diversitate se invicem excipientium *varietate mixtum*, verum etiam prosa tum Latina tum Graeca interposita distinctum *condidit Ter. Varro*." Spaldingius *prius* in *proprium* mutari iubet, ut respexerit Qu. ad significationem illam pristinam *saturae*, qua leges dicuntur rogari per *saturam* i. e. *miscellae*. Negat tamen Wolfius, apte sic praecedere *etiam*, quoniam id sibi poscere comparativum videatur. Gesnerus malebat *posterius*. Heinrichius denique (Explanatt. Horatian. prooem. 1808. Ianuar. 4.) *peregrinum* suadet pro *prius*, vocabulum *quod* librorum auctoritate confirmari putans. Mihi vero h. l. nulla umquam coniectura opus esse videbatur, et lector censorem editionis Quinctil. Spald. in ea esse sententia, quam equidem iam ante hos tres annos cum discipulis meis communicaverim. Licuerit eius ipsius verba in hunc libellum transscribere: „*Etiam* wird entweder getrennt in *et iam*, oder durch „„*adhuc*"" erklärt. [Equidem praefereham posterius.] Mit *alterum genus* wird die *Satura Enniana* bezeichnet, weil von der *Satura Luciliana* schon gesprochen ist; und durch *et iam prius* oder *etiam prius* wird ausgedrückt, dass die *Satura Enniana* früher bearbeitet wurde. Die Worte *sed non sola — mixtum* enthalten die Bemerkung, dass Varro nicht bloss im Versmasse, wie Ennius, abwechselte, sondern auch Prosa einmischte." Idem Vir doctus de *sed* conferri iubet Ruhnkenii adn. ad Vell. Paterc. II, 4, 1. ubi ea particula conditionem quamdam et adiunctionem significare dicitur. Haec autem loci interpretatio ut est simplicissima, ita cum iis, quae §. 93. dicuntur, nequaquam pugnat. Neque enim omnino *primus in Satura* Lucilius dicitur, tamquam qui *ante Ennium* Saturas scripserit, sed cuius in hoc genere *prima et praecipua laus* sit.

Plurimos — et doctissimos] Sallust. Iug. c. 32. §. 2. „plurima *et* flagitiosissima." Cf. Cort. ibid. c. 78. extr. Heindorf. ad Horat. Sat. II, 3, 9. Vid. §. 94.

§. 96. *Iambus — celebratus est*] i. e. iambica carmina non sunt *frequentata* (cf. II, 10, 2.): *ut proprium* (peculiare) *opus*, quale inter Graecos condiderunt Archilochus, Hipponax, Simonides, quorum integri erant libri

celebratus est, ut proprium opus; quibusdam interpositus: cuius acerbitas in *Catullo*, *Bibaculo*, *Horatio:* quamquam illi epodos intervenire reperiatur.

iamborum. Quare iidem *iamborum scriptores* nominari recte poterant supr. §. 59.

quibusdam interpositus] *Quibusdam* pro neutro habens Wolfius ἀπὸ κοινοῦ referendum dicit ad *alia metra*, quibus mixtus inveniatur apud Romanos iambus. Melius id Spald. interpretatur *a quibusdam Romanis*. Idemque voluisse veteres interpretes manifestum est, quum praepositionem ipsam h. l. ponerent; quam tamen cum codd. Turic. Flor. Guelf. recte repudiavit Spald. Quamquam ipsi non assentior de reliquis. Neque enim *interpositus* ita intellexerim, ut sit: *iambus aliis metris mixtus est;* sed potius hoc modo: *iambica carmina a quibusdam Rom. interposita sunt aliis, quae scripserunt, carminibus.* Non habent Romani, inquit Fabius, eiusmodi poetas, qui proprio nomine nuncupari iamborum scriptores possint, ut qui *proprium opus*, integros iamborum libros, ediderint. Exstant sane Catulli quaedam carmina (ut XXIX. LII. al.) iambico metro scripta, sed non mixta illa aliis versibus, sed carminibus. — De *acerbitate iambi* cf. IX, 4, 136. 141.

quamquam illi] De *quamquam* cum coniunct. posito vid. ad 2, 21. Pro dativo *illi* Guelf. Voss. 1. 3. dant *illa*: Iens. Colon. (1527.) in marg. *ille* cum edd. poster. ante Ald.

epodos] „minor versus [impar, περιττός] accedens alteri, invento Archilochi narratur frequentari coeptus; vid. Hephaest. p. 70. Terent. Maur. p. Putsch. 2422." Spald.

intervenire rep.] „Guelf. cum Voss. 1. *intervenit rep.* Turic. Flor. *interve non rep.*, a. sec. uterque m. *intervenire non rep.* et sic reliqui omnes ante Gryph. qui meorum primus omittit *non* de coniectura Regii, cum pleroribus exc. Gesn. Bip. Accedunt quos in transcursu evolvi codd. Italici *non* dantes omnes. Recte omitti sententia non magis ostendit quam ipsi vetustissimorum libb. ductus. Nam syllabare hausta a sequentis vocabuli initio, *ni* vel solum *n* a librario accipiebatur *non*. Argumento est Guelf. quoque scriptura. Qui vero cum Gesnero et Boettigero (ad Horat. p. 279.) tueri cupit *non*, ei saltem *illis* reponendum erit pro *illi*, ut intelligantur Catullus et Bibaculus, non primus solus; quamquam ne sic quidem existit sententia loco idonea. — Cui hic intervenire epodos dicitur, is neque Horatius est neque, id quod etiam alienius, Catullus; sed intelligendus *iambus*, qui cum subiungit sibi epodon, iam non purus est c

Lyricorum idem *Horatius* fere solus legi dig-
. Nam et insurgit aliquando et plenus est iu-
itatis et gratiae, et variis figuris, et verbis
ssime audax. Si quem adiicere velis, erit *Cae-*
Bassus, quem nuper vidimus: sed eum longe

alius ab eo, quod pro-
appellatum erat opus.“
aldingius. At *proprium*
aullo aliter intelligendum
docent ea, quae supra
. Quorum si vera est
non dubitari poterit,
ad Horatium referri
idque vel propterea,
Quinctilianus ad iam-
rri voluisset, ipsum pro-
ut opinor, omissurus
Sequitur mox *idem*
. Sed quod Qu. h. l.
it *huic*, nemo poterit
qui alterius pronominis
diligentius consideravе-
terum pro *reperiatur*
ic. Flor. (hic a pr. m.)
reperietur, Hermannus,
mmiam brevitatem ver-
cuius acerbitas — Hora-
cribendum suadet: *cuius*
in Catullo, *Bibaculo*,
quamquam illi [Horatio]
interveniat, *repe-*
Veram hanc facilli-
rationem esse, haud
quisquam facile nega-
Sic etiam, unde illud *non*
iquissimis libris emana-
optime intelligitur.

dignus] Apud pedestris
his scriptores, quos ad su-
etatem referunt, talem
uram, frustra quaeras. Si-
militer tamen Gellius NN. AA.
VII, 17. „affers ea, quae digna
quaeri tractarique sint.“ et no-
tissimum est, quod scribit Pli-
nius Paneg. c. VII. §. 4. „uter-
que optimus erat, dignusque al-
ter eligi, alter eligere.“

insurgit aliquando] „Malig-
nam huiusmodi laudem Horatii
multi indiguati non tamen eo
pervenerunt ineptiarum, ut cum
C. Barthio pro *aliquando* reponi
vellent *aquilae modo*.“ Spald.

verbis] Fatetur Spald. parum
plenam sibi videri hanc oratio-
nem, quae sic simpliciter *verba*
ponat, nullo comitante apposito;
nam huc quoque *variis* trahere,
etiam magis ieiunum videri. Illinc
ipse suspicatur *varius* reponen-
dum esse pro *variis*. Probat
Wolffius, ego non item. Aut
enim repetendum *est* (*et variis*
est figuris) aut ablativus cum
praeced. *plenus* coniungendus.
Illud praeferens post nomen *fi-
guris* posui virgulam et alteram,
quam post nom. *gratiae* habe-
bat Spaldingius, intactam reli-
qui. De *figuris* vid. Ernest. Lex.
Techn. Lat. Rhet. p. 115. sqq.

Si quem] Spald. cum Guelf.
si quendam. Turic. cum Voss.
1. *si quidem*, quod defendens
censor Ien. (p. 242.) explicat
wenn nämlich, *wenn anders*;

97 praecedunt ingenia viventium. Tragoediae scriptores veterum *Accius* atque *Pacuvius* clarissimi gravitate sententiarum, verborum pondere, auctoritate personarum. Ceterum nitor et summa in excolendis operibus manus magis videri potest temporibus quam ipsis defuisse. Virium tamen Accio plus tribuitur: Pacuvium videri doctiorem, qui esse docti
98 affectant, volunt. Iam *Vari Thyestes* cuilibet Graecarum comparari potest. *Ovidi Medea* videtur mihi

idemque *adiicere* absolute poni dicit VI, 1, 29. et X, 2, 9. Spaldingius malebat *si quem tamen*, probante Wolffio. Quod scripsi, bonorum auctoritate librorum defenditur. Deinceps obsequutus censori Ien. omisi *is* ante *erit* cum optimis exemplaribus, etiam Turicensi Cod.

longe — viventium] „Miror, si eum quem solum Horatio adiicere possis, *longe praecedunt ingenia viventium*. Videbantur ne ipsa quidem digna, quae cognoscerentur, cum Horatius *solus legi dignus* esset. [At is, quem solum adiiccre poterat, utpote aliqua laude dignum, iam erat extinctus; caeteri praestantiores etiam tum in vivis erant. Quare nihil hic mirandum video.] Horum quidem aliquem, qui Quinctiliano obversaretur, Statium fuisse suspicor, cuius in Silvis sunt Lyrica.“ Spald.

§. 97. *veterum*] „Sic Flor. cum Alm. Gryph. (1536.) Basil. [etiam Colon. 1527.] Sed Guelf. *Verum*. Reliqui omittunt, quorum et Turicensem esse miror.“ Spald. *Veteribus* non modo opponitur, quod mox est *Iam* (i. e. recentioribus temporibus) in Vario et Ovidio, sed etiam in sequentibus *quos viderim*. Cf. I, 8, 8. — In seqq. pro *clarissimi* Turic. et Flor. dare dicuntur *gravissimus:* iidem cum Camp. Colon. (1527.) al. omittunt *et*, quod post v. *pondere* solebant interponere, quicumque ante Spald. hunc librum ederent.

Accio — Pacuvium] Horat. Epist. II, 1, 55. „— aufert Pacuvius *docti* famam senis, Accius *alti*.“ De Pacuvio cf. Cicero Orat. c. XI.

§. 98. *Graecarum*] „Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) cum Alm. probante iam, nec recipiente Burmanno, qui recte vulgatam repetit inde, quod *Iam Varus* [Ed. Colon. 1527. *Iam Varius cuilibet Graecorum.*] fuerit in quibusdam codd. Reliqui *Graecorum.*“ Spald. Neque tamen non potest defendi vulgaris lectio: *Varii Thyest. cuilib. Graecorum* etc. i. e. cuilibet Graecorum tragoediae. Cf. supr. ad §. 31. adn. 2.

ostendere, quantum ille vir praestare potuerit, si ingenio suo operari quam indulgere maluisset. Eorum, quos viderim, longe princeps *Pomponius Secundus*, quem senes parum tragicum putabant, eruditione ac nitore praestare confitebantur. In comoedia maxi- 99
me claudicamus; licet Varro *Musas* Aeli Stilonis

Medea] Cf. VIII, 5, 6. Hoc opus intercidisse constat. — Mox dedi *ille vir* cum Spald. Colon. (1527.) Camp. Turic. pro vulgari *vir ille*. De seqq. *potuerit— si maluisset* cf. dicta ad §. 62.

operari] Ita Turic. mutari iussit vulgatum *temperare*. Probat nostram lectionem Sarpius (Quaest. c. VII. p. 55.): „*Ἔργα* et *ἐργάζεσθαι* de opere rustico frequentant, ad aliasque res transferunt Graeci, ut Latini *opera*, et nonnunquam *operari*: reformidarunt tamen apud Qu. X, 1, 97. hoc verbum viri doctissimi. Ibi tandem legatur secundum Turicensem: *si — operari* etc. Bene Gronovius ad Tacit. Ann. III, 43.: *operatos studiis esse, qui cum maxime studiis attendant.*“ Caeterum h. l. Colon. (1527.) Basil. praebent *imperare*, quod Burmannus tuetur allato Senecae patris loco Controvers. I, 1. praef. (p. 63. Bip.): „Nemo [Latrone Porcio] plus ingenio suo *imperavit*, nemo plus *indulsit*“: sed quem hinc alienum iudicet Spald. — De Ovidio sibi nimium indulgente cf. §. 88.

quos viderim] Wolfius explicat: *quos videre potui*. Illud enim *posse* significari coniunctivo. Vid. infr. ad §. 118. „Quos se vel alios *vidisse*, eos horum pueritiam vel adolescentiam vivendo attigisse significat, ut modo §. 96. 118. III, 1, 18. Sic et *qui a nobis auditus est* §. 102. *Senes* igitur tum, cum ipse iuvenis esset Qu., faventes illi veteribus suis et animati fere ut ii, quos redarguendos sibi sumit Horatius epistola secundi libri prima, *parum tragicum* esse iudicabant Pomponium, quippe qui nimium concederet nitori cuidam novitio. Horatius item comparandus mox in Comicis iudicandis, ut et Gellius XV, 24.“ Spald,

senes parum] Quod cod. Turic. interpositum habet *quem*, in *quidem* mutari vult Spaldingius. Placet. Cf. ad §. 96.

§. 99. *claudicamus*] De hoc plurali vid. ad §. 93. cf. §. 100.

Varro Musas] „Sic Turic. Flor. Camp. cum Goth. Voss. 2. et edd. ante Stoer. exc. Basil. acc. Roll. [etiam Colon. 1527.] Reliqui hic inserunt *dicat*, quod nos cum illis infra post *Plautino*. Quae ratio (agnita illa, nisi dormitavi, a Guelf. ipso) facilior sane et minus implicita.“ Spald. Idem tamen legendum suadet: *Varro ex* (hoc etiam Burmann.)

sententia *Plautino* dicat *sermone locuturas fuisse, si Latine loqui vellent*; licet *Caecilium* veteres laudibus ferant; licet *Terenti scripta* ad Scipionem Africanum referantur: quae tamen sunt in hoc genere elegantissima et plus adhuc habitura gratiae, si intra versus trimetros stetissent. Vix levem consequimur umbram, adeo ut mihi sermo ipse Romanus non recipere videatur illam solis concessam Atticis venerem, quando eam ne Graeci quidem in alio

Ael. Stil. sententia Musas Plaut. dicat; quoniam ex recepta morosior aliquis possit eruere, Varronem dixisse, Musas sententias quidem ab Aelio Stilone, sermonem a Plauto mutuaturas. Miror Wolffio talia placuisse. Mihi tantum abest ut admittenda praepositio videatur, ut neque Ciceronem neque Sallustium aliter haec verba collocaturum fuisse existimem. — Caeterum de hac Varronis vel Stilonis sententia facile assentior Mureto (Var. Lect. XVI, 13. p. Ruhnk. 396.): „nae illae saepe, si Plautino more loquerentur, meretricio magis quam virginali more loquerentur."

laudibus ferant] i. e. laudibus efferant. Sic Plin. Epp. VIII, 6, 10. „Senatus tamen id quoque laudibus tulit." Sueton. Oth. XII. „mortuum laudibus tulit." Vid. ad h. l. Brem. et ad Nep. VI, 4, 2.

ad Scip. Afric. referantur] Vid. Sueton. in vita Terentii c. 3.

plus adhuc] Hoc *adhuc* pro meliore *etiam* cum comparativo coniungere, pariter ac caeteros argenteae scriptores aetatis, non dubitasse Quinctilianum, multis locis demonstrari potest. Vid. supr. §. 71. I, 5, 22. II, 4, 13. 15, 28. Neque tamen altero *etiam* non utitur. Quod opinatur Spaldingius *adhuc* ea significatione semper praeponi, non id omni ex parte verum est. Vide II, 10, 5. Sueton. Tiber. c. 17. Ner. c. 10. Caeterum cf. Brem. ad Sueton. Tiber. c. 44.

plus — intra versus trimetros] Mirum iudicium, quod prorsus improbat Bentleius in schediasm. de metris Terent.

§. 100. *venerum*] Vid. §. 79.

quando — obtinuerint] Flor. *quum.* Turic. Camp. *quoniam.* Vnde Spaldingius suspicatur olim fuisse *quoniam* sine pronom. *eam.* Vid. tamen Brem. ad Sueton. Inl. c. 7. extr. Sed minus etiam probanda Wolffii ratio, iubentis reponi *obtinuerunt.* Quod licet suppeditaret Guelf., ab emendatione abstinuit tamen Spaldingius. Verte: *Da diese Anmuth nicht einmal die Griechen — dürften erreicht haben.* Vid. ad §. 2. „Verum ita *sint*" etc.

genere linguae obtinuerint. Togatis excellit *Afranius*, utinamque non inquinasset argumenta puerorum foedis amoribus, mores suos fassus.

At non *historia* cesserim Graecis, nec opponere 101
Thucydidi *Sallustium* verear, neque indignetur sibi Herodotus aequari *T. Livium*, cum in narrando

linguae] omittit Cod. Guelf., probante Wolffio, me non item. Siquidem apertum est, *genera linguae* hic intelligi de loquendi generibus, quas *Διαλέκτους* vocant. In Flor. legitur *linguae quae*, pro quo fortassis debebat *linguae suae*.

Togatis] Togatas fabulas Romano ritu et moribus fuisse compositas, notum est. Cf. tamen Brem. ad Sueton. Octav. c. 55. p. 165.

utinamque] Cf. de hac particula II, 10, 9. VI. prooem. 7. VI, 3, 5. IX, 3, 1. Additur enclitica, quo arctior fiat cum praecedentibus cohaerentia. Nec dissimile est, quod legimus apud Cic. Epp. ad Fam. XIV, 4, 1. „*Quod utinam* minus vitae cupidi fuissemus.“ ubi Manutius haud male explicat *sed utinam*. Cf. Sallust. Iug. 14, 21.

mores suos fassus] „Cf. Auson. Epigr. 71, 4. [Bip.] Agnosco hic frugi hominem rhetorem nostrum, nec adeo me deliciae artis capiunt, ut, quod hodie solent plerique, indigner testantem sensus suos et aliquid virtuti concedentem. Idem optimus Gesnerus et hic fecit et, quo ablegat, ad Plin. Epist. IV, 27, 4., acri nec infacunda oratione exagitans nimiam huiusmodi sordium patientiam.“ Spald.

§. 101. *non historia*] Spaldingius: „Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. Iens. Camp. Tarv. Transposuit Regius, quem secuti recentiores omnes. Nostrum acrius est in negatione.“ Optime.

cesserim] „Alm. omittit; nec aliter Turic. Sed manifesto *cesserit* Flor. cum reliquis omnibus. Nos primi expressimus emendationem Burmanni „„ut sint iactantis Fabii verba, qui antea fassus erat, *claudicare* Romanos in comoedia. Et hoc convenit sequenti *verear*.““ Rectus casus *historia*, qui est in vulgata, et improprius est et languet. Vide tamen, an reponendum fuerit *cesserimus*. Cf. 86. item 7, 29, ubi Guelf. *fecerim* pro *fecerimus*.“ Ita Spaldingius, a cuius sententia non est cur discedam.

neque indignetur — aequari] Camp. *neque ind. Her. equari sibi*, cuius ordo mihi pariter placet ac Spaldingio: et similem suaserat Regius *nec. ind. Her. sibi aeq.*, cui praeter Ald. Colin. et Bad. nemo voluit auscultare. Caeterum *neque* cum Goth. et Camp. dederat Spald. pro vulg. *nec*. Nolui mutare.

mirae iucunditatis clarissimique candoris, tum in concionibus, supra quam enarrari potest, eloquentem: ita quae dicuntur omnia cum rebus tum personis accommodata sunt: affectus quidem, praecipue eos, qui sunt dulciores, ut parcissime dicam, ne-
102 mo historicorum commendavit magis. Ideoque immortalem illam Sallusti velocitatem diversis virtutibus consecutus est. Nam mihi egregie dixisse videtur *Servilius Nonianus*, pares eos magis quam

Sed meminerint tirones, saepius *neque — nec* reperiri, quam alterum *nec — neque*.

clarissimi candoris] „*Candidum* dicendi genus X, 1, 121. nescio an sit simplex, quae proxime e moribus eorumque bonitate oriatur nec multa artificia captet, dicendi ratio. Similiter *candide et simpliciter* XII, 11, 8. *Candidus* Herodotus X, 1, 73. simpliciter loquens; *candidus* Messala X, 1, 113. Add. II, 5, 19. [ubi cf. Spald.]" Wolff. Pari ratione „sententias *albas* vocabat Pollio Asinius *simplices*, apertas, nihil occultum, nihil insperatum afferentes." Senec. Rh. p. 203. Bip. Cf. Cic. Orat. c. 16. §. 53. et hic §. 32.

supra quam enarrari potest] „Plane pro *inenarrabiliter*, quod est apud Liv. XLI, 15, 2. cf. VI, 3, 6." Spald. Similis orationis color ap. Sallust. Cat. 5, 3. „Supra quam cuiquam credibile est."

ita quae] Sic. Turic. Guelf. Voss. 3. *itaque dic.* Flor. Goth. Camp. Alm. al. Vulgo ante Spald. erat *ita dic.*, auctore Regio. De *ita* cf. §. 69. Mox *cum in rebus* cod. Turic., idemque *accommoda sunt* cum Flor. (hic tamen *adcommoda* scribit): pro quo reliqui *accommodata: sed aff.* Sed Almel. *accommodata sunt*, quod recepit Spald. Nec vero inauditum est adiect. *accommodus*.

praecipue] *et praecipue* Guelf. *praecipueque* Colon. (1527.)

affectus dulciores] Wolff. explicat *iucundiores vel visu vel lectu*. Cf. §. 48.

commendavit] Quemadmodum *commendare* saepe est *plausibile reddere*, sic h. l. videtur intelligi, ut sit *plausibili ratione tractare, approbare lectoribus*.

§. 102. *velocitatem*] i. e. brevitatem. Cf. IV, 2, 107. XII, 10, 65. Sic Arist. III, 16, 4. *ταχεῖαν διήγησιν* dicit pro *βραχείᾳ*. Eupolis in fragmento supra laudato (§. 82.) Pericli tribuit orationis *τάχος*. Vid. Ernest. Lex. Techn. Graec. Rhet. p. 349. sq. „Animadvertendum autem summa hic proprietate positam vocem subiecto *consequendi* verbo. Et hoc quidem unus quisque sentiet

es: qui et ipse a nobis auditus est, elati vir
nii et sententiis creber, sed minus pressus,
historiae auctoritas postulat. Quam paulum 103
praecedens eum *Bassius Asfidius* egregie,
in libris belli Germanici, praestitit, genere
probabilis in omnibus, sed in quibusdam suis
viribus minor. Superest adhuc et exornat ae- 104
nostrae gloriam vir seculorum memoriae dignus,

dici nunc pro *habendo, reputo*, sed esse *pensare*, rentem ita consequi, ut potior ipso qui sequeba- quo nomine *diversae* aptissime dicuntur. De *putando* cf. X, 2, 7. *Im-* §. 86. X, 2, 18." Spald. *vir ingenii*] Hanc lectio- Spald. pro vulgari *clari* *genii* restituendam putavit leis Goth. scriptura *elatus* Turic. et Flor. dant *ingenii*; ille a sec. m. *ingenio*, quae est lectio Voss. 2. al. „Quis, in- Spald., *clarum ingenium* nisi forte ipsum hominem leret, cuius esset ingeni- §. 118. *Elatum*, quod et ac *sublatum* i. e. am- sublime, poterant optime *sublatius* vel *elatius* di- pponunt ei, quod est *pres-* et *tenuius*. Quod faciunt et Plinius minor. Cf. VI, . et hic 104. *elatum — um*, it. 44. *elatior in- vis*, ubi Goth. Voss. 2. pro *elatior*." Mihi in ensis lectione latere videtur *ingenii*, quod quum pa- reciperet librarius, ablati- vum adscripsit. Graeca structura in eodem adiectivo utuntur Vell. Paterc. II, 5. extr. „*disciplinae* in Hispania fuit *clarissimus*" et Valer. Max. IX, 10. extern. 1. „*Clarae ultionis* utraque regina." Cf. Zumpt. Gr. Lat. §. 72. 5, 1.

sententiis creber] Cf. §. 68. it. §. 76.: *pressus* dicitur, in cuius oratione nil est luxurians, nil redundans, contra omnia bene limata et rei exprimendae arctius applicita. Cf. IV, 2, 117. Opponuntur *pressis* saepe *luxuriosa*; et infr. 2, 16. *exilia*. Vid. Ernest. Lex. Techn. Lat. Rhet. p. 300. sqq.

§. 103. *Quam*] auctoritatem: *genere ipso*, sc. dicendi. Deinceps *sed in* Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt.

suis ipse viribus minor] inferior. Non igitur praestitit ea, quae praestare per vires suas poterat.

§. 104. *Superest — manent*] De hoc loco longe difficillimo commentantibus nobis quum non liceret esse brevibus, quaecumque dicenda essent in EXCVRSVM II. conferre visum est.

qui olim nominabitur, nunc intelligitur. Habet amatores, nec imitatores; ut libertas, quamquam circumcisis quae dixisset, ei nocuerit. Sed elatum abunde spiritum et audaces sententias deprehendas etiam in his, quae manent. Sunt et alii scriptores boni: sed nos genera degustamus, non bibliothecas excutimus.

105 *Oratores* vero vel praecipue Latinam eloquentiam parem facere Graecae possint. Nam *Ciceronem* cuicunque eorum fortiter opposuerim. Nec ignoro, quantam mihi concitem pugnam, cum praesertim non sit id propositi, ut eum *Demostheni* comparem

scriptores] „Hoc nomen, sicut συγγραφεῖς apud Graecos, *historicos* maxime significat. Vetustissimos autem Caelium, Sisennam, alioqui sibi memoratos, hic recensere noluit.“ Spalding. De seqq. cf. §. 45.

§. 105. *parem facere*] Hoc de sententia Spaldingii consulto assumpsit Quinctilianus e vocabulis rationum subducendarum. Non dissimilis est locus Ciceronis Brut. c. 56. §. 138. „Nam ego sic existimo — in his [oratoribus] primum cum Graecorum gloria Latine dicendi copiam aequatam.“

possint] Sic bene Spald. cum Turic. Flor. Alm. Reliqui *possunt*. Vid. ad §. 2. „Verum ita sint“ etc. et mox §. 107.

eorum] Graecorum, quod ex praecedd. facile potest intelligi.

fortiter opposuerim] i. e. opponere ausim. Et sic saepe hoc adverb. iungit cum verbis, ut sit *audacter*, *sine metu*: I, 5, 72. V, 10, 78. Est Gallorum *hardiment*. Vid. Spald. ad I, 5, 72. Supra (§. 101.) dixerat „nec opponere — verear.“

Nec ignoro etc.]„ Demosthenes enim tum temporis, ut ex dialogo Taciti scimus, Cicerone magis probabatur. Haec autem pugna contra aliter sentientes eo maior fuit, cum nunc quidem [*hoc tempore*, in hoc opere] ipsi non esset propositum, proprie cum Demosthene Ciceronem comparare; quo facto [velut in legitima concertatione] adversariorum argumenta facilius repellere posset.“ Wolff.

non sit id prop.] Hoc ordine Spald. cum Flor.: *non id sit pr.* Guelf. Camp. Goth. Iens. Tarv.: reliqui *id non sit prop.* quorum etiam Turic. videtur. De genitivo *propositi* Spald. comparat VII, 1, 50. „Iam multum acti est“: ubi Gesnerus malebat *actum*. Cf. IV, 2, 21. et 128. „quid facti sit“. Oudendorp. ad Suet. Aug. 44. 65.

mpore: neque enim attinet, cum Demosthe-
primis legendum vel ediscendum potius putem.
m ego virtutes plerasque arbitror similes, 106
im, ordinem dividendi, praeparandi, pro-
rationem, denique, quae sunt inventionis. In
ndo est aliqua diversitas: densior ille, hic
or; ille concludit adstrictius, hic latius;
. ille acumine semper, hic frequenter et pon-
illic nihil detrahi potest, hic nihil adiici; cu-
us in illo, in hoc naturae. Salibus certe et 107
seratione, qui duo plurimum affectus valent,

Demosth. — putem] Ita-
imque probo maxime.
. consilium] quo deli-
rator, qua ratione in
causa versandum sit.
13, 2. VI, 5, 3. seqq.
arandi — rationem] „In-
in prooemio *praeparari*
udicum animus talibus
is et rebus, quae vim
, ut iudex fiat facilis ad
ium attentius, et ad cre-
, et ne inclinet in cau-
versarii. Cf. IV, 1, 5. et
d etiam in aliis partibus
atio locum habet, ut
arratio est longior et
a (cf. IV, 1, 79. 2, 47.);
igulas quaestiones (IV, 1,
probationes (IV, 2, 55.)."

ue] „Per summam ante
comprehenduntur; cf. §.
Volff. Caeterum hic ante
legebatur *omnia denique.*
nia ignorant Turic. Flor.
. — densior ille: vid. §. 76.
ludit adstrictius] *Con-*
hic non est argumentari,
argumentis colligere, sed eius,
qui sententias ita proponit, ut
aptae fiant *comprehensiones et
ambitus illi verborum*, quas pe-
riodos vocant. Nos dicimus *pe-
riodiren*: cui opponitur *carptim*
vel *membratim* dicere.

illic — hic] Ita vulgatum *illi —
huic* mutari iusserunt optimi
codd. Turic. et Flor. Sententia
haec est: *in illo nihil detrahi
potest* (iis, quae dicit), *in hoc*
etc.: *in illo nihil redundat, in
hoc nihil deest;* cf. §. 76.: ne
forte cogites de *illinc* et *huc.*
Adverbia non raro etiam ad
personas referri, notum est. Vid.
Cort. ad Sallust. Iug. 14, 22. Cf.
ad Xenoph. Hieron. II, 4. p. 26. b.
Caeterum de Cicerone cf. VI, 3,
3. XII, 1, 20.

§. 107. *qui — affectus*] Turic.
Flor. Alm. *qui — adfectibus*:
ille a sec. m. *quae — in affec-
tibus*, et sic Obrecht.: *quae —
affectus* Camp. „In *ioco* quoque
affectum esse vidimus libri VI.
capite 3., quanquam diserte qui-
dem non inditur hoc nominis."

vincimus. Et fortasse epilogos illi mos civitatis abstulerit: sed et nobis illa, quae Attici mirantur, diversa Latini sermonis ratio minus permiserit. In epistolis quidem, quamquam sunt utriusque, dialo-
108 gisve, quibus nihil ille, nulla contentio est. Cedendum vero in hoc quidem, quod ille et prior fuit et ex magna parte Ciceronem, quantus est, fecit. Nam mihi videtur M. Tullius, cum se totum ad imitationem Graecorum contulisset, effinxisse vim

Spald. Ibidem ab initio capitis eadem fere, quae hic significat, de Demosthene dicuntur.

vincimus] Cf. §. 86. *Commiseratio* vel *miseratio* spectatur maxime in epilogo s. peroratione.

mos civitatis] „Athenis — actor movere affectus vetabatur". II, 16, 4. VI, 1, 7. Cfr. ad utrumque locum Spald. Idem in seqq. *et nobis* coniunctionem *et* putat fere vim habere vocis *vicissim*.

diversa Lat. serm. ratio] Cf. supr. §. 100.

dialogisve, quibus nihil ille] „Turic. Flor. *dialogi sui quibus nihil illi*. Ex Alm. affertur *dialogismi quibus nihil illi*. Obr. nihil dat nisi *dialogisve*, profecto ex Argentoratensi. Reliqui haec omnia omittunt. Apparet reposuisse nos e coniectura *ille*. — Spectat ad libros Ciceronis de Oratore, Brutum, item de philosophia agentes, in quibus est familiarium inter se confabulatio, cuiusmodi nihil scripsit Demosthenes. Orationem vero hic ego non praestem, neque exemplis similibus illustrem. Saltem *in* inseram ante *quibus*, ut subaudiatur [intelligatur] *effecit*, protulit. Nisi forte *simile* reponas ante *ille*." Spald. Fallor an legi potest *cum quibus nihil illi*: quod diceretur ea fere ratione, qua solet notissima illa formula, *Quid mihi cum hac re?* Cic. pro Quint. c. 18. (Schütz.): „Quid mihi, inquit, cum ista summa sanctimonia et diligentia?"

nulla contentio est] „Tantum praestat Cicero. Demosthenis quidem epistolae paucissimae, numero sex, et de publicis negotiis scriptae ad Senatum pleraeque, ut ne potuerint quidem tam varias formas induere, totque sententias ad scientiam rerum humanarum divinarumque pertinentes tractare. In epistolis Ciceronianis vicissim totus homo cernitur, isque Cicero, agilis mente neque ullius non virtutis ut artis capax." Spalding.

§. 108. *quidem*] Turic. *quod*; a sec. m. omittit; et sic Guelf. Camp. Goth. Voss. 2. et edd. ante Basil.

ille et] Turic. Flor. Guelf. Camp. omittunt *ille* cum Goth. et Voss. 1.: *et ille* Iens. cum edd. ante Stoer.

Demosthenis, copiam Platonis, iucunditatem Isocratis. Nec vero quod in quoque optimum fuit, 109
studio consecutus est tantum, sed plurimas vel potius omnes ex se ipso virtutes extulit immortalis ingenii beatissima ubertate. Non enim *pluvias*, ut ait Pindarus, *aquas colligit, sed vivo gurgite exundat*, dono quodam providentiae genitus, in quo totas vires suas eloquentia experiretur. Nam quis 110
docere diligentius, movere vehementius potest? Cui tanta unquam iucunditas affuit? Ipsa illa, quae extorquet, impetrare eum credas, et, cum transversum

§. 109. *in quoque*] Graecorum ante dictorum. Deinceps *omnes* omittunt Turic. Camp. Alm. et Flor., cuius a sec. m. haec datur lectio: *sed vel plurimas potius ex se.* Idque non displicet. Goth. Iens. Tarv. *sed vel plur. potius omnes ex se.*

ubertate] Turic. Flor. Guelf. Alm. Bodl. Ioann. Camp. al. dant *ubertas*, quod praeferret Spald., si *ipsa* esset in MSS.

ut ait Pindarus] „Additum quidem legimus Pindari fragmentis in editione Heynii novissima p. 164. vol. III. part. 1. Quinctiliani locum de Cicerone; omissus tamen fuerit melius. Expressit enim rhetor paene ad verbum, quod legimus, monente iam Capperonnerio ad h. l., in Pindari Olymp. XI. init.: — ἔστιν [χρῆσις] δ' οὐρανίων ὑδάτων, Ὀμβρίων, παλδων Νεφέλας. Ad sensum mihi quidem videtur expressus versus 10.: Ἐκ θεοῦ δ' ἀνὴρ σοφαῖς ἀνθεῖ ἑρμαῖ πραπίδεσσιν. Sic Ovidii in remed. amm. versu 707. et 708. ad sensum usus est Fabius, addit tamen *ut Ovidius ait* lib. XII, 10, 73. Egregie hoc de Ovidio monitum est in actis philologg. Monacc. tom. II. fasc. 4." Sarp. Quaest. c. VII. p. 55. sq.

vires suas] Turic. al. *curas s.* Flor. *alias vires suas.* Guelf. Bern. Iens. al. *virtutes suas.* Turicensis scripturam recte suspicatur Spald. natam ex nota critica ad *vires* apposita: „alii *curas*." Idem de Flor. valet. Vid. supra ad §. 55. pr. De loquutione conferri poterit Nep. Alcibiad. I. pr.

§. 110. *Cui tanta*] Turic. Flor. (hic a pr. manu) *alicui quanquam.* Suspicatur Spald. fuisse *aut cui.* Credo. Nisi forte malis *aut cui unquam tanta* etc. Alioquin quid sit *quanquam*, parum intelligere me fateor. Quod deinceps post *affuit* interponebatur *ut*, recte reiecit Spald., cum optimis libris.

extorquet] auditoribus: *cum*, quod sequitur, accipe pro *quamvis.* Satis nota haec est significa-

vi sua iudicem ferat, tamen ille non rapi videatur,
111 sed sequi. Iam in omnibus, quae dicit, tanta auctoritas inest, ut dissentire pudeat: nec advocati studium, sed testis aut iudicis afferat fidem; cum interim haec omnia, quae vix singula quisquam intentissima cura consequi posset, fluunt illaborata, et illa, qua nihil pulchrius auditum est, oratio prae
112 se fert tamen felicissimam facilitatem. Quare non immerito ab hominibus aetatis suae *regnare in iudiciis* dictus est: apud posteros vero id consecutus, ut Cicero iam non hominis nomen, sed eloquentiae habeatur. Hunc igitur spectemus: hoc propositum nobis sit exemplum: ille se profecisse sciat, cui
113 Cicero valde placebit. Multa in *Asinio Pollione*

catio, etiam Ciceroni usitata. Cf. Epp. ad Fam. I, 2. extr. Non raro *tamen* in altero membro solet omitti. Vid. Brem. ad Nep. III, 3, 2. et infr. ad 2, 13.

videatur] Spaldingius haec scripsit: „Malim *videtur*. Neque enim probarim, quod plerique ante *ipsa illa* inserunt *ut*. Nostra ratio longe acrior et vehementior, cum praesertim mox sit *tanta inest ut*, in quo nimia foret cum nostris struendi similitudo. Sed fortasse et sic ferri potest coniunctivus in hoc verbo: *δοκοῖ ἄν*." Scribe *ut*, *cum transversum — videatur*, et commode procedent omnia.

§. 111. *Iam*] h. l. transitioni inservit. *dissentire pudeat*: sc. iudices et auditores.

studium advocati — fidem] Cf. IV, 1, 7. *Advocatus* autem saepe apud Fabium est is ipse, qui causam orat.

interim] Turic. (a sec. m.) Camp. Iens. Tarvis. *inter*. Mox Flor. post *quisquam* addit *et*, quod haud temere ortum videatur.

auditum est] Ita Turic. Flor. Reliqui *auditu*. Sed antiquissimi illi inter *nihil* et *pulchrius* interponunt *quae*; unde Spald. ernit hanc scripturam: *qua nihil unquam pulchrius auditum est*. Perbene.

prae se fert] Campan. *prae se ferat*.

§. 112. *regnare in iudiciis*] Hoc ipse dicit Epp. ad Fam. VII, 24, 2. et IX, 18, 1. pro Sulla cap. 7. — Paullo ante pro *hominibus* Turic. Flor. Guelf. Alm. praebent *omnibus*.

hominis nomen, sed el.] Colon. (1527.) cum nonnullis aliis hunc praetulit ordinem: *hominis, sed eloq. nomen*.

ntio, summa diligentia, adeo ut quibusdam
n nimia videatur: et consilii et animi satis: a
re et iucunditate Ciceronis ita longe abest, ut
ri possit seculo prior. At *Messala* nitidus et
idus et quodammodo praeferens in dicendo no-
atem suam; viribus minor. *C.* vero *Caesar* si 114
tantum vacasset, non alius ex nostris contra
ronem nominaretur: tanta in eo vis est, id acu-
, ea concitatio, ut illum eodem animo dixisse,
bellavit, appareat. Exornat tamen haec omnia
. sermonis, cuius proprie studiosus fuit, elegantia.

113. *consilii*] Vid. ad §. *Animum* intelligo de *spi*- de vi et contentione di-, quae ex ingenii quodam nascitur: gr. *πνεῦμα, θυ-*

ulo prior] „Asinius quoque, quam propioribus tempo- natus sit, videtur mihi in- fenenios et Appios studu-

Auctor Dial. de Oratt. 11. Pro *seculo* Ienson. et posterr. ante Ald. (non .) habent *secundo*. Correxit s.

didus] Vid. supr. §. 101.

eferens] Ita Spald. cum is libris mutavit vulgatum *e ferens*. Pronomen recte tur etiam VI, 3, 17. et VI, ubi Spald. iubet conferri Ern. Cic. Drakenborch. ad CXVII, 34, 5. et Lexica. iam Matth. ad Cic. Rosc. . 87.

bus minor] Colon. (1527.) *s minoribus*, neglecta post interpunctione.

114. *Caesar — vacasset — nominaretur*] Non multo secus de Pompeio loquitur Cicero (Brut. c. 68.): „Pompeius, vir ad omnia summa natus, maiorem dicendi gloriam habuisset, nisi eum maioris gloriae cupiditas ad bellicas laudes abstraxisset."

eodem animo — appareat] „Comparat Burmannus locum Livianum XXXVIII, 50. extr. *Dicebantur enim ab eodem animo ingenioque, a quo gesta erant.* cui ipse medelam hanc afferre conatur: *dicebantur enim ab eo, eodem animo ingenioque, quo gesta erant*, merito non receptus a Drakenborcho, quanquam iudicium suum tacente. Saltem in Burmanniana illa emendatione *a quo* non in *quo* refingi debebat, sed in *atque*. Alia de Caesare sententia Dialogi de Oratt. c. 21." Spald.

cuius proprie studiosus] „Tentantem *proprii* Gesnerum, ut significetur Caesar omnis insolentiae dicendi impatientissimus (cf. Gell. NN. AA. I, 10.), pro-

115 Multum ingenii in *Coelio* et praecipue in accusando multa urbanitas, dignusque vir, cui et mens melior et vita longior contigisset. Inveni qui *Calvum* praeferrent omnibus, inveni qui Ciceroni crederent, eum nimia contra se calumnia verum sanguinem perdidisse: sed est et sancta et gravis oratio et custodita et frequenter vehemens quoque. Imitator

bare non possum. Verius videtur quod ipse subiicit, *proprie studiosum* esse *in primis et maxime studiosum.* [Similiter hoc adverbium dicitur I, 5, 45. III, 7, 7. Cf. Ruhnk. ad Vell. II, 9, 2. Burmann. ad Quinct. Decl. XII, 3. p. 243. Kapp. ad Val. Max. p. 532.] Tacita mentio inest librorum de analogia, de quibus vide I, 7, 34. [Cic. Brut. cap. 72.] Burm. recte demonstrat locum Cic. Brut. c. 75. „„Caesar autem, rationem adhibens, consuetudinem vitiosam et corruptam pura et incorrupta *consuetudine* [leg. *loquutione* cum Schütz.] emendat.““ Spald.

§. 115. *dignusque*] Turic. a pr. m. omittit copulam.

mens melior] Impudicus et lascivus homo fuit, eiusque mores minime cum ingenio conferendi. Vid. Manut. ad Cic. Epp. ad Fam. libr. VIII. pr. (p. 517. ed. Lips.)

qui Ciceroni crederent] In Bruto c. 82. „accuratius quoddam dicendi et exquisitius afferebat genus: quod quamquam scienter eleganterque tractabat, nimium tamen inquirens in se, atque ipse sese observans, metuensque, ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deperdebat.“ „Haec est illa *calumnia*, quae κακοζήτησιν fecit. Vid. supra ad VIII, prooem. 31. *Infelicem calumniandi se poenam* damnat etiam X, 3, 10. et 4, 3. et *infelicem verborum cavillationem* X, 7, 14. adde omnino XII, 10, 77.“ Gesnerus. Cf. Ern. Lex. Techn. Lat. Rhet. p. 44. sq.

sanguinem] *Sanguis* in oratione significatione translata dicitur pro iusta copia et vi sententiarum et verborum, ita ut nec desit quidquam nec redundet, et vim habeat oratio ad auditorum attentionem animosque commovendos. Vid. Schütz. Lex. Cic. et cf. hic §. 60. 2, 12.

sancta] „cui inest gravitas, pondus et rerum et verborum, antiquitas quaedam atque dignitas.“ Wolff. Cf. IV, 2, 125. VIII, 3, 24. 44. et 6.

oratio — custodita] „quatenus intra leges recti continetur nec fines transgreditur.“ Wolff. „Sic a Plinio minore IX, 26, 12. quae *custoditius pressiusque* dicuntur, opponuntur sublimibus et audentibus; et modo in loco Ciceroniano erat Calvus *ipse sese observans.*“ Spald. Habent *cu-*

autem est Atticorum, fecitque illi properata mors iniuriam, si quid adiecturus sibi, non si quid detracturus fuit. Et *Servius Sulpicius* insignem non immerito fa- 116
mam tribus orationibus meruit. Multa, si cum iudicio legatur, dabit imitatione digna *Cassius Severus*: qui si ceteris virtutibus colorem et gravitatem orationis adiecisset, ponendus inter praecipuos foret.

etodita Turic. Flor. Camp. Alm.: reliqui *castigata*.

autem est] Hoc ordine Spald. cum Turic. Flor. Camp. Alm. etiam Colon. (1527.) Reliqui *est autem*. Quod si placet, cf. adn. ad §. 78. extr.

sibi] Sic Turic. Flor. (hic quidem a sec. m. *fuit*, neque id deinceps omissum, et sic Guelf., sed Bern. *fuerit*) Camp. Alm. Voss. 2. Goth. Andr. Reliqui omittunt. Sensum huius loci sic explicat Wolfius: „Dolendum est, quod mature mortuus est, si quidem sibi aliquid adiicere voluit. Nec enim detractio fieri debuit."

§. 116. *Et Servius Sulpicius*] Ita Colon. (1527.) cum Guelf. Camp. Goth. (hic tamen *non* ponit ante *insignem*.) Sed mihi pariter ac Spaldingio displicet *Et* in fronte positum. Neque tamen certi quid e variis h. l. lectionibus eruere contigit. Turic. *detracturus Sulp. insignum fuit ut Servius Sulpicius insignem non in mero famam id tribus*. Iens. Tarv. *detr. fuit. Insignis et S. S. insignem immerito* (*non immerito* Locat. et al.) *fam. trib.* — De Sulpicio cf. §. 22.

non immerito — meruit] „Neo *immerito* quidam — *meruerunt* nomen patronorum." VI, 4, 5. ubi Spaldingius: „Displicent, inquit, haec geminata. Sed hoc ipso naevo apparet, quam plane *merendi* verbum abierit in sensum *impetrandi*, etymo plane absterso." Cf. §. 94. extr.

colorem] „Nimium affectuum, irae, malignitatis, invidiae, simplicitatem improbat in Cassio. Neque enim ille quidquam eorum dissimulare solebat, quae animum pungerent et exasperarent; securus qualis ipse videretur iudicibus, modo infamaret adversarium. Tale quid hic *coloris* vocabulo significari, totius orationis series docet. Et video mecum facere elegantissimum Ernestium in Technol. Lat. p. 65. — Colorem omnem depositum imprimis videmus XI, 1, 57." Spald. *Gravitatis* etiam penuriam Ern. l. l. eo putat pertinere ex mente Quinctiliani, quod quum in vita omni minus bene se gesserit, tum vero iocandi acerbitati et amaris salibus nimium insto indulserit. Cf. quae statim addit Qu.

foret] Turic. Flor. (hic a pr. m.) Alm. omittunt.

117 Nam et ingenii plurimum est in eo et acerbitas mira; et urbanitas eius summa: sed plus stomacho quam consilio dedit: praeterea ut amari sales, ita 118 frequenter amaritudo ipsa ridicula est. Sunt alii multi diserti, quos persequi longum est. Eorum,

§. 117. *et acerbitas*] Copulam omittunt Turic. Flor.: prior etiam praecedd. *est in eo*. Deinceps pro vulg. *et vis summa* Spalding. dedit *eius summa*, quod tuentur Turic. (a sec. m.) Camp. Iens. Andr. et edd. ante Bad. aeced. Basil. et Colon. (1527.)

praeterea — ridicula est] „Refertur hoc ad eam, quam in Cassio laudaverat urbanitatem, interiecta brevi, quae sensum non interpellet, sententia de errore Cassii. Adiuvatur enim illa summa huius oratoris urbanitas ipsa eius amaritudine, quae, vel sine salibus, per se ipsa ridicula est i. e. risum movet auditorum. *Ridiculum esse* in laude dicitur, non in vituperatione. Cf. VI, 3, 22. seqq. Francii coniectura *amantur* pro *amari*, speciem magis habet quam substantiam." Spald.

§. 118. *Sunt alii*] Sic ed. Colon. (1527.) cum Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Basil. Spald. *Sunt autem al.* Iens. cum edd. ante Bad. Reliqui interponunt *et*. — *Diserti* h. l. non dicuntur minus honesta illa significatione, ex qua est dictum Antonii VIII. prooem. §. 13. Hoc enim vix credibile in magistro suo Domitio facturum fuisse Fabium. Etiam supra §. 68. itemque 3, 13. *diserti* proxime ad *eloquentes* videntur accedere.

longum est] „Observavimus, bonos scriptores fere semper hanc formulam per indicativum efferre, *longum est*, *infinitum est*, [*difficile est* ap. Nep. Att. XI, 3. *inhumanum est* ap. Quinct. I, 6, 35. *necesse est* I, 6, 9. et quod usurpat Ovid. *longa mora est*] vel *longum erat*, ut Petron. 28., non per subiunctivum, ut hominibus nostris familiare est, *longum esset*, *infinitum esset*." Verba sunt Ruhnkenii ad Vell. Pat. II, 42. pr. Cf. Zumpt. Gr. Lat. §. 77. 2, 2. p. 372. ed. 3. Similis est usus verbi *possum*; velut in his: *Multis exemplis demonstrare possum*, pro quo nunc dicere consueverunt *demonstrare possem*. Vid. Matth. Eloq. Lat. Exempl. p. 195. Sed quamquam nos contra morem Latinorum in talibus conditionem aliquam suppressam cogitare solemus: non ubique tamen ab hac illi ratione discrepant. Quo minus imiter Spaldingium V, 1, 3. „Non enim communes locos tradere destinamus, *quod esset operis infiniti*, sed viam quandam atque rationem." invitis codd. scribentem *quod est operis infiniti*. At vero coniunctivo

quos viderim, *Domitius Afer* et *Iulius Africanus* longe praestantissimi. Arte ille et toto genere dicendi praeferendus et quem in numero veterum locare non timeas: hic concitatior, sed in cura verborum nimius et compositione nonnunquam longior et translationibus parum modicus. Erant clara et nuper ingenia. Nam et *Trachalus* plerumque sub- 119

praesentis vel perfecti si quis in illis formulis utatur, nihil est quod reprehendam. Sed is coniunctivus sua potestate ponitur et inde repetendus est, unde repetiit Zumptius §. 78. 3. p. 376. ed. 3. Vid. supr. §. 38. et infr. 5, 1.

quos viderim] Coniunctivus in talibus ponitur optative et indefinite. Nos: *die ich etwa sah*. Cf. supra ad §. 98. et Zumpt. §. 89, 9. p. 395. Non aliter Cic. Off. III, 7. extr. „Neque enim quidquam de hac parte post Panaetium explicatum est, quod quidem mihi probaretur de his, *quae in manus meas venerint*." ubi vide Cl. Beierum. Caeterum Turic. dat *viderem*, a sec. manu *viderem*.

longe praestantissimi] Turic. *longe al.* (cf. 109.) *praesentissimi*, a sec. manu reponitur nostrum, nec deleto tamen, quod interiectum erat. Flor. *longe aliis praesentissimi*, a sec. m. *long. al. praestantissimi*.

Arte] Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) Alm.: reliqui praemittunt *verborum*. *Artem* Domitii Spald. non longe abesse putat a *maturitate*, quae eidem tribuitur XII, 10, 11. „Iudicium eius, inquit Spald., est acerrimum, nunquam ablatum illud vehementia vel nimia elegantiae affectatione. Similiter Terentium Horatius Epist. II, 1, 59. *arte* ait *vincere*; quanquam Bentleius hoc ad metricam etiam virtutem refert in Schediasmate."

locare] Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *bitare* cum Alm.; sed Flor. a sec. *habere*, et sic plerique. Spaldingio videtur fuisse *citare* vel *recitare*. Quidni *putare*? Cic. Verr. IV, 19, 41. „iste etiam tum patrem, si non in parentis, at *in hominum numero putabat*." Cf. pro leg. Manil. 13, 37. Saepe autem litterae unius per errorem facta inversio librariis fraudem fecit. Sic supra §. 74. pro *qui turbae* Turic. dedit *qui turpe*. Talia ut nunc a typothetis frequentantur, ita olim ab istis non erant liberi librarii.

concitatior] *Vires* Africani laudantur XII, 10, 11.: *compositione longior* quod dicitur, Spald. refert ad longiora, quae compositionis gratia faciat, hyperbata. Cf. VIII, 6, 65. IX, 4, 145. — De *ingeniis* vid. ad §. 86.

§. 119. *Nam et Trach.*] Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp.

limis et satis apertus fuit et quem velle optima crederes: auditus tamen maior. Nam et vocis quantam in nullo cognovi, felicitas, et pronunciatio vel scenis suffectura, et decor, omnia denique ei, quae sunt extra, superfuerunt. Et *Vibius Crispus* compositus et iucundus et delectationi natus: privatis tamen causis quam publicis melior. *Iulio Secundo* si longior contigisset aetas, clarissimum profecto nomen oratoris apud posteros foret. Adiecisset enim atque adiiciebat ceteris virtutibus suis, quod desiderari potest: id est autem, ut esset multo magis pugnax et saepius ad curam rerum ab elocutione

Alm. omittunt *nam*. Sed Camp. *ut* (pro *nam et*), quod, indicante Spald., possit placere, ut vitetur iteratio horum *Nam et* hac §. et 117. Sed cf. §. 42. Addere liceat Cic. Brut. 93. extr. „traduceret — *traduceret* — adducere." ubi haud assentiar Schützio, alterum *traduceret* invitis libris mutanti in *revocaret*. — Nomen viri varie scribitur; plerique *Trachallum* vocant. Cf. Spald. ad VI, 3, 78. — *Apertum* dicit perspicuum, lucidum. Cf. ad 3, 21.

optima] refero ad genus dicendi, ut mox est §. 122. *ad optima tendentium* et §. 131. *meliora vellet*. Simil. *bona mens* dic. II, 12, 12. de saniore in arte oratoria iudicio: ubi Spald. laudat Petron. c. 3. Contra vitiose nullaque eloquentia dicta sunt *mala* II, 4, 16. ubi vid. Spald., qui tamen h. l. de honestate et recti amore cogitari putat.

auditus tamen maior] Lectus igitur Trachalus aliquantum descendebat ab eo, qualis videbatur auditus.

§. 120. *adiiciebat*] „Attende vim imperfecti. Semper *adiiciebat*, neque tamen adiecerat, antequam moreretur." Spald.

pugnax] Turic. Flor. Alm. *pugnans*. „*Pugna* autem, inquit Spald., est causae ipsius tractatio, solita illa negligi a cupidis sententiarum et locorum communium. Nimium igitur Secundus dabat rebus extra causam, nec satis pugnabat, ut ei magis *pugnaci* fieri optandum esset. Hunc *pugnae* et pugnaudi usum habes IV, 3, 2. V, 12, 22. VI, 4, 4. 6. hic §. 79. [cf. §. 31.] Sic apud Senecam patrem Controv. 2. praef. „„Deerat ei oratorium robur et illa *pugnatorius* mucro." " — De vv. *id est autem* cf. ad §. 78.

et saepius] Turic. (a sec. m.) Camp. *ut saepius*.

eret. Ceterum interceptus quoque magnum 121
indicat locum. Ea est facundia, tanta in ex-
do, quod velit, gratia: tam candidum et lene
ciosum dicendi genus: tanta verborum, etiam
assumta sunt, proprietas: tanta in quibusdam
riculo petitis significantia. Habebunt qui post 122
e oratoribus scribent, magnam eos, qui nunc

eret] „Cf. III, 11, 26. atum fere Secundi illum i invenies, ut et hic §. pald.

interceptus] morte tura. Deinceps pro *velit* at *vellit*, sed Turic. Alm. (1527.) *vellet*, quod quo- probetur, neque praeced. que aliud quidquam im- nto est.

plicando — gratia] „Ver- lnem ipsam tenere opor- forte *explicare* accipias *etari*. Quidquid scire vult em, tam apte et decenter *eloquitur*, ut nihil obscu- maneat in magnis, nihil deatur in parvis. Cf. VIII, Haec ipsa et Fabii nostri accipua est virtus. Apud m patrem Controv. 1, 2. „„*explicatio* — splendida , sed operosa et impli- Fateor autem placitu- agis mihi, si fuerit *quid* nam *quod velit*. Nam alia t VIII, 3, 61.“ Spald. Ni- to, nisi quod malim *vellet*. „Turic. *lero*, a sec. m. et sic. Flor. Guelf. cum lens. Tarv. Non impro- Capperonnerio videtur

scriptura [*lēve*]; mihi prorsus, cum hic nulla alt compositionis mentio, sed vehementi et forti opponatur *leno dic. genus*, velut XII, 10, 67. cf. et IX, 4, 130, 136. hic §. 44. Eo quaecunque mox laudantur in hoc oratore conspirant omnia; in assumtis proprietas, in periculosis significantia. Mox X, 2, 25. in solis lens. et Tarv. *levi*, *leviter*, improbante recte Gesnero.“ Spald.

speciosum] dicitur in laude et ad veram elegantiam refertur. Cf. II, 4, 32. VIII, 6, 49. Secus est VII, 1, 41.

assumta] et arcessita (cf. VIII, 3, 56.) per translationem. Cf. VIII, 6. totum caput. — Etiam in bene translatis esse proprietatem ait Wolffius. Cf. VIII, 2, 10.

tanta in quibusd.] Colon. (1527.) *tanta etiam in quibusd.* cum Goth. et Voss. 2.

ex periculo — significantia] „Vel audacissime novata in elocutione non carent perspicuitate. Cf. II, 11, 3. VIII, 6, 11. XI, 1, 32.“ Spald. Cf. Ernest. Techn. Lat. p. 280. Periculum est autem, ne in nugas et dementiam abeat dicendi audacia. De *significantia* vide adn. ad §. 49.

vigent, materiem vere laudandi. Sunt enim summa hodie, quibus illustratur forum, ingenia. Namque et consummati iam patroni veteribus aemulantur, et eos iuvenum ad optima tendentium imitatur ac sequitur industria.

123 Supersunt, qui de *philosophia* scripserint: quo in genere paucissimos adhuc eloquentes litterae Romanae tulerunt. Idem igitur *M. Tullius*, qui ubique,

§. 122. *materiem*] Hanc ego formam cum cod. Flor. anteposui vulgatae *materiam*. Idem Flor. cum Turic. Camp. Voss. 1. 3. habet *materiem* VIII, 6, 7. Fronto *de differentiis vocabb.* p. 481. ed. Maii: „*Materies* animi est, *materia* arboris. *Materies* qualitas ingenii, *materia* fabris apta.“ *Materiem* igitur translato, *materiam* proprio sensu dici voluit. *Materiam* omnes libb. §. 128.

Sunt enim summa] „Florebat Aper, Marcellus, Maternus, Messalla, Caecilius Plinius, et multi alii. Vide Tacitum.“ Pseudo-Turnebus. „Vide Plinianas epistolas passim, et L. 9. Ep. 26. de summis ingeniis quasi scatentes.“ Almeloveen.

veteribus aemulantur] „Hoc ipsum huius Quinctilianei seculi videtur, quod promiscua utitur structura *aemulandi*. Cf. §. 62. ubi est accusativus verbo iunctus. Alioqui dativus additus *aemulando* significationem habet invidiae et animi iniqui. Sic aliorum quoque verborum structuram inflexerunt novi; vide IX, 3, 2.“ Spald. *Aemulari* ita differt ab altero *imitari*, ut qui *imitatur* satis habeat, si aliqua ex parte eius similis esse possit, quem sibi imitandum proposuit: qui vero *aemulatur*, aequare studeat, vel etiam si fieri possit, superare. Vide Gesner. ad Plin. Epp. VII, 30, 5.

§. 123 *scripserint*] Hunc modum bene restituit Spald. ex optimis libris. Antea legebatur *scripserunt*. Mox Camp. omittit *adhuc*. — Caeterum ex hoc etiam de Philosophis loco totoque dicentis habitu, quo leviter et cum animi quadam verecundia et anxietate singulos eosque satis paucos tangat, censor Ien. (p. 231. sq.) ait apparere, etiam tum vixisse Domitianum, quum Fabius hoc de philosophis iudicium scriberet. Sed quae de illis legantur XII, 2, 1. 4. 8. 9. etc., ea ut maiorem libertatem spirent, ita fieri non posse, quin post caedem tyranni scripta existimes. Recte. Ab Domitiano philosophos omnes urbe Italiaque summotos esse, notum est omnibus.

qui ubique] „Sic Flor. Guelf. [Colon. 1527.] cum edd. inde a Basil. ante Burm.: *qui ubi*

in hoc opere Platonis aemulus extitit. Egre-
rero multoque quam in orationibus praestan-
Brutus suffecit ponderi rerum: scias eum sen-
quae dicit. Scripsit non parum multa *Cor-* 124
Celsus, *Sextios* secutus, non sine cultu ac

sed a sec. m. *ut ubique.*
et ubique (et pro *etiam*
mox *et in hoc*, sibi con-
um Voss. 2. Sed Camp.
bique, et sic reliqui, in
ione parum grate intelli-
t ad *idem.*" Spald.
in hoc] „Leve sane in
tione vitium, quasi ubi-
tonis maxime aemulus
ro. Sed hoc ut vitaretur,
anfractu opus erat.
ut ubique Graecorum
itissimi cuiusque, ita in
ere Platonis." Spald.
onibus] Guelf. *oratori-*
Quod sequitur *praestan-*
mittit Colon. (1527.)
de Bruto iudicium, etsi
, agnoscit auctor Dialogi
tt. c. 21. „Brutum philo-
suae relinquamus. Nam,
tionibus minorem esse
a, etiam admiratores eius
." Cf. Cic. de Fin. I, 3.
eri] Turic. Flor. (hic a
Alm. *pondere.* Sequens
Wolffius bene explicat
t intelligere licet.
4. *non parum multa*]
n pauca, satis multa. Si-
, 2, 3. „fuerunt *non pa-*
nulti": ubi Burmannus
Cic. Planc. c. 7. et 30.
ro erat, cur *multa* tollen-
ederet Almeloven.

Sextios] Vulgaris lectio erat *Scepticos*, quae, ut ait Spald., videtur Philandri coniectura, frustra illustrata a Pseudo-Turnebo, ipsoque nuper Gesnero. *Sextios* idem Spald. restituit, iubentibus id codd. Turic. Flor. Guelf., antiquissimo Danielis (cf. Spald. ad VI, 2, 11.), Goth. Voss. 2. Bern. et edd. ante Ald.— Duo fuerunt *Sextii*, pater et filius, qui Pythagorae aemuli novam sectam philosophorum inter Romanos condere conati sunt, de qua Seneca pat. Naturall. Quaest. VII, 32. haec scripsit: „Sextiorum nova et Romani roboris secta inter initia sua, quum magno impetu coepisset, extincta est." Horum igitur philosophorum sectam scriptis exprimere conatus est is, qui omnis fere doctrinae commentarios adornavit *Celsus*. Quem virum plus quinque et viginti locis commemorat Fabius, sed plerumque tamen reprehendit et refutat: nisi leviter et paene invitus non laudat (cf. IX, 1, 18.). Sed singula ut longum est afferre, ita non possum quin de illis, quae sunt XII, 11, 24., meum qualecumque iudicium interponam. Illic Fabius ubi excusavit, quod ab oratore nimis multas difficilesque artes postu-

nitore. *Plautus* in Stoicis rerum cognitione utilis. In Epicureis levis quidem, sed non iniucundus tamen

laverit, tempus, modo recte adhibeatur et bona adsit voluntas, non deficere ostendit et quid praestari queat, exemplis virorum illustrium demonstrat. Ex quorum numero laudatis Platone, Aristotele, M. Catone, Varrone, Tullio: finit enumerationem his verbis: „Quid plura? cum etiam *Corn. Celsus, mediocri vir ingenio*, non solum de his omnibus conscripserit artibus, sed amplius rei militaris et rusticae etiam et medicinae praecepta reliquerit? dignus vel ipso proposito, ut eum scisse omnia illa credamus." Quibus in verbis quum essent qui ineptum putarent de Celso iudicium (*mediocri vir ingenio*), medicinam loco adhibendam decreverunt. Atque Capperonnerius quidem, referente Ios. Ant. del Chiappa, medico Ticinensi, (in libro: *Intorno alle opere e alla condizione personale di A. Corn. Celso. Milano 1819.* pag. 51.) legendum coniecit *medic., acri vir ingenio.* Quod nuperrime qui impugnavit Kühnius, medicorum Graecorum editor clarissimus, (in scriptione academica: *In Celsi libr. VII. c. 26. commentatio continuatur.*) sese de h. l. sic statuere profitetur, ut verba, allata e margine libri, cui lector aliquis alleverit: *medicus, haud mediocri vir ingenio*, suppressa negandi particula, in Quinctiliani orationem intrusa esse putet. At mihi sana videntur omnia. Namque Qu. *mediocri virum ingenio* nunc vocat Celsum, cum summis eum viris, Platone, Aristotele, caett. comparans; eiusque haec est sententia: *quum ipse etiam Corn. Celsus, licet mediocri vir esset ingenio neque ad Ciceronem, Varronem et caeteros, quos modo laudavi, summos viros comparandus, tantum opus perfecerit, non est cur quisquam, cui ingenium, valetudo, facultas, praeceptores non desint, egregiam se hisce studiis laudem fructumque meriturum desperet.* Sed alio properare tempus monet.

Plautus] Turic. Flor. *plaustus;* sed hic a sec. m. *Plautus*, et sic Guelf. Ienn. Bern. et edd. ante Ald., qui tamen *Plaucus.* Spald. cum Goth. Camp. et reliquis *Plancus.* Qua tamen auctoritate eos, qui *Plancum* dederint, castigate nomen exhibere dixerit Regius, sese ignorare dicit Spald., nullo, quod sciat, usquam memorato Stoicae philosophiae auctore, qui hoc nomine fuerit. In hac scriptoris ignoratione ipse ex vetustissima scriptura *P. Faustum* eruens conferri Lipsium iubet, qui ap. Tac. Ann. III, 48. e *M. Folio* exculpserit *M. Lollium.* Neque tamen *Faustum* illum Stoicorum dogmatum scriptorem fuisse docuit. Melius Buttmannus: „Non inutile

auctor est *Catius*. Ex industria *Senecam* in omni 125
genere eloquentiae distuli, propter vulgatam falso
de me opinionem, quia damnare eum et invisum ...

tamen erit observare, *Rubellium* illum *Plautum*, qui Augusti stirpem attingebat et sub Nerone periit, Stoicae sectae addictum et Musonii familiarem fuisse, ut docet Tacitus Ann. XIV, 57. et 59." Sed quum dubium sit, Plautus iste num libros ediderit, *Papirium Fabianum Plautum* praestiterit intelligere cum censore Quinctil. Spald. Ienensi, cuius ipsa verba in Excvrs. Ill. transscribere placuit.

cognitione] „Goth. Iens. *cognitioni* cum edd. posterr. ante Stoer. exc. Basil. acc. Rollino. Potest placere, sed obstat quodammodo §. 128. „„multa rerum cognitio."" Spald.

Catius] „Ille, cuius *spectra* (εἴδωλα Epicuri) ridet Tullius Fam. XV, 16. et 19." Gesnerus. Cf. infr. 2, 15.

§. 125. *Senecam — distuli*] Nolui de Seneca dicere, quum de quocumque genere eloquentium, qui oratori essent imitandi, dicerem; et quum de poetis, et quum de historicis, et quum de oratoribus, et quum de philosophis Romanis: distuli in hunc locum, quidquid de eo dicendum videbatur. „Hoc, quod iam lecturi sumus, de Seneca iudicium quantivis est pretii. Conferendum autem cum eo Gellianum (XII, 2.) in quo et ipso accusatur Senecae proteruitas in carpendis veterum scriptis. Nec negligendum est, quidquid ibi exprobatur Senecae, in iis quidem, quae sunt reliquae, eius operum partibus non inveniri. Cf. Fabr. Bibl. Lat. ed. Ern. Vol. II. p. 107. 8. Sallustium non ipsum carpit aut irreverentius tractat, sed pravos imitatores notat Epist. 114. Fortasse tamen Qu. et familiares eiusdem sermones respexit." Spaldiug.

eloquentiae — distuli] Colon. (1527.) interponit *versatum* cum Ald. Basil., iubente Regio, cui auscultare merito recusavit cum Badio et Burmanno Spaldingius. Quod enim Koenius neget (in obss. Mss. cum Spald. communicatis), recte Fabium potuisse dilatum a se in omni genere eloquentiae Senecam dicere, quia restarent aliae huius doctrinae partes ab ipso explicandae hoc et seqq. libris; non attendere virum doctum, solum hic significari censum scriptorum, quem adhuc egerit Fabius hoc capite, in cuiusque fine collocetur Seneca. Cf. §. 75. „Xenophon — inter philosophos reddendus."

propter — opinionem] quam commodissimum erat extremo hac de optimis scriptoribus disputatione diluere.

quia] Sic Spald. cum Turic. Flor. Camp. al. pro vulgari *qua*. Vid. Spald. ad II, 15, 6. — Mox post *eum* Guelf. omittit copulam;

quoque habere sum creditus. Quod accidit mihi, dum corruptum et omnibus vitiis fractum dicendi
126 genus revocare ad severiora iudicia contendo. Tum autem solus hic fere in manibus adolescentium fuit. Quem non equidem omnino conabar excutere, sed potioribus praeferri non sinebam, quos ille non destiterat incessere, cum diversi sibi conscius generis placere se in dicendo posse, quibus illi placerent, diffideret. Amabant autem eum magis, quam imitabantur: tantumque ab eo defluebant, quantum ille

credo, quod improbaret coniunctionem particularum *et — quoque*. Haec tamen coniunctio non insolens est. Quinctil. §. 115. I, 1, 31. 5, 42. Vell. Pat. I, 17, 2. ubi vid. Ruhnk., add. Corn. Nep. XXV, 18, 4. Brem. (quem cf. etiam ad Sueton. Caes. 76.) et Hor. Tursell. p. 223. (ed. V.) Cic. Legg. III, 2, 4. „quod *et* in his *etiam*, qui nunc regnant, manet." quam rationem miror Bothio (ap. Plaut. Trin. prol. 6.) vix Latinam videri.

dum — contendo] De hac particulae structura vid. Zumpt. Gr. Lat. §. 78, 10. p. 401. sq. Matth. ad Cic. Rosc. Am. §. 91. — Ad *dicendi genus* intell. *quod nunc est et amatur*. Pro *vitiis* non nemo in Act. Litt. Societ. Rheno-Traiect. t. III. p. 129. scribendum putabat *viribus*. Noli credere. *Frangere* quid sit, e loci contextu facile perspicitur. Cf. tamen Ern. Techn. Lat. p. 179.

§. 126. *Tum autem*] quum agebam illud, ex quo opinio ista de me falso vulgata prodiit. Quod quid sit, docent seqq.

conabar] Turic. Flor. Goth. (posteriorum uterque a pr. m.) Camp. *conabor*. Mox Turic. *perferre*. Flor. (a pr. m.) *praeferre*.

posse, quibus] Sic Colon. (1527.) cum Turic. Alm. Basil. Gryph. (1536.): *possem quibus* Camp. Interponunt *in* Flor. Goth. Guelf. al., recentiores dant *posse iis, quibus*, exc. Spald.

illi] potiores veteres. — Deinceps post *amabant* Turic. omittit *autem:* idemque praebet *ab eo* pariter ac Flor. Goth. Camp. Ald. Bad. Colon. (1527.) Basil. Reliqui *ab illo*.

defluebant] in peius desciscebant, deflectebant. Similis est locus I, 8, 9. quem laudat Spald.: „Sanctitas certe et, ut sic dicam, virilitas ab his [sc. *veteribus*] petenda, quando nos in omnia deliciarum vitia, dicendi quoque ratione, *defluximus*." (Quo loco non dubito quin *defluendi* verbum merito servaverit Spald., quamquam pro indic. *defluximus* scribendum erat *defluxerimus* cum Codd. Turic. Bodl. Alm. Voss. 1. Bern.,

ab antiquis descenderat. Foret enim optandum, pa- 127
res ac saltem proximos illi viro fieri. Sed placebat
propter sola vitia, et ad ea se quisque dirigebat effin-
genda, quae poterat: deinde cum se iactaret eodem
modo dicere, Senecam infamabat. Cuius et multae 128
alioquin et magnae virtutes fuerunt: ingenium fa-
cile et copiosum, plurimum studii, multa rerum
cognitio: in qua tamen aliquando ab his, quibus
inquirenda quaedam mandabat, deceptus est. Trac-
tavit etiam omnem fere studiorum materiam. Nam 129

quibuscum faciunt etiam Pariss. 1. 3. 5. [*defluximus* habere dicuntur hi codd. in Miscell. Crit. Friedemann. et Seebod. Vol. I. Partic. III. p. 496., sive Kleinii errore sive typothetae consueta negligentia.] Cf. hic §. 100. „quando — obtinuerint.“) Cf. Cic. Tusc. Disp. I, 25. „a necessariis artificiis ad elegantiora *defluximus*.“ de quo vide Ochsner. ad Cic. Eclog. p. 53. Alias *defluendi* verbum usurpatur in rebus, quae pereunt, abeunt. — De verbis *defluebant — descenderat* Spaldingius scripsit haec: „Egregia proprietas elocutionis. Qui cupiat nosse, quid sit sana et elegantia mutando corrumpere, is videat mihi coniecturam Francianam *desciverat* pro *descenderat*. Et en, ita dantem Campanum.“ Non magis probo, quam si quis apud Cic. Brut. §. 91. cum Ernestio scribat „quodvis potius periculum mihi adeundum, quam a sperata dicendi gloria *desciscendum* putavi.“

§. 127. *enim optandum*] Turic. Flor. Alm. *enim aliquid optandum*. Quare Spaldingius suspicatur fuisse *alioqui*. Quidni *alioquin?*

ac saltem] Ita Colon. (1527.) cum Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Iens. Voss. 2. 3. edd. ante Bad. acc. Basil.: reliqui *aut saltem*. Est haec elliptica dicendi ratio sic enodanda: *ac, si minus id possent, saltem proximos* etc. Temere ortam particulam vix ego crediderim.

proximos illi viro] Turic. Flor. *primos illi viros*. Videntur illi voluisse *proximos illi viros*. Haud inepte.

§. 128. *multa rerum*] Sic. Turic. Flor. Guelf. Camp. Basil. Spald. Reliqui *multarum rerum*. Iens. his vocibus praemittit *et* cum quibusdam aliis. Paullo post *ab his* praebent Turic. Flor. Camp. Reliqui *ab iis*. Cf. §. 91.

omnem — studior. materiam] „Goth. Camp. *omnium*. Io. Saresber. *omnem fere omnium stud. mat.* unde Goth. scripturam commendat Gisb. Koen. (cf. §. 125.) Nostrae scripturae favet I, 4, 5. „„*omni* studiorum genere.““ Spalding.

et orationes eius et poemata et epistolae et dialogi feruntur. In philosophia parum diligens, egregius tamen vitiorum insectator fuit. Multae in eo claraeque sententiae, multa etiam morum gratia legenda: sed in eloquendo corrupta pleraque atque eo perniciosissima, quod abundant dulcibus vitiis. 130 Velles eum suo ingenio dixisse, alieno iudicio. Nam si aliqua contemsisset, si parum non concupisset, si non omnia sua amasset, si rerum pondera

§. 129. *orationes*] „sive causarum actiones. Egit multas et illustres, atque in ipso Senatu: ut omittam, quas principi scripsit, in Senatu recitandas. Neque dubito *Edicta* ad populum et *Epistolas* graviores ab illo conscriptas, aut dictatas; quorum omnium levis memoria superest, et tulit, ut solet, aevum." Lipsius in Vita Senecae.

poemata] „certum est ubertim scripsisse. Ipse in exilio fecisse ostendit, et Tacitus, iam etiam seniorem, et in aula. Ita enim invidi calumniantur apud Neronem: *Obiiciebant etiam, eloquentiae laudem uni sibi adsciscere, et carmina crebrius factitare, postquam Neroni amor eorum venisset.*" Lipsius.

dialogi] „quos Fabius nominat, nec ultra." Lipsius. — *dialogi feruntur:* „Turic. Flor. *dialoge fer.* [Cf. ad 2, 2.] Ille a sec. m. *dialogi efferuntur*, et sic Camp. Ien. cum edd. ante Ald. Secunda Flor. manus, nostra ipsa. Nostris vocibus Ien. subiicit *et* cum edd. posterr. ante Ald. pro quo Regius suadebat *etsi.*" Spald.

claraeque] Encliticam omittunt Goth. Camp. Non sequor. Delnceps Goth. sine iusta caussa scribit *atque in eo pernic.*

§. 130. *Velles eum*] Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. *Velles enim.*

Nam si aliqua] Turic. Flor. omittunt *si:* vicissim 2, 3. Guelf. *quam si fuit* pro *quam fuit;* Camp. *nam in aliqua.* Ald. *nam nisi aliqua.* Flor. (a. sec. m.) Goth. Ien. Voss. 2. Vall. et Gryph. cum edd. posterr. ante Basil. *nam si nil aequalium.* Guelf. *nam simile quam.* Voss. 1. *nam simile contems.* Nostram scripturam suppeditat etiam Colon. (1527.)

si parum non concupisset] Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. Camp. Voss. 1. Reliqui pariter atque Colon. (1527.) omittunt *non*, quorum ex iis, quibus utebatur Spald., primus est Ienso-nius. Sed hos imitari religio fuit. Quamquam acgerrimo animo iuxta cum caeteris interpretibus bonam copiam hic eiuro. Dum meliora proferantur, *parum non* interpretor *ein wenig nicht*, ut sit idem quod *paullum*

minutissimis sententiis non fregisset: consensu potius eruditorum, quam puerorum amore comprobaretur. Verum sic quoque iam robustis et severiore 131
genere satis firmatis legendus, vel ideo, quod exercere potest utrinque iudicium. Multa enim, ut dixi, probanda in eo, multa etiam admiranda sunt; eligere modo curae sit: quod utinam ipse fecisset. Digna enim fuit illa natura, quae meliora vellet, quae, quod voluit, effecit.

non. Sic Cicero de Fin. III, 10, 33. „Sed eorum definitiones *paullum oppido* inter se differunt.“ ubi vid. Goerenz., cui prorsus assentior comparanti nostrum *ein wenig sehr*. Cottidianus certe sermo non abhorret a talibus: *das ist ein bischen sehr auffallend*. Non ignoro equidem, quae sit usitatissima adverbii *parum* significatio, neque quidquam habeo magis invisum, quam quod nostris hominibus mirifice placet *parum abest quin*; sed est tamen, quo *parum* illud Quinctilianeae scriptoribus aetatis haud aliud interdum quam *paullum* (*non multum*) fuisse doceatur. Siquidem Plinius Paneg. c. 20. §. 3. scripsit haec: „adeo nihil aut certe *parum* interest inter Imperatorem factum aut brevi futurum.“ — *non concupisset* i. e. non ambitiosus fuisset. Quod si minus probes, refer ad praecedd., ut intelligas *ea* vel tale quid. — Reliquorum interpretum de h. l. iudicia si cupias cognoscere, vide Excvrs. IV.

§. 131. *utrinque iudicium*] „Tam laudantium quam vituperantium.“ Badius. „Sic *utrumvis* et facere et non facere apud Cic. pro Rosc. Amer. 30.“ Spald. — Turic. Flor. Camp. et (a sec. m.) Vall. *utr. iudicem.*

Multa enim — Digna enim] Non miror particulam intra tam breve spatium repeti. Vid. ad Xenoph. Hier. XI, 6. et cf. hic §. 119. — De *natura* diximus supra §. 86.

CAPVT II.

DE IMITATIONE.

I. Imitationem utilem et necessariam esse, nec tamen eatenus, ut per se ipsa sufficiat, sed ut plus et melius efficere conemur. II. Exactissimo iudicio in ea examinanda esse omnia et videndum, quos et quid in iis imitemur. III. Etiam vires consulendas esse. IV. Suo quidque loco esse imitandum et cavendum, ne uni nos generi vel scriptori dedamus. V. Imitationem non fieri tantum in verbis.

1 I. Ex his ceterisque lectione dignis auctoribus et verborum sumenda copia est et varietas figurarum et componendi ratio: tum ad exemplum virtutum omnium mens dirigenda. Neque enim dubitari potest, quin artis pars magna contineatur *imitatione*. Nam ut invenire primum fuit estque praecipuum: 2 sic ea, quae bene inventa sunt, utile sequi. Atque omnis vitae ratio sic constat, ut, quae probamus in aliis, facere ipsi velimus. Sic litterarum ductus, ut scribendi fiat usus, pueri sequuntur: sic musici vocem docentium, pictores opera priorum, rustici probatam experimento culturam in exemplum in-

„Sequuntur iam praecepta imitationis, cuius causa in superiori capite legitur catalogus scriptorum.“ Wolff.

§. 1. *auctoribus*] Cf. 1, 85. Deinceps ante alterum *et* Turic. Flor. Camp. Goth. Iens. et edd. ante Ald. omittunt *est*. Quare Spaldingius: „Malim paene, inquit, pro *et verb.* scribi *est verb.*, hic autem omitti verbum.“ Non placet.

ad exemplum] „quod in iis est.“ Wolff.

artis] „quae oratori est necessaria.“ Wolff. Caeterum post *non dubito* apud Fabium modo sequitur *quin*, modo infin. cum accusativo. Cf. IX, 3, 54. I, 10, 12.

§. 2. *ut, quae*] Flor. *utique* i. e. *uti, quae*. Mox Turic. Flor. (hic a pr. m.) *ipse*. Cf. 1, 129. „*dialogi* feruntur.“

in exemplum] „i. e. loco

tuentur. Omnis denique disciplinae initia ad propositum sibi praescriptum formari videmus. Et 3
hercule necesse est aut similes aut dissimiles bonis simus. Similem raro natura praestat, frequenter imitatio. Sed hoc ipsum, quod tanto faciliorem nobis rationem omnium facit, quam fuit iis, qui nihil quod sequerentur habuerunt, nisi caute et cum iudicio apprehenditur, nocet.

Ante omnia igitur imitatio per se ipsa non suf- 4
ficit, vel quia pigri est ingenii, contentum esse iis,

exempli." Wolff. De *rusticis* Almeloven. conferri iubet Columellam XI, 1.

initia] Sarpio (Analect. p. 25.) sunt elementarii, sicut 3, 9. „hanc moram *initiis* (i. e. incipientibus) impero." II, 4, 13. „quatenus nullo magis *studiis* (studiosi) quam spe gaudent." ibid. §. 9. „Quare mihi ne *maturitas* (i. e. qui ad maturitatem venerunt) quidem ipsa festinet." „Quid? inquit Sarpins, quod X, 5, 14. *profectum* habemus *consummatum*. Enimvero haec metonymia satis frequens est et inventa apud optimos scriptores, praecipue aevi argentei, ut vocant; neque attinet nominare, qui innumerum exemplorum numerum facile congesserint." Ista tamen ratio num hic prorsus sit necessaria, dubitari potest.

propositum sibi praescriptum] *Praescriptum* substantivum est, participium *propositum*.

§. 3. *hercule*] Sic Spald. cum Turic. Flor. Guelf. Goth. Camp. Reliqui *hercle*. V, 12, 16. solus Guelf. *hercle*. Cf. ad 1, 86.

dissimiles bonis] Vid. ad 1, 39.

hoc ipsum, quod—facit] Intelligitur imitatio. Ea enim in omnibus rebus modum viamque, quam inire et sequi oportet, faciliorem reddit. — Pro simplice *omnium*, quod habent Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. Alm., reliqui scribunt *rerum omnium*.

iis] „Flor. (a pr. m.) omittit. An erat *quam his fuit qui?* Cf. X, 1, 130. [ubi commemoratur codicis Guelf. scriptura.]" Spald. Deinceps Camp. dat *apprehendatur*.

§. 4. *Ante omnia*] i. e. primum omnium. „Haec forma frequens est in enumerandis argumentis vel capitibus, cum primum ponitur. Cf. I, 2, 8. II, 16, 1. IV, 2, 40. 52. [V, 13, 6.] IX, 1, 23." Spald. ad IV, 2, 4. Cf. h. l. *ac primum quidem*, καὶ πρῶτον μὲν οὖν.

sufficit] Flor. (a pr. m.) *suffecit*, quod, licet facilis error esset, suspicor debuisse *suffecerit*. Vid. ad §. 26. — Sequens *vel* Spald. interpretatur *etiam propterea*.

quae sint ab aliis inventa. Quid enim futurum erat temporibus illis, quae sine exemplo fuerunt, si homines nihil nisi quod iam cognovissent, faciendum sibi aut cogitandum putassent? Nempe nihil fuisset inventum. Cur igitur nefas est reperiri aliquid a

quae sint] Sic bene Spald. cum Turic. Flor. Reliqui *quae sunt*. De seqq. *futurum erat— si — cognovissent* vid. ad 1, 62. cf. hic §. 7.

quae sine] Turic. *qui* (a sec. m. *quis*) *sine*. Cf. ad §. 2. pr. Sic mox §. 5. pro *reperiri*. Turic. Flor. dant *reperire*. Camp. *cum sine*, cui sane praestat recepta.

iam] Turic. Flor. (hic a pr. m.) *imago*. Guelf. Camp. omittunt. Ex Alm. affertur *in mago*: unde Burm. eruit *iam maiores*. Frustra. In illius vocab. primis litteris nihil latet nisi *iam*; alterum *ago*, quod superest, profectum videtur a librario, qui laudaret aliorum exemplarium lectionem *agnovissent* vel *agnovisset*, quod ipsum h. l. habet Campanus.

Nempe] De hac particula quomodo sentiendum sit quoniam etiam nunc permulti videntur ignorare, operae pretium facturum me putavi, si adscriberem verba Heindorfii (ad Horat. Satir. I, 10, 1. p. 207.): „*Nempe*, nirgends unser *nämlich*, überall eine halbfragende Versichrungspartikel, sodass man seiner Sache gewiss voraussetzt und andeutet, auch der Andre gebe sie zu, unser *doch wohl, doch*. Daher oft im Unwillen oder mit einigem Trotz, auch ironisch.“ Nec multum ab Heindorfio discrepabat alius V. D., quum nescio quo loco scriberet haec: „*Nempe* bedeutete nur in dem Küchen- Kloster- und Facultäten – Latein *nämlich*, bei den alten Schriftstellern aber fand es ähnlich dem griech. οὐκοῦν seinen Platz mehr im Dialoge und in der Abhandlung, bei lebhafter Unterbrechung des Schriftstellers durch eine mit *quid* an sich selbst gerichtete Frage, und bedeutet etwa unser *nicht wahr*, als Folgerung mit halber Frage.“ — De sententia huius loci cf. Liban. Declam. XVIII. p. 487.: *Εἰ δ' ἀεί τινος ἔδει παραδείγματος, οὐκ ἂν ἀρχὴν οὐδὲ ἓν ἐλάμβανεν.*

§. 5. *Cur igitur nefas*] „Vt hic *nefas*, sic *fas* §. 9. ad *fatum* quoddam sive aeternam legem refertur, qua perfectiones rerum possibiles (*φιλοσοφητέον γάρ*) determinantur: h. e. qua sui quidam fines rebus earumque virtutibus assignantur, ultra quos ascendere per conditionem suam illis non liceat. Sic XI, 3, 181. *Neque illud tamen est nefas.* Simile mox X, 2, 26. *Totum exprimere paene homini inconcessum.* Et quoties *licet* ita ponitur.“ Gesnerus.

s, quod ante non fuerit? An illi rudes sola
tis natura ducti sunt in hoc, ut tam multa ge-
rent: nos ad quaerendum non eo ipso concite-
, quod certe scimus invenisse eos, qui quae-
int? Et cum illi, qui nullum cuiusquam rei 6
ierunt magistrum, plurima in posteros tradide-
, nobis usus aliarum rerum ad eruendas alias

] h. l. inservit argumen-
a minore ad maius, ut in
„An Scythes Anacharsis
: pro nihilo pecuniam du-
nostrates philosophi facere
potuerunt?“ Cic. Tusc.
V, 32. Plerumque huic
diungitur *vero*. Vide adn.
, 29.

6. *cuiusquam*] Guelf.
. Goth. *cuiusque*. Saepis-
haec pronomina confusa
n codd. mss., tum ob com-
riam extremae syllabae
ram, tum quod eorum
cationem non satis per-
m haberent. Vid. Cort. ad
t. Cat. 5, 3. et in primis
orf. ad Cic. N. DD. III,
. Matth. ad Cic. pro Rosc.
§. 33. Cf. nos ad 1, 55.
me, inquit Spald., retine-
tustissimorum librorum re-
mallem prope hoc [*cuius-*
potestate ea, de qua egi
, 1, 46. [„in foro rarum,
idoneus suae rei *quisque*
or.“ ubi Spaldingio *quis-*
s est, quem Graece dicas
: *εἰ δικαζόμενον*.] In omni-
aim artibus (ea est *quae-*
res) magistro caruerunt
illi.“ Bene factum, quod
ecepit.

habuerunt] Iens. Tary. Ald. *habuerint:* iidem *tradiderunt* cum Turic. Flor. Guelf. Camp. Sequens *usus* omittunt Turic. et (a pr. m.) Flor. cum Alm.

aliarum] „Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *aliorum*. Loc. *illarum* cum posterr. edd. ante Bad. acc. [Colon. 1527.] Basil. Gryph. item Giba. Obr. Capper. Mox pro *eruendas* Turic. Flor. (hic a pr. m.) Guelf. Camp. *erudiendas* cum Bern. et edd. ante Ald. Nostrum, quod coniicere videtur aut videri vult, Regius, Goth. Vall. item Alm. [Colon. 1527.] Fateor tamen displicere mihi *rei* et *rerum* continuationem, in quotidiano illo maxime rei vocabulo, quod ipsum languorem ingenerat orationi. [At hoc ferri potest vel ob ipsum animi fervorem, quo hic loquitur Fabius.] Etiam, quo nomine Badius *aliarum* tuetur prae *illarum*, usus notissimae locutionis *aliarum alias* hic quidem non bene procedit, ubi non nisi bipertita divisio intelligitur, ut *novae res* [de quibus veteres isti nil sciverunt, ut ait Wolffius] ex prioribus illis eruantur, non *aliae ex aliis*. Quod si peteretur, positae talis

non proderit, sed nihil habebimus, nisi beneficii alieni? quemadmodum quidam pictores in id solum student, ut describere tabulas mensuris ac lineis
7 sciant. Turpe etiam illud est, contentum esse id consequi, quod imiteris. Rursus nam quid erat fu-

decebat: *rerum aliarum ad alias eruendas usus.*" Spald. Atque ego quidem in nostra lectione non invitus acquiesco, idem voluisse Turicensem existimans. Neque enim bene commode cogitari poterit de talibus genitivis, quales demonstravit Bremius ad Sueton. Octav. c. 19. extr., (Cf. ad Xen. Hier. I, 10.) *aliorum rerum* ut sit *rerum ab aliis repertarum.*

describere — sciant] „non novum pingentes, sed aliorum picturas imitantes. Has mensuris et lineis accuratissime et anxie dimetiuntur." Wolff.

§. 7. *Turpe etiam*] *Turpe enim* Goth. Perperam. Turpe est nil invenire velle (vid. praecedd.): turpe etiam illud est, non vincere eum, quem imiteris. Duo igitur postulantur: primum, ut ipse aliquid invenias, deinde, ut quae imiteris aliorum inventa amplificare et perfectiora efficere studeas.

contentum esse — consequi] Similis constructio est I, 4, 23. „non erit contentus tradere": Cicero et eiusdem scriptores aetatis dicere maluissent *non satis habebit tradere.* Cf. VI, 2, 23. XII, 11, 23.

Rursus nam] Adverb. respicit ad §. 4. „Quid enim futurum erat." Haec ipsa tamen verba inverso ordine praeter solum Turic. omnes exhibent. Sed alibi quoque secundo loco ponitur *nam* vel *namque* apud huius aetatis scriptores et poetarum optimos quosque. Florus I, 12, 6. „Eam namque vir sanctus et sapiens veram sciebat esse gloriam." Quinctil. II, 4, 6. VIII, 6, 71. Vid. Spald. ad III, 9, 3. Heindorf. ad Horat. Sat. II, 3, 20. Vicissim primum nonnumquam locum occupavit *enim* apud Plautum (v. c. Mil. Glor. II, 5, 19.), Terentium (Hecyr. II, 1, 41.), Lucretium (VI, 1276.), ut apud eos, qui horum esse similes voluerunt. Sed haec relinquenda comicis ac Lucretio: et improbat eam rationem Quinctilianus I, 5, 39. Quare frustra sunt, qui in hanc rem laudant Cic. Att. IV, 12. (Ibi recte scribitur: *Idibus enim auctionem* Larini video.) aut Tacitum Histor. IV, 11. extr. (Vid. Ernest.) aut Livium XXXIV, 34, 13. ubi legendum esse *At enim* cum Cod. Mog. Ascens. et al., non est quod demonstrem.

quid erat] Goth. *quid esset.* Vid. ad §. 4. — Pro *poetis* Spald. malebat *poesi*, quem belle refutavit Gensler p. 46. sq. Deinceps *navigaretur* dedit Spald. cum Turic. Flor. Alm. Camp. pro vulg. *navigaremus*. Bene.

um, si nemo plus effecisset eo, quem sequeba- ? Nihil in poetis supra *Livium Andronicum*, il in historiis supra *Pontificum annales* haberē- s: ratibus adhuc navigaretur: non esset pictura, quae lineas modo extremas umbrae, quam cor- a in sole fecissent, circumscriberet. Ac si omnia 8 censeas, nulla sit ars, qualis inventa est, nec a initium stetit: nisi forte nostra potissimum pora damnamus huius infelicitatis, ut nunc de- n crescat nihil. Nihil autem crescit sola imi- one. Quodsi prioribus adiicere fas non est, quo- 9

tura — circumscriberet] ic picturae originem adsig- omnes; cui debeatur non enit. Vid. Plin. XXXV, 5, thenag. Legat. pro Christian. p. Dechair. etc." Gesner.

8. *nulla sit ars*] intell. hoc tempore. Haerens Gensle- p. 45.) in coniunctivo (cf. ad. 1, 86.), quem dein- sequeretur indicativus *ste-* malebat *nulla fuit ars*. Id latere in illo *fit*, quod (a m.) praebet Turic. Nulla emendatione. In altero bro asseveratio est nuda et lex: *nec* (ulla ars) *intra* um stetit. Accedit quod *nec* ulla h. l. inservit explican- prioribus, ut dicere liceat *t non;* plane ut apud Cic. Poet. c. 1. „quod alia dam in hoc facultas sit in- neque haec dicendi ratio disciplina." Neque enim t cum Schützio scribere e. Cf. etiam Obss. nostr. lic. locum p. 20.

nisi forte] „ab absurdo argumentatur." Wolff. Vid. Matth. ad Cic. pro Rosc. Am. 29, 82. Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 203. Zumpt. Gr. Lat. §. 78. 2, 3. Gernhard. ad Cic. de Senect. 10, 33. p. 62. — Ad *hanc infelicitatem* cf. II, 5, 24. Imago petita ab agris *infelicibus* i. e. sterilibus, ut recte explicat Wolffius.

crescat nihil. Nihil] „Turic. alterum *nihil* omittit, quapropter transposui voces, quae in reliquis quidem libris ita continuantur: *nihil crescat. Nihil.*" Spald.

autem] Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. Camp. Colon. (1527.) al. Ante Spald. scribebatur *enim*.

§. 9. *adiicere*] De absoluto huius verbi usu dictum est ad 1, 96. Caeterum *prioribus* dativum cum verb. *adiicere* coniungendum esse, vix attinet dicere. De *quodsi* cf. Zumpt. §. 67, 4. Brem. ad Corn. Nep. XXIII, 1, 2.

modo sperare possumus illum oratorem perfectum? cum in his, quos maximos adhuc novimus, nemo sit inventus, in quo nihil aut desideretur aut reprehendatur. Sed etiam qui summa non appetent, contendere potius quam sequi debent. Nam qui agit, ut prior sit, forsitan etiam, si non transierit, aequabit. Eum vero nemo potest aequare, cuius vestigiis sibi utique insistendum putat. Necesse est enim semper sit posterior, qui sequitur. Adde quod plerumque facilius est plus facere quam idem. Tantam enim difficultatem habet similitudo, ut ne ipsa quidem natura in hoc ita evaluerit, ut non res simplicissimae, quaeque pares maxime videantur, utique

possumus] Iens. et edd. posterr. ante Basil. *possimus*. Sed nostram scripturam tenet etiam Colon. (1527.) Ea ipsa tamen ed. *ullum* dat pro *illum* cum aliis edd., invitis Camp. et optimis codd.

illum oratorem perfectum] quem instituimus. Cf. I. prooem. §. 9. et hic §. 28. item Ciceron. in primis Orat. initio: adde etiam Qu. VIII. pro. 13. XII, 1, 21.

his] Sic Turic. Flor. Guelf. Spald. Reliqui *iis*. Vid. 1, 128.

summa] Flor. Camp. Goth. Voss. 2. et edd. ante Ald. acced. Bad. *summam*. Sic I. prooem. 19. *nobis ad summa tendendum est*. ubi codd. dant *summam*, quod placebat etiam Spaldingio. Quos locos praeterea affert Spald. ad VIII. pro. 1. in iis non poterat non poni substantivum, quum adiungeretur genitivus. — Deinceps pro *appetunt* dedi futurum cum Turic. Flor. Camp. Colon. (1527.) al.

contendere] „quid sit, ex subseqq. patet: *Nam qui agit, ut prior sit*." Wolff.

§. 10. *cuius vestigiis* etc.] „ut religio sit, ei aemulari et superare cum velle." Wolff. *Vtique* ut plerumque est nostrum *auf jeden Fall*, ita hic dixeris *durchaus*. Mox verte *wenigstens*. Cf. ad 1, 103. — Pro indicativo *putat* Voss. 1. 3. dant coniunctivum.

Necesse est enim] Cf. 1, 120. „Id est autem."

evaluerit] „Iens. *valuerit* cum edd. ante Ald. acc. Bad. Cf. IX, 3, 13. et debebat in eodem capite §. 1. reponi *evaluit* pro *valuit*." Spald.

res simplicissimae — discrimine] Sic Spald. cum Turic. Flor. al. Vulgo: *res, quae simillimae videantur, discrim.*, quod sequentes Goth. et Voss. 2.

ıine aliquo discernantur. Adde quod quid- 11
teri simile est, necesse est minus sit eo, quod
ır, ut umbra corpore et imago facie et actus
ıum veris affectibus. Quod in orationibus
ı evenit. Namque eis, quae in exemplum
mus, subest natura et vera vis: contra omnis
ɔ ficta est, et ad alienum propositum accom-

tamen *videntur* indica- Reliquam scripturae dis- ım qui velit cognoscere, ihi Spaldingium. Recte · *simplicissimas* esse di- me varias, in quibus ni- ;nopere exspectetur dis- , qualis fuerit gramen, Neque enim ullum fo- eri prorsus simile giguit — „*Vtique* ubi cum ne- ponitur, idem fere est *Item.*“ Wolff.

nantur] „Turic. *disnan-* ɪoc. m. *dissocientur*, et At Flor. *desinantur*, m. nostrum. Hoc qui- m ferendum duco, ob ı etymi iterationem *dis-* *discernantur*. Latere *distineantur*. Cf. Dra- l Liv. IV, 59, 3.“ Spald. ipse Livius XXXIV, 54, ɾibit: „omnia *discrimina* ɲibus ordines *discerne-* et concordiae et liber- ɹue minuendae esse.“

imitatur] Genslerus (p. ılebat *imitamur*, quum ɔeret, quo referret ter- ɾsonam. At *imitatur* fa- refertur ad praeced. l. *Quaecumque res*, in- bius, *alteri similis est, necesse est minor sit ea, quam* ipsa *imitatur*.

et imago — et actus] Turic. Flor. Alm. omittunt copulam secundam, utramque Camp., quocum facit Obrecht.

actus histrionum veris affectibus] „Cf. *falsos affectus* VI, 2, 35. *minus* accipe de tota rei cuiusque vi, non de sola magnitudine, ne forte haereas in *umbra*; quare et Gedoynus vertit „„ainsi l'ombre est plus *foible* que le corps.““ Spald.

in orationibus] Voss. 1. 3. *in oratione*, quod placet Spaldingio. Gryph. *in oratoribus*. Quod paullo post legitur *eis*, recepit Spald. e Flor. Camp. neque ea forma Fabio inusitata est. Vid. Spald. ad VIII, 6, 63. VI, 1, 9. In Guelf. est *his*; *iis* in reliquis exemplaribus.

Subest natura, et vera vis] Cf. I, 3, 5. ibique Spald.

ficta] „Turic. Flor. *facta* cum Alm. Stoer. Chouet. Leid. cf. II, 13, 9. Neque enim vel hic plane est de nihilo. [Bene. Nam ut *facere* saepe denotat *fingere*, ita *facta* imitatio dici poterat, cui opponerentur *vera* et *naturalia*.] Praefero tamen recep-

modatur, quod facit: ut minus sanguinis ac virium declamationes habent quam orationes; quia in illis
12 vera, in his assimulata materia est. Adde quod ea, quae in oratore maxima sunt, imitabilia non sunt, *ingenium, inventio, vis, facilitas*, et quidquid arte

tam, propter sequentia maxime." Spald.

quod facit] Ita Turic. Flor. Camp. Alm. Optime. Nam ad haec verba commode intelligitur *imitatio*. Quod quum minus caperent, in *quod fit* mutarunt Iens. Tarv.: unde mox fecerunt *quo fit*. Idque coniungentes cum sequentibus, maiore post verb. *accommodatur* interpunctione posita, propter *ut* coniunctionem pro indicativo *habent*, quem tamen tuentur Turic. Flor. (a pr. m. uterque), coniunctivum *habeant* intruserunt. Quorum omnium nihil me movet auctoritas. Et vere de vulgata Spaldingius: „Inest aliquid scabri cum in oratione tum in argumentatione horum. Malim e vetustissimis libris sic rescribere: *et ad alienum propositum accommodat quod facit: ut minus sanguinis et virium habent declamationes quam orationes.*" At bene procedet argumentatio, nostram lectionem si probaveris. Sic enim haec omnia verba *ut minus — orationes* exempli loco afferuntur, quo probetur, non satis esse, si quis orationes e sola aliorum oratorum imitatione velit componere.

declamationes — orationes] Turic. Camp. *declamatores — oratores*. Sed alterum ille a sec. manu. Cf. supra adn. ad XV. *in orationibus*. Sic mox §. 12. *quae in oratione* Iens. cum edd. posterr. ante Ald.

quia] Sic Flor., sed a pr. m. *quam* cum Turic. et Alm.: a sec. m. Turic. *quamquam*. Reliqui *quod*. Suspicor debuisse *quoniam*, quod h. l. accommodatum est vel maxime, si vera sunt, quae disputavi in Obss. in Sallust. p. 16. sq. Cf. ibid. p. 30. sqq. de pronom. *hic — ille*.

assimulata] Turic. Flor. Camp. *dissimulata*. „Dicas *dis* natum e praecedente *his*, ut et hic [pariter ac IX, 2, 27. ubi vid. Spald.] malis reponere *simulata*; sed videtur frequentatum nostro scriptori hoc compositum." Spald. Vid. VII, 10, 9. IX, 2, 31. XI, 1, 41. Quidam hic quoque scribunt *assimilata*, de qua forma vide I. F. Gronov. ad Tacit. Ann. XI, 11. et, quo ipse ablegat, in Diatribe Statiana c. 6. recte improbantem *i* pro *u*. Adde Ernest. ad Tacit. Agr. c. 10. Spald. ad VII, 10, 9.

§. 12. *Adde quod*] „attende ter positum, brevissimo intervallo (cf. X, 1, 25.); sed hoc fortasse consulto." Spalding.

inventio, vis] Turic. Flor. Camp. Bodl. Colbert. Voss. 2.

non traditur. Ideo plerique, cum verba ex oratio- 13
nibus excerpserunt aut aliquos compositionis certos pedes, mire a se, quae legerunt, effingi arbitrantur: cum et verba intercidant invalescantque temporibus (ut quorum certissima sit regula in consuetudine) eaque non sua natura sint bona aut mala, (nam per se soni tantum sunt) sed prout opportune

Goth. al. *inventionis*. „Nostrum, nisi dormitavi, Guelf. In edd. prima Basil. et est fortasse a coniectura Philandri.“ Spald. Est illud, iam in ed. Colon. (1527.) — *De vi* confert Spald. §. 25. VIII, 3, 88. IX, 2, 104. De *facilitate* legas Ernest. Lex. Techn. Lat. Rhet. p. 162. sq.

§. 13. *Ideo*] Sic bene Spald. cum Turic. Flor. Alm. Reliqui *Ideoque*.

verba ex] Vulgo hic interponebatur *quaedam*, quod reiecit Spald. cum codd. Turic. Flor. et ed. Camp.

se, quae legerunt] Turic. *se qua elegerunt*. Flor. Camp. Iens. Colon. (1527.) al. *se quae elegerunt*. Sed nostrum Guelf. quoque. Neque id nego verum esse. Non magis me, sollicitum habet, quod mox Turic. Flor. praebent *arbitrabantur*. Caeterum post *arbitrantur* supplenda est huiuscemodi sententia: *Sed mirum istud et ineptum est*. Nisi malis *cum* quod sequitur accipere pro *quamvis*. Vid. supr. ad 1, 110.

cum et] Turic. Flor. Guelf. Alm. Iens. Tarv. *et cum*. Sed omittunt *et* Camp. Voss. 2. Goth. et edd. ante Basil.

intercidant invalescantque] Horat. ad Pison. v. 70. seqq. „Multa renascentur quae iam cecidere, cadentque Quae nunc sunt in honore vocabula, si volet usus, quem penes arbitrium est et ius et norma dicendi.“ „Hîc autem, inquit Spald., contra omnes quidem libros reponere libet *tempore* pro *temporibus*, qui pluralis numerus deberi videtur librariorum socordiae, *quorum* iungenti huic vocabulo, non, ut par erat, *verbis*. Potuit etiam adhaerescere *bus* ex eo quod sequitur *ut*, cum antiqua ratione scriptum esset *tempoꝛi*. Cf. III, 8, 17. Eadem opera recte rescribas *quaeque* pro *eaque*; quod aliquanto turbat orationem.“ At hoc non necessarium est, siquidem illa verba *ut quorum — consuetudine* nobiscum per parenthesin dicta putes. *Tempore* reponendum credens Wolfius interpretatur *tempore procedente*. Num sit admittendum, dubito. — De sententia cf. haec: „cum multa cottidie ab antiquis ficta moriantur.“ VIII, 6, 32.

sed prout] i. e. sed bona aut mala sint, prout etc. *Proprie* i. e. suo loco. Cf. 1, 9.

proprieque aut secus collocata sunt, et compositio cum rebus accommodata sit, tum ipsa varietate gratissima.

14 II. Quapropter exactissimo iudicio circa hanc partem studiorum examinanda sunt omnia. Primum, quos imitemur: nam sunt plurimi, qui similitudinem pessimi cuiusque et corruptissimi concupierunt: tum in ipsis, quos elegerimus, quid sit, ad 15 quod nos efficiendum comparemus. Nam in magnis quoque auctoribus incidunt aliqua vitiosa et a doctis inter ipsos etiam mutuo reprehensa: atque utinam tam bona imitantes dicerent melius, quam mala

§. 14. *exactissimo iudicio*] *Exactum* dicitur, quidquid perfectum est tale, quale exigitur: qua significatione etiam nunc suum *exact* frequentant Galli. Cf. infr. 7, 30. et Spald. ad I, 5, 2. — De praep. *circa* cf. Indicem nostr. ad Xen. Hier. in v. *Περί* p. 117. Sequioris aevi illa quoque ratio est, qua, ut Graec. *κατά*, de aetate viri alicuius dicitur. Vid. Spald. ad II, 4, 41.

concupierunt] Sic Spald. cum Flor. Goth. et edd. ante Basil. exc. Camp. Colon. (1527.) Sed Turic. *non cupierunt*. Reliqui *concupierint*. Habes in tali structura indicativum V, 13, 9. et IV, 3, 16., ubi haec dicuntur: „Sed *plurima sunt, quae* rebus nihil secum cohaerentibus *inseruntur*." Cf. ad 1, 44. Adde Zumpt. Gr. Lat. §. 78, 9. b) 2. et Stallbaum. ad Ruddimanni Inst. Gramm. Lat. II, 349. sq.

nos efficiendum] Ita Spald. cum optimis libris. Vulgo *efficiendum nos*. Minus bene.

§. 15. *Nam in magnis — vitiosa*] Cf. 1, 24. Caeterum ex hoc ipso loco cognoscas, quam accurate scribat Fabius, *in magnis auctoribus* dicens, non *apud magnos auctores*. Nam *in* particula in talibus poni non potest, nisi ubi hominis vel scriptoris aliquod vitium aut quaedam virtus significatur. Contra ubi sermo est de scripti aliquo loco, dicendum *apud*. Quare perperam nunc dicunt: *hoc verbum in Xenophonte me legisse memini*.

mutuo reprehensa] Alter alterum mutuo reprehendebat. Cuius rei exemplum habes VIII, 3, 31.

imitantes] Flor. (a pr. man.) *imitandos*. Vnde suspiceris *imitando*. Sed praestat vulgata. Magis placet quod mox praebet idem cum Turic. Guelf. Camp. Voss. 1. Colon. (1527.) al. *dicant* pro vulg. *dicunt*. Hic certe coniunctivus urbanitati rhetoris nostri

peius dicant. Nec vero saltem iis, quibus ad evitanda vitia iudicii satis fuit, sufficiat imaginem virtutis effingere et solam, ut sic dixerim, cutem, vel potius illas Epicuri figuras, quas e summis corporibus dicit effluere. Hoc autem his accidit, qui 16
non introspectis penitus virtutibus ad primum se velut aspectum orationis aptarunt, et cum iis felicissime cessit imitatio, verbis atque numeris sunt non multum differentes, vim dicendi atque inventionis non assequuntur, sed plerumque declinant in peius, et proxima virtutibus vitia comprehendunt, fiuntque pro *grandibus tumidi*, *pressis exiles*, *fortibus te-*

non parum convenit. Itaque reposuimus. Cf. supra ad 1, 2. pr.

Nec vero saltem iis] „*Saltem* cum negatione coniunctum apud Qu. saepe est pro *ne - quidem*. Quam rationem facilius assequemur, si reputaverimus, *quidem* in *ne - quidem* ipsum esse nihil aliud nisi *saltem*, Graece γέ." Spald. ad I, 1, 24. ubi vide exempla.

satis fuit] Genslerus (p. 48.) malebat *satis fuerit*. Ego vero non video, vulgatum cur vituperandum sit.

imaginem virtutis effingere] „imitando solum nec quidquam maius appetendo." Wolff. Mox Turic. Flor. Guelf. Voss. 1. 3. Camp. omittunt *sic*. Et sane eo carere possumus.

cutem — effluere] Respexerit Qu. Lucretii (IV, 48.) versus hos:

Dico igitur, rerum effigias tenueisque figuras
Mittier ab rebus, summo de corpore, eorum
Quae quasi membranae vel cortex nominitanda est,
Quod speciem ac formam similem gerit eius imago,
Quoiuscumque cluet de corpore fusa vagari.

„Epicurus enim dicebat, perpetuo e corporibus simulacra et idola effluere, quae oculos pellerent et ita visionem efficerent. Cf. Gell. NN. AA. V, 16. Illas *membranas* vel *corticem* Lucretii hic Fabius dicit *cutem*. Significat autem, imitationem ad exemplum talem esse, qualem ad corpora umbram, ad faciem imaginem. Cf. §. 11." Wolff.

§. 16. *his*] Sic Spald. cum Turic. Flor. Guelf. Basil. Reliqui *iis*. Vid. supr. §. 9. Deinceps Guelf. Camp. Basil. praebent *his* pro *iis*. Receptam ab recentioribus coniecturam Regii *qui verbis* etc. merito reiecit Spald.

grandibus tumidi] Cf. XII, 10, 80. — „*Fortes* sunt, inquit Wolfius, qui gravioribus uti audent verbis, figuris, compositione,

merarii, laetis corrupti, compositis exultantes, sim-
17 *plicibus negligentes.* Ideoque qui horride atque incomposite quamlibet illud frigidum et inane extulerunt, antiquis se pares credunt: qui carent cultu atque sententiis, Atticis scilicet: qui praecisis con-

sententiis, ideoque breviores et simpliciores sunt, nec tamen temerarii omni carent ratione." Cf. §. 19. — *Laeti*, in quibus est ubertatis virtus. Cf. I, 46. De *corruptis* vid. Ernest. Techn. Lat. p. 99. Cf. 1, 129.

exultantes] Spald. confert VIII, 3, 56. Gesnerus IX, 4, 66. „Orator apud Fabium *exultare* dicitur, qui in compositione modum excedit, ut lascivior iustoque audacior fiat et magis mollis et fracta, quam gravis et virilis. Hinc saepe legitur, ubi de compositione sermo est." Wolff.

§. 17. *quamlibet*] Sic Spald. cum Flor. Goth. Vall. (sed hic a sec. m.) Gesner. Bip. et marg. Colon. (1527.): *quam licet* Camp.: *qui licet* Turic., a sec. m. *quid licet.* Reliqui *quidlibet.* „Affectu, inquit Spald., nata transpositio adverbii, pro: *illud quamlibet frigidum.*" Magis mihi placet Buttmanni ratio, ante vocem *quamlibet* supplentis *aliquid*, ad quod referatur *illud.* Ante Spald. erant qui scriberent *quamlibet frigidum illud.*

frigidum et inane] „At veteribus est robur, solida et virilis vis ingenii., Cf. II, 5, 23." Wolff.

Atticis scilicet] „Facile dativo huic applices ex prioribus vocabulum *pares*, sc. *se credunt.* Sed caret concinnitate haec oratio, cum unicuique praeterea corruptorum generi certum reddatur verbum: *superant, aemulantur, iurant.* Quare suspicor legendum: *Attioi sunt scilicet.*" Spaldingius. Placet; praesertim quum quidam codd. (Guelf. Voss. 1. 3. Bern.) hic legant *Attici scilicet.* Eodem tendunt, qui dant *Atticis scil.*, quod mihi quidem ortum videtur ex his ductibus: *Attici s scil.*, male coniunctis, quae debebant separari. Accedit quod mox omittitur *sunt* ante voc. *obscuri*, ut videatur Fabius noluisse repetere, quod modo posuerat. Neque enim relativum *qui* delendum suaserim cum Spald. Ipse aliquando scribendum censebam *Atticos scilicet* cum Turicensi sec. m. Voss. 2. Obrecht. (etiam Camp., qui tamen omittit *scilicet*). Hic certe accusativus, minore interpunctione post *scilicet* posita, ad seq. *superant* haud incommode referri poterat.

sententiis] „facetis et salum plenis, de quibus est sermo VIII, 5." Wolff. „*Conclusiones* autem cave ad numeros referas: sunt subtiles illae *conclusiones*, de quibus agit v. c. Cornificius memoratus IX, 3, 98." Spalding.

onibus obscuri, Sallustium atque Thucydidem
rant: tristes ac ieiuni Pollionem aemulantur:
i et supini, si quid modo longius circumduxe-
, iurant ita Ciceronem locuturum fuisse. No- 18
n quosdam, qui se pulchre expressisse genus
coelestis huius in dicendo viri sibi viderentur,
. clausula posuissent *Esse videatur.* Ergo pri-
i est, ut, quod imitaturus est quisque, intelli-
et quare bonum sit, sciat.

II. Tum in suscipiendo onere consulat suas vi- 19
Nam quaedam sunt imitabilia, quibus aut in-
itas naturae non sufficiat aut diversitas re-

tes et ieiuni Poll.] Cf. 1, 113.

ini] „tropice sunt tardi, ientes, qui securi quasi lacent XI, 3, 3. IX, 4, 137.“ . Talis Maecenas dicitur ap. Iuvenal. I, 66., quem t Burmannus. Idemque con- Martial. VI, 42. extr. „Non lis et aure me supina Iam m, quasi negligenter audis.“

umduxerunt] Camp. *ciruxerint.* Deinceps Colon. .) *M. Ciceronem.*

18. *in clausula — Esse vi-ur*] Cf. IX, 4, 73. Dialog. ratt. c. 23. et Zumpt. Gr. §. 85, 13. p. 483. ed. 3.

19. *imitabilia*] „Sic Turic. . cum Goth. et edd. ante exc. Camp. *Mirabilia* Voss. eliqui *inimitabilia.* — Iam m de iis non agit, quae tione exprimi nequeant, prius illud, quod dederat eptum, tractat, ut, quae ne imitanda sumeret, quare bona essent, sciret; sed ea quoque, quae et digna sint imitatione eamque generatim admittant, non cuivis promiscue speranda esse monet. [„Nam quaedam; inquit Wolff., sunt per se quidem imitabilia, sed talia, ut in hoc illo homine, qui imitari vult, iis aut infirmitas naturae non sufficiat, aut diversitas repugnet.“] Persequitur enim alteram suam legem *consulat vires.* Quare sine negatione scribendum erat nomen *imitabilia*; quamquam non est quod dubitemus de voce *inimitabilis*, circa quam haeret et paululum aestuat optimus Gesnerus in Thesauro, sui Qu. immemor, II, 16, 16. [et I, 10, 7.] Virgilius metro solo coactus variavit *non imitabile fulmen* Aen. VI, 590.“ Spald.

sufficiat] Turic. Flor. (a pr. uterque man.) Camp. *sufficit:* item *repugnat* Turic. (a sec. m.) Camp.

pugnet. Ne, cui tenue ingenium erit, sola velit fortia et abrupta: cui forte quidem, sed indomitum, amore subtilitatis et vim suam perdat et elegantiam, quam cupit, non assequatur. Nihil est enim tam indecens, quam cum mollia dure fiunt. Atque ego illi praeceptori, quem instituebam in libro

Ne, cui] Sic Spald. cum optimis libris; ac pendet hoc, ut ait Spald., ab illo *consulat suas vires*, et iam percensentur singula, quae illo praecepto continentur. Vulgo *Nec, cui.*

subtilitatis] Flor. (a sec. m.) Goth. Vall. Colon. (1527.) al. *sublimitatis.* Perperam. Paullo post Colon. *persequatur* cum Turic. [idem *perdet* pro *perdat* cum Camp.] Flor. Goth. Alm. Voss. 1. 2. 3. et nonnullis aliis. Guelf. *sequatur.*

Nihil est enim] Cf. §. 10. „Necesse est enim."

dure fiunt] Haec est scriptura Spald., eamque dant Turic. Guelf. Goth. Colon. (1527.) al.: *durescunt* Turic. (a sec. m.) Camp. Bodl. al.: *dura fiunt* recentiores cum ipso Flor. Praeterea haec adnotavit Spaldingius: „Is qui natura acer et vehemens (*ingenium indomitum*), si supra modum velit elegans esse, eo maxime displicebit, quod dure et rigide faciet mollia ea, quae captabit."

§. 20. *instituebam*] Sic Spald. cum Turic. Flor. Camp. et Obrecht. Reliqui *institueram.* — *In libro secundo:* vid. eius libri cap. 8. Nexum harum sententiarum talem comminiscitur Spaldingius: „Possum videri contraria iis, quae supra suaserim, nunc docere. Si enim, id quod libro secundo praecepi, magister non debet indulgere discipulorum cuiusque ingenio, sed fingere illud iisque, quibus natura careat, instruere: quidni ipsi quoque imitando virtutes, ad quas minus nati sumus, acquiramus? Sed cum difficilius est suam naturam immutare, quam alienorum ingeniorum fieri rectorem; tum ne ille quidem, qualem volebam, doctor quidquam contra naturam conabitur." Iam quum in his inesset oppositio, quam sibi ipse proponeret Fabius, pro *Atque* Spald. *Atqui* legendum suadebat. Mihi neque hoc necessarium videtur, neque satis simplex et aperta Spaldingii explicatio. *Atque* simpliciter facit transitum ad sequentia, cui deinceps opponitur *Sed ne ille quidem* etc. Sententia haec est: *Atque ego quidem quamquam illi praeceptori credidi non ea sola docenda esse, ad quae — videret; quum et adiuvare debeat et adiicere et emendare et mutare: nolo tamen illum laborare in eo, cui naturam obstare viderit.* Quae sunt interposita verba

ındo, credidi non ea sola docenda esse, ad quae
mque discipulorum natura compositum videret,
adiuvare debet, quae in quoque eorum invenit
a, et, quantum fieri potest, adiicere, quae de-
t, et emendare quaedam et mutare. Rector
n est alienorum ingeniorum atque formator.
icilius est naturam suam fingere. Sed ne ille 21
lem doctor, quamquam omnia, quae recta sunt,
t esse in suis auditoribus quam plenissima, in eo
an, cui naturam obstare viderit, laborabit.
IV. Id quoque vitandum, in quo magna pars
t, ne in oratione poetas nobis et historicos,

or enim etc. caussam con-
t, cur praeceptor debeat
are, adiicere, etc. Sequen-
Difficilius—fingere Quinc-
us nihil aliud quam docet,
esse adeo difficile, aliena
e et formare ingenia, ut de
a desperes. Itaque praecep-
t *debet* adiuvare, adiicere,
t *potest:* neque tamen *la-
bit* atque oleum et operam
t in eo, cui obstet natura.
didi] Suffragantur huic lec-
praestantissimi codd. et edd.
gie factum, quod eam resti-
Spald. pro vulgari *tradidi.*
a alibi haec verba confusa
docet Spald. ad III, 3, 4.
leret — debet] „Turic. *ut
ea dutare debent*, a sec.
t de re ea dubitare debeat.
(a pr. m.) *videret ea diuare
it.* Reliqui *v. Nam is et
vare* (nisi quod Flor. *N. et*
Camp. *n. ipse et*, Guelf.
ire) *d.* Nostram cum in ip-
tustis scripturis latere vide-
s, omisimus *nam is.* Bre-
viter subiiciuntur haec omnia *et
adi. — fingere;* habentque spe-
ciem parentheseon. Pluralis *de-
bent* natus, postquam *et adiu-
vare* abierat in *ea dutare* vel
diuare." Spald. Idem deinceps
dedit *invenit* cum Turic. Flor.
Camp. al. pro *invenerit* vulgari,
quod damnat etiam Colon. (1527.)

§. 21. *quamquam — velit*]
Saepe coniunctivum post *quam-
quam* invenies apud Quinctilia-
num. Vid. supra 1, 33. et 96.
infr. 7, 5. 17. IV, 2, 32. I. pro-
oem. §. 18. Nec vero hodie
quisquam dubitat, quin eamdem
structuram ipse etiam Cicero
nonnumquam admiserit. Vid.
Matth. ad Or. pr. Muren. 9, 20.
Müller. ad L. de Orat. 6, 21. et
III, 7, 27. Brem. ad Sueton.
Caes. c. 3. ad Nep. XXV, 13, 6.
Behr. Obss. in Suet. II. p. 11. sqq.
Zumpt. Gr. Lat. §. 78, 10. p.
401. Coniunctivus cur ponatur,
cuiusque loci ratio facile docet.

tamen, cui] „Turic. inserit
hi. Volebat profecto *si.*" Spald.

in illis operibus oratores aut declamatores imitan-
22 dos putemus. Sua cuique proposita lex, suus cui-
que decor est. Nam neque comoedia [in] cothurnis
assurgit, nec contra tragoedia socculo ingreditur.
Habet tamen omnis eloquentia aliquid commune:
23 imitemur, quod commune est. Etiam hoc solet
incommodi accidere eis, qui se uni alicui generi de-
diderunt, ut si asperitas iis placuit alicuius, hanc
etiam in leni ac remisso causarum genere non exu-
ant: si tenuitas ac iucunditas, in asperis gravibus-
que causis ponderi rerum parum respondeant: cum
sit diversa non causarum modo inter ipsas conditio,

in illis operibus] i. e. in poesi et historia. Quod quamquam commode ex praecedd. intelligi poterat, erant tamen qui scriberent *in illorum operibus*, operosa quadam ἀκριβείᾳ, quam merito reprehendit Spaldingius.

§. 22. *decor*] Cf. 1, 71. item hic §. 27.

Nam neque] Sic edidi cum Andr. Sed *neque* omittunt Turic. Camp. et Spald., *Nam* reliqui, solum *Nec* exhibentes. Mox Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. *in cothurnis*, unde Spalding. finxit *non cothurnis*. Reliqui *in cothurnos*. Praeterea Turic. Flor. (a pr. m. uterque) praebent *comoediae*, quod quid sit, et ipse non exputo.

socculo] Sic Spald. cum Turic. (quamquam hic *tragoedias occulo*) et Obrecht. Reliqui *socco*. — De toto loco laudant interpretes Horat. de art. poet. vs. 89 — 92. „Versibus exponi tragicis res comica non vult: Indignatur item privatis ac prope socco Dignis carminibus narrari coena Thyestae. Singula quaeque locum teneant sortita decentem."

imitemur] Hoc Spald. cum Turic. Flor. Alm. Reliqui *Id imitemur*.

§. 23. *hoc solet*] Minus bene Iens. Goth. et edd. posterr. ante Ald. *solet hoc*. Deinceps *ei* recepit Spald. iubentibus Turic. (a sec. m.) et Flor. *his* Guelf. Basil. Reliqui *iis*. Cf. §. 11.

iis placuit] Sic Turic. Goth. Iens. edd. posterr. ante Basil. et Spald. Reliqui *his*. Cf. §. 16.

ac iucunditas] Ita Turic. Flor. (hic a sec. m. *vel nuditas*) Camp. Spald.: *aut iucunditas* Alm. Bodl. Andr.: reliqui *aut* vel *ac nuditas*, sine idonea causa. Defendere conatur Gesler. p. 49.

inter ipsas] „Flor. (a sec. m.) Goth. Iens. inserunt *se* cum Voss. 2. et edd. posterr. ante Bad. Hic (nihil ad nostrum quidem locum monens) supra

in singulis etiam causis partium; sintque alia leni- alia aspere, alia concitate, alia remisse, alia doli, alia movendi gratia dicenda: quorum omnium milis atque divisa inter se ratio est. Itaque ne 24
quidem suaserim, uni se alicui proprie, quem omnia sequatur, addicere. Omnium perfectissi- Graecorum *Demosthenes*: aliquid tamen aliquo oco melius alii: plurima ille. Sed non qui maxi-

). *inter ipsos*) ut et VIII, refert Vallam (vid. Elegg. .) annotasse, utroque mocte dici Grammaticis *inter* et *inter se*. Adde IV, 2, it de quo Valla ipse agit VI, 3, 32. Nostrum tamen i ibidem ponit cum pro- e *se*." Spald.

isa] Laudo Spaldingium, in hoc etiam verbo sequust optimos codd. Turic. atque Alm., quum vulgo retur *diversa*, quod frustra Genslerus p. 50. *Divisa* b id ipsum, quod diversa dissimilis est.

24. *suaserim, uni se al.*] (a pr. m.) Alm. *suaserim ni al.* Turic. Camp. *suas non uni al.* Mox pro *ad-* Turic. Alm. *addici rei*, non item: *adiicere* Guelf. Camp. Iens. Tarv. „Est l incommodi in *sequatur* tertia persona, quae quo tur proprie non habet, uam interpreteris ἀπὸ κοιlut illud, de quo egimus, II, 15, 12.; durius tamen inus generali verbo, quam *lle, dicere*. [Mihi vero non dubium est, quin commode intelligatur *is, qui imitatur*. Cf. ad 1, 7. extr. Minus placet, quod malebat Wolfius, *ille, qui se addicit*.] Facile accommodandi causa librarius post *uni* poterat scribere *alicui*, etiamsi in exemplo esset *aliquem*. Sic eruas: *uni se aliquem proprie — sequatur, add.* Vel, transponendo, ut manifestior appareat omissi in vetustissimis pronominis *se* causa: *se uni aliquem*. Discerpta enim haec in *suaserimseu ni*, pro quorum postremo *non*, velut X, 1, 96. [Hoc fieri sane poterat.] Simplicissimam loci medelam hanc dicas: *uni nos alicui — sequamur addicere*." Spald. Magis probo *suaserim se uni alicui — sequatur, addicere*.

Omnium perf.] Sic Spald. et Flor. (a pr. m.) Sed Turic. Alm. *omnem perf.: longe omnium perf.* Camp. Goth. Voss. 2. Colon. (1527.) al. A sec. m. Flor. *omnium longe perf.* Recentiores *Longe perf.*, quibuscum facere dicitur Guelf.

aliquo in loco] Turic. omittit *in*. Camp. *in al. loco*.

25 me imitandus, et solus imitandus est. Quid ergo? non est satis omnia sic dicere, quomodo *M. Tullius* dixit? Mihi quidem satis esset, si omnia consequi possem. Quid tamen noceret, vim *Caesaris*, asperitatem *Coeli*, diligentiam *Pollionis*, iudicium *Calvi*,
26 quibusdam in locis assumere? Nam praeter id, quod prudentis est, quod in quoque optimum est, si possit, suum facere: tum, in tanta rei difficultate, unum intuentes vix aliqua pars sequitur. Ideoque cum totum exprimere, quem elegeris, paene sit homini inconcessum: plurium bona ponamus ante oculos, ut aliud ex alio haereat, et, quod cuique loco conveniat, aptemus.

et solus imitandus] Absunt haec verba ab Turic. Flor. Alm. Gamp. Goth. Pro *et*, quod Guelf. dat, edd. post Basil. *etiam*.

§. 25. *quomodo*] Colon. (1527.) *quemadmodum*.

noceret] Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. Colon. (1527.) al. Vulgo ante Spald. legebatur *nocet*. „Ad coniunctivum iutellige: *etiamsi consequi possem*. Cf. I, 8, 5. *vim Caesaris* vide I, 7, 34. XII, 10, 11. et cf. hic §. 12. De Coelii asperitate consule IV, 2, 123.“ Spald.

assumere] „i. e. foris arcessere. [Mox dicit *suum facere*.] Vult enim in toto quam simillimus quidem esse Ciceronis; nec tamen recusat virtutes ab huius ingenio alienas aliunde mutuari, Ciceronianisque adiungere. Sic Cic. Inv. II, 24. vocabuli *assumtiva* ratio redditur, quod „*foris* adiuncto argumento“ causa defendatur. Vide et X, 1, 121.“ Spald.

§. 26. *intuentes*] in exemplum, uti supra §. 2. loquutus est.

sequitur] Wolfius: „vix alicuius partis et loci imitatio bene succedit. — *Sequuntur* res, quum sponte veniunt, facile fiunt nec per artem aut vim affectantur, feliciterque succedunt, ex ipsa rerum natura quasi oriuntur, non arcessuntur. VIII. proem. 18. IV, 3, 4. X, 2, 27. etiam accus. additur ibid. §. 26. XI, 2, 39. VIII, 6, 24. add. II, 14, 1.“ Cf. Ernest. Techn. Lat. Rhet. p. 353. sq. Cort. ad Sallust. Cat. 54. extr. Plin. Epp. I, 8, 14. „*sequi* — gloria, non appeti debet.“ Praeterea Wolfius: „Hic, inquit, *sequi* videtur fere esse *transire ex eo, quem imitamur, in opus nostrum*. Talem interpretationem suadent sequentia.“ Num suadeant, ipse videris.

quod cuique loco] Sic Spald. cum Turic. (a sec. m.) Camp.

V. Imitatio autem (nam saepius idem dicam) 27
non sit tantum in verbis. Illuc intendenda mens, quantum fuerit illis viris decoris in rebus atque personis, quod consilium, quae dispositio, quam omnia, etiam quae delectationi videantur data, ad victoriam spectent: quid agatur prooemio, quae ratio et quam varia narrandi, quae vis probandi ac refellendi, quanta in affectibus omnis generis movendis scientia, quamque laus ipsa popularis utilitatis gratia assumta: quae tum est pulcherrima, cum sequitur, non cum arcessitur. Haec si perviderimus, tum vere imitabimur. Qui vero etiam pro- 28
pria his bona adiecerit, ut suppleat, quae deerant; circumcidat, si quid redundabit; is erit, quem quaerimus, perfectus orator: quem nunc consummari potissimum oporteat, cum tanto plurima exempla

et Bodl.: *quod de cuique longo* (cf. Spald. ad IX, 4, 94.) Turic. Flor. Alm.: reliquorum alii *quo quidque loco*, alii *quod cuique* (omisso *loco*.). — De praeced. *inconcessum* cf. supra ad §. 5.

§. 27. *saepius idem*] Cf. §§. 13. et 16.

quam omnia, etiam — spectent] Turic. *quod omne iam — spectat*. De sententia cf. II, 4, 32. V, 12, 22. XII, 10, 48.

affectibus omnis] Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *actibus omnibus*. Ille nil nisi *omnis* corrigit. Ex Alm. affertur *actibus*. Colon. (1527.) praebet *affectis*. Mox Turic. *movendi* cum Camp.

quamque laus] Sic edidit iam Gesner. eumque sequutus Spaldingius cum Goth. Camp. Beru. marg. Basil. Alii habent *quantaque laus*. Turic. Flor. (hic a pr. m.) Almelov. haec omnia *quamque — gratia* omittunt.

laus — popularis — assumta] „Quidquid coronae datur ad plausum petendum. Sic XII, 10, 72. *laus vulgi* dicitur. Est *fragor*, qualis Ciceronem sequebatur VIII, 5, 3. ubi §. 2. est ipsum nostrum." Spald.

vere] Turic. Flor. (hic a pr. m.) Alm. omittunt.

§. 28. *deerant*] „Non male Francius suadet reponendum *deerunt*." Spald.

nunc] nostro tempore.

oporteat] Sic recte Spald. cum Turic. Flor. Camp. mutavit vulgarem lectionem *oportebat*. Genaleri (p. 51.) *oportebit* non admittam. Paullo post ex *iisdem* libris pro *tanto plura* recipiendum erat *tanto plurima*, de quo vide ad I, 45.

bene dicendi supersint, quam illis, qui adhuc summi sunt, contigerunt. Nam erit haec quoque laus eorum, ut priores superasse, posteros docuisse dicantur.

contigerunt] Iens. *contigerit* cum edd. posterr. ante Ald., qui *contigerant*. Magis equidem probarem, si quis proponeret *contigerint*. Sed praestat nostra lectio. Wolff.

eorum] „qui futuri sunt consummati oratores."

CAPVT III.

DE SCRIBENDO.

I. De utilitate scribendi. II. Quomodo scribi oporteat. III. Non dictandum esse. IV. Qui locus et quod tempus maxime conveniant ad scribendum. Repugnandum tamen interdum et temporis et loci incommodis. V. Ceris optime scribi.

1 I. Et haec quidem auxilia extrinsecus adhibentur: in iis autem, quae nobis ipsis paranda sunt, ut laboris, sic utilitatis etiam longe plurimum affert *stilus*. Nec immerito M. Tullius hunc *optimum effectorem*

§. 1. *Et haec*] Goth. Ald. *At haec*. Volebant profecto *atque haec*.

in iis autem] Omittunt haec Turic. Flor.: ab Alm. *in* abesse narratur. Guelf. Flor. (a sec. m.) *in his autem*. Deinceps Colon. (1527.) cum Goth. *sic etiam utilitatis*.

stilus] „γραφεῖον, proprie I, 1, 27.; sed §. 28. est ipsa scriptio, scribendi actus; haud raro est etiam scribendi studium et exercitatio, interdum quod scribitur. Cf. II, 4, 13. VI, 1, 42. X, 3, 5. et 1. alibique hoc in capite. Nunquam est forma et ratio sive character orationis." Sic Wolffius de Quinctilianeo vocabuli usu. „Cf. VII, 1, 54. Inferioris quidem aetatis auctores non moror, velut Gell. N. A. III, 3. „„*stilo* atque facetia sermonis Plauto congruentis."" Spald. Vid. Ernest. Lex. Lat. Rhet. p. 372. seqq.

M. Tullius] I. de Orat. 33, 150. et 60, 257. — Quod sequitur *vocavit*, Spalding. substituit

magistrum dicendi vocavit. Cui sententiae peram L. Crassi in disputationibus, quae sunt de tore, assignando, iudicium suum cum illius auctote coniunxit. Scribendum ergo quam diligentis- 2
e et quam plurimum. Nam ut terra altius ef-
a generandis alendisque seminibus fecundior fit:
profectus, non a summo petitus, studiorum
tus et fundit uberius, et fidelius continet. Nam,
hac quidem conscientia, ipsa illa ex tempore
ndi facultas inanem modo loquacitatem dabit et

cum vulgati *vocat*, habet- Turic. a sec. m., sed a pr. *ocatii*.

2. *generandis*] Camp. *gerndis*.

ndior fit] Sic Turic. (a m.) Camp. Ald. Bad. Co- (1527.) Basil. A prima Turic. omittit *fit*, idem- Flor. Iens. al. ignorant, pro nte Spald. scribebatur *est*.

a summo petitus] sed ita, nitus immissae sint radices, , 3, 5. Nam „quae summo sparsa sunt semina, cele- se effundunt: et imitatae herbulae inanibus aristis messem flavescunt."

fundit] Sic ed. Colon. .) cum Camp. Goth. Basil. h. (1536.) Gesn. Bip. Spald. Turic. *effunditur*. Vidovaei 1538.) *et effundit*. Plerique *effundit*.

hac quidem conscientia] nisi huius rei tibi sis con- , non a summo, sed ex fundamento profectum esse m scriptumque non modo plurimum, sed etiam diligentissime." Wolff. „Is demum, qui etiam dum ex tempore dicit, memor esse potest plurimorum a se exercitationis caussa scriptorum, sine inverecundia aut levitate prodibit ad orandum. Reliqui extemporalitatis gloriam pudoris tantum et severitatis iactura acquirent. Huic ego sententiae quid desit, non video; quare *conscientiam*, hinc, ut putat, alienam, voce *constantia* mutantem Gesnerum nequaquam sequor. — *Facultas* autem vel hic commode cesserit alteri voci *facilitas*. Cf. X, 1, 44. cuiusmodi usus est II, 4, 17. IV, 1, 54. vide et IV, 1, 61. Nostrum quidem hic libri tuentur. Sic et §. 10. *facilitas*, quod habent duo editi [Ald. Bad.], ut convenientius, blanditur; [Vereor ut cuiquam placeat.] collato maxime loco §. 7. ubi est *suspecta facilitas*." Spald.

inanem] „cui non vera subest scientia atque copia rerum et verborum." Wolff.

3 verba in labris nascentia. Illic radices, illic fundamenta sunt: illic opes velut sanctiore quodam aerario reconditae, unde ad subitos quoque casus, cum res exiget, proferantur. Vires faciamus ante omnia, quae sufficiant labori certaminum et usu non exhau-
4 riantur. Nihil enim rerum ipsa natura voluit magnum effingi cito, praeposuitque pulcherrimo cuique

verba in labris nascentia] Simile est, quod dicit Seneca Epist. 10. „Non a summis labris ista venerunt; habent hae voces fundamentum."

§. 3. *aerario reconditae*] Turic. *ea rarios conditae:* a sec. m. *sacrario sunt conditae*, idemque cod. Palat. Gebhardi (Crepp. 3, 18. p. 151.) et Camp. *sacrario recond.* Iens. Bodl. al. Sed Flor. marg. Colon. (1527.) *aerario sunt conditae.* Alm. Guelf. Colon. *aerar. conditae.* At vulgatam tuentur etiam Vall. et Goth.

sanctiore — aerario] „Quanquam non uno loco hoc vocabuli legitur apud scriptores, tamen non male Badius censet Livium maxime ob oculos fuisse [rhetori] nostro XXVII, 10, 11. Vid. de *sanctiore* Romae *aerario* Manut. ad Cic. Att. VII, 15." Spald.

subitos quoque] „Sic omnes habent: fortasse quod *quisque* superlativum exigit. Sed tamen aptius *ad subitos quosque casus* dixisse mihi quidem videretur." Badius. Non improbat Spald.

Vires faciamus] „Cf. VII, 10, 14. X, 1, 42. 87. hic §. 10. *Facere* in his est acquirere, colligere, alere. Illustrat maxime illud a Gesnero in v. *facere* positum Phaedri (III, 7, 5.) *quo cibo fecisti tantum corporis?* [Vid. Burmann.]" Spald.

labori certaminum] „Ipsa illa oratorum professio *certamen* est, *ἀγών*, et togata quaedam militia." Gesner. Sic saepe Fabius. de eloquentia loquens imagines petit ab arte belli et armorum. Cf. 1, 31.

§. 4. *effingi cito*] „Turic. *effugitio*, a sec. m. *effugere*, sine adverbio; *effugere cito* Palat. Gebhardi, qui hoc ipsum probat, Latinos, quod cito effectum sit, *effugisse* dicentes narrans. Hoc cuiquam facile persuasurum eum rectissime negat Burmannus, prolata de suo coniectura *effingere* [cf. 2, 15. *imaginem virtutis effingere.*]: unde nostram extudimus. Reliqui *effici cito.* Cf. X, 2, 13. Confusionem verbb. *effingere* et *efficere* vide ad X, 1, 69." Spald.

praeposuitque — difficultatem] Haud male suspicatur Spaldingius, Fabio obversatum fuisse aliquid illius Hesiodei *Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν.* Ἔργ. 289.

operi difficultatem; quae nascendi quoque hanc fecerit legem, ut maiora animalia diutius visceribus parentis continerentur.

II. Sed cum sit duplex quaestio, *quomodo* et *quae* maxime scribi oporteat, iam hinc ordinem sequar. Sit primo vel tardus, dum diligens, stilus: quaeramus optima, nec protinus offerentibus se gaudeamus: adhibeatur iudicium inventis, dispositio probatis. Delectus enim rerum verborumque agendus

maiora animalia diutius] Elegans est de elephanto locus Achillis Tatii ab Almelovenio indicatus lib. IV. c. 4. p. 225. sq. [p. Iacobs. 84.] *Κύει μὲν αὐτὸν ἡ μήτηρ χρονιώτατον· δέκα γὰρ ἐνιαυτοῖς πλάττει τὴν σποράν· μετὰ δὲ τοσαύτην ἐτῶν περίοδον τίκτεται, ὅταν ὁ τόκος γέρων γένηται. Διὰ τοῦτό, οἶμαι, καὶ ἀποτελεῖται μέγας τὴν μορφήν, ἄμαχος τὴν ἀλκήν, πολὺς τὴν βιοτήν, βραδὺς τὴν τελευτήν.* Plinius Hist. Nat. X, 63. „Quo maius est animal, tanto diutius formatur in utero.“

parentis] „Sic Guelf. Camp. cum Goth.: *parentibus* Turic. Reliqui *parentum*. Nostrum probat Gesnerus.“ Spalding.

Sed] „Camp. omittit. Mox ante *quomodo* inserit *et*.— *hinc*: Guelf. *hic*. Obr. *hunc*. Cf. II, 11, 1. III, 1, 1.“ Spald. *hinc ordinem sequar*: „ut nunc dicam, *quomodo* scribi oporteat. *Quae* vero scribenda sint, docetur cap. 5.“ Wolff. Argutius quam verius Obrechti lectionem defendit Genslerus (p. 52.).

§. 5. *protinus*] Turic. *primus*, a sec. m. *primo se* cum Camp. Bodl. Andr. Ald. Adverbium hoc cum verbo finito iungendum dicit Spaldingius, melius id Wolfius ad participium pertinere censet. *Optimis* opponuntur *protinus offerentia se*, *τὰ τυχόντα*. Caeterum ante Spald. erat *se offerentibus*; sed nostro ordini favent Turic. (qui tamen *efferentibus sed*) Flor. (*efferentibus se*) Colon. (1527.) cum Guelf. Bad. Basil.

agendus] „Iens. *habendus* cum edd. posterr. ante Basil. acc. Gryph. Gibs. Roll. Vtrumque recte dici Burmannus putat, auctore Valla Elegg. 5, 60., et adest sane verbi *agere* exemplum e Plinio (VII, 29.) a Gesnero in Thesauro positum. In ipso tamen *delectus* vocabulo frequentius saltem esse *habere* Gibsonus recte statuit. An differt, quod hic improprie usurpatur [ponitur] ille *delectus* et est quasi pro *censura*? Interim standum videtur libris vetustissimis. Cf. V, 6, 3. item VI, 3, 73.“ Ita Spaldingius, quem probo quod antiquissimis libris obtemperandum putavit. Siquidem plus significat *delectum*

èst et pondera singulorum examinanda. Post subeat ratio collocandi, versenturque omni modo numeri: non, ut quodque se proferet verbum, occu-
6 pet locum. Quae quidem ut diligentius exequamur, repetenda saepius erunt scriptorum proxima. Nam praeter id, quod sic melius iunguntur prioribus sequentia, calor quoque ille cogitationis, qui scribendi mora refrixit, recipit ex integro vires, et velut repetito spatio sumit impetum: quod in certamine saliendi fieri videmus, ut conatum longius petant et ad illud aliud, quo contenditur, spatium cursu fe-

agere quam *delectum habere*. Hoc enim simpliciter, illud cum adiuncta curae maiorisque diligentiae notione rem, de qua dicitur, exprimit.

Post] „Turic. Flor. *potest*, a sec. m. uterque *postea*, sic et Camp. cum edd. ante Stoer. exc. Ald. [Colon. 1527.] Basil. Nostrum tuetur Guelf. et latet in antiquis." Spald. Mox *versetur* Turic., a sec. m. *serventur* cum Camp. Suspicatur Spald. a Turic. abesse encliticam, ut absit a Camp. — Quod hic praecipit Fabius, iam Platonem sedulo fecisse novimus, de quo vide Muret. Var. Lect. XVIII, 8.

§. 6. *scriptorum proxima*] Turic. (a sec. m.) Flor. lens. et edd. posterr. ante Bad. *scriptori*.

mora refrixit, recipit] „Turic. *morare refinxit finxit recipit*, a sec. manu *mora revixit sic rec.* in margine appositum *vel refrixit*. Flor. *morare refrixit fix rec.* lens. [Colon. 1527.] *mor. refr. sic rec.* cum edd. posterr. ante Bad., quorum Loc. Ven. Rusc. etiam *recepit*, male. Dicas sane latere *sic* in illo *fix*; displicet tamen eo ingestum." Spald.

velut — impetum] Wolffius: „Quid voluerit [Fabius] noster, docent et quae proxime antecedunt, et quae subsequuntur. Nam particula *velut* ad totam elocutionem pertinet, non modo ad *repetito spatio*." *Impetus* autem saepe de orantis viribus et calore dicitur. Cf. §. 17.

in certamine saliendi — in iaculando — expulsuri tela] „Nimis sibi indulsit; est prope Homericus similium proventus, et in re levicula, non in incessu exercituum duorum." Spalding.

ad illud aliud] „Sic Flor. A prima quidem manu cum Turic. *aliud* solum. Hic a sec. m. *in aliud*. Obr. *in illud*. Reliqui omittunt *aliud*." Spald. Ego, quamquam reluctante Genslero (p. 53.), non dubito, quin verum dederit Spald. — *aliud*: „Duo sunt in saliendo spatia, unum *a quo*, alterum *in quod* [*quo*]

ur: utque in iaculando brachia reducimus, et,
ılsuri tela, nervos retro tendimus. Interim ta- 7.
, si feret flatus, danda sunt vela, dum nos in-
entia illa non fallat. Omnia enim nostra, dum
antur, placent: alioqui nec scriberentur. Sed
amus ad iudicium et retractemus suspectam fa-
ıtem. Sic scripsisse Sallustium accepimus: et 8
manifestus est etiam ex opere ipso labor.

r.“ Wolff. Deinceps *uti-*
›ro *utque* praebere dicitur
.
ucimus] „Eleganter dictum
etro trahimus: quod ver-
redonavit Ovidio lib. VI.
10?. Heinsius. Sic Valer.
. IV, 266. *Huc alternus*
ç, semper cervice reducta.
eductum apud Stat. VI. Th.
vetus Barthii Scholiastes
tatum retro exponit. Vid.
Declamat. XII. [p. 250. b.]“
annus.

7. *Interim tamen*] Quid sit
interim, ostendit §. 18.
tando tamen. Cf. 1, 9. 7,
t I, 1, 8. ubi Spaldingius:
quens est, inquit, imprimis
ctiliano, sed et aliis eius
scriptoribus, ut Senecae et
is atque Tacito, ille huius
›uli usus, ut sit pro *inter-*
[uostr. *mitunter.*] Vicissim
dum usurpare pro *interim*
sunt quibusdam scriptores
ioris aetatis, de quo sensu
Dukerum de Latinitate IC-
n veterum p. 373. Neque
n legitimum adverbii sen-
fugit Qu. Vid. I, 8, 5. 12,
, II, 5, 1.“ De hac partic.
tiam Sarp. Analect. p. 51.

feret] „Turic. Flor. Guelf. (qui et *cum* pro *si*) *fieret* cum Voss. 1. 3. Iens. et edd. posterr. ante Ald.; a sec. m. illorum uterque *fuerit*, et sic Camp. cum Bodl. Goth. Voss. 2. Bad. et aliquot edd. apud Burm. Nostrum recte tuetur Burm. advocatis de *vento ferente* Servio ad Aen. VII, 27. Barthio ad Stat. Theb. III, 29. *Ferri* et *fieri* commutata, praeter Burm. (hic e Victorii VV. LL. XXII, 7.) docet Drakenb. ad Liv. V, 54, 6.“ Spald.

ad iudicium] „quo in scribendo admodum est utendum.“ Wolff.

suspectam facilitatem] „quae ex tempore dicit, sed ita, ut non multa et diligens praecesserit scribendi exercitatio.“ Wolff.

§. 8. *Sic*] „ut ante praecepimus, diligentissime.“ Wolff. Caeterum Turic. Flor. (hic a pr. m.) praebent *sed*, quod fortassis debebat *sic et*. Mox Turic. *accepemus*, Flor. *accipimus*.

labor] Turic. Flor. (hic a pr. m.) *labore*. Ille a sec. m. praemittit *et*. Suspicor fuisse *et sane manifestus etiam ex op. ips. labor est*. Quod si

Virgilium quoque paucissimos die composuisse ver-
9 sus, auctor est Varius. Oratoris quidem alia conditio est. Itaque hanc moram et sollicitudinem initiis impero. Nam primum hoc constituendum, hoc obtinendum est, ut quam optime scribamus: celeritatem dabit consuetudo. Paulatim res facilius se ostendent, verba respondebunt, compositio prosequetur: cuncta denique, ut in familia bene insti-

forte minus probaveris, per me reponas licebit: *ipso labor. Et Virgil. quoque.* Cf. supra ad 1, 127. de particc. *et — quoque.*

die composuisse] „Rarior locutio pro *in die*, ut Petron. cap. 44. loquitur: et ita de Lucilio Horat. Serm. I, 4, 9. *in hora saepe ducentos — versus dictabat.*" Burmann. Add. Cic. Epp. ad Fam. XV, 16. pro Rosc. Am. c. 45. extr. Sallust. Incert. Libr. Fragm. 229. (p. nostr. 213.) Spaldingius malebat *quotidie* [*cottidie*. Vid. ad 1, 27.] Neque enim placere Gesneri (vid. indicem) rationem, *quoque* pronomen cum *die* iungentis. Malim *in die*. Hoc certe magis placet, quam quod suadebat Spaldingius.

Varius] Sic ed. Colon. (1527.) idemque latere puto in Florentini et Guelferbytani scriptura *Variis*, ut in Colinaei et Voss. 1. *Varrus*. Reliqui *Varus*. Sed bene Spaldingius: „Optes sane, inquit, in hoc nomine aliquem ostendi MS. qui habeat: *Varius;* quem virum hoc prodidisse multo credibilius sit, quippe familiarem Virgilii et circa opera eius, quod constat inter scriptores, occupatum. Malim igitur vel nullo libro auctore hoc nomen restitui, nixus imprimis varietate, de qua vide X, 1, 98. In Flor. ad III, 8, 45. nihil a vulgata recedit. [*Varium* ibidem dant Codd. Pariss. 3. 4., *Varum* Paris. 2. Camp., *Varrum* Paris. 1.] Idem, qui hic error, in MSS. Virgilii Bucol. 9, 35. et in commentariis Philargyrii ad Virg. Ecl. 2, 70. Servii ad Ecl. 3, 20."

Eamdem rem de Virgilio narrat Gellius NN. AA. XVII, 10. et Pseudo-Donatus in vita Virgilii IX.

§. 9. *initiis*] Cf. ad 2, 2.

hoc constituendum] Turic. Flor. (hic a pr. m.) *est const.* Paullo post Camp. omittit *est.* Licet suspicari: *Nam prim. hoc est const., hoc obt., ut* etc. Praeterea Turic. (sec. m.) et Obrecht. pro *hoc obt.* vitiose scripserunt *ac obt.* Vid. supr. ad 1, 15. et Spald. ad V, 2, 3.

ostendent] Turic. Flor. Guelf. *ostendit.* Flor. (a sec. m.) *ostendet.* Voss. 1. 3. *ostendunt.*

prosequetur] Sic Spald. cum Turic. Flor. Alm. et Obrecht. Vulgo *sequetur.*

, in officio erunt. Summa haec est rei. Cito 10
)endo non fit, ut bene scribatur: bene scribendo
it cito. Sed tum maxime, cum facultas illa con-
'it, resistamus, et provideamus efferenti se quos-

officio erunt] „Minus me- sententia supra posita re- ; vide VIII. pro. 30. cf. in- . 15." Spald.

10. *Cito scribendo — ut* Laudat Pithoeus verba)nis apud Plin. Epp. VI, . *Commode agendo factum ut saepe agerem: saepe do, ut minus commode.*

:ultas illa] cito scribendi. ltera lectione *facilitas* vid. 2.

istamus] „Turic. *restita-* Flor. (a pr. m.) *restitua-* An fuit *restitemus*? Fre- confusio, cf. Drakenb. ad X, 19, 5. Sed ipsum no- aliquoties apud Qu. hac tate, velut IX, 3, 55. et §. 19." Spald.

provideamus] Sic Flor.). Alm. Obrecht. margg. 1. (1527.) Basil. ac Steph. memoratur Turic.; sed hunc ium nostram lectionem dare cor. Flor. (a sec. m.) *ut beamus* cum Goth. Voss. 2. dd. ante Gryph., except. qui *ac prohibeamus*, (quod all. quoque refert Badius,) d., qui *prohibeamus*, omissa nctione. Bern. *providea-* de coniunctione nihil pro- . Spald. cum reliquis *ut deamus*: quod licet non sit um, melius tamen per *et* copulam coniunguntur haec cum priore verbo, cuius explicationi inserviunt.

efferenti se quosdam] Hanc ego lectionem latere putavi in Turicensis et Flor. scriptura *efferentis equos*, pro quo quum mox dedissent *efferentes equos* vel *et ferentes equos*, Badius *et ferocientes equos* inducendos suasit, eumque plerique (etiam Spald.) sequuti sunt. Saepissime librarii male copularunt, quae disiungenda erant, et vicissim discerpserunt, quae cohaerere debebant. Eius rei in hoc ipso libro aliquot habemus exempla, quae passim commemoravimus, velut ad cap. 1. §. 5. pr. §. 7. pr. §. 64. adn. 2. §. 70. pr. §. 80. pr. §. 91. adn. 2. §. 101. adn. 6. §. 107. adn. 5. cap. 2. §. 22. adn. 3. etc. Quod scripsi *quosdam*, est ea quidem coniectura, sed quam feras facillime, si reputaveris, quam frequens horum pronominum (*quos — quosdam*) confusio sit. Vid. supra ad 1, 60. Atque hoc ipso loco pro *quibus*, praeter Turic. Flor. et marg. Basil., omnes dant *quibusdam*: unde hoc etiam cognoscas, debuisse quidem poni h. l. syllabam *dam*, sed in priore voc. *quos*, non in altero *quibus*. Accedit quod Qu. non simpliciter commemorare poterat *frenos*, ut quorum

dam frenos, quibus coerceamus: quod non tam moram faciet, quam novos impetus dabit. Neque enim rursus eos, qui robur aliquod in stilo fecerint, ad infelicem calumniandi se poenam alligandos puto.
11 Nam quomodo sufficere officiis civilibus possit, qui

mentionem impropriam aliquo mollire remedio deberet. Vid. ad 1, 76.

frenos] Sic Turic. (a sec. m.) Reliqui *frenis*. Nostram formam et Cicero ipse frequentavit: velut in his: „alteri se calcaria adhibere, alteri *frenos*.“ Brut. 56, 204. Cf. Zumpt. Gr. Lat. §. 23, 3. Caeterum rara quidem, sed non insolens loquutio *provideamus efferenti se quosdam frenos*. Simil. Caesar Bell. Gall. VI, 44. extr. *frumentoque exercitu proviso*. In verbis *efferenti se* facile agnoscas tertiam poni personam, quum proprie deberet prima pluralis. Sed ea hoc in verbo non satis commode adhiberi poterat. Cf. infr. 7, 23. et 25. Quodsi minus placeat, ipsa etiam *facultas illa* pro subiecto esse poterit: *efferenti se* ei — *quibus* eam *coerceamus*.

coerceamus] Turic. (a pr. m.) *coerceamur*.

De vulgari huius loci lectione (*ut provideamus, et ferocientes equos frenis quibusdam coerceamus*) Spaldingius in hunc modum disseruit: „Non est persanatus locus, in quo, cum Badii illud *ferocientes* quantumvis sit ingeniosum, et melius certe invento Burmanniano, placente Gesnero, [quod placet Gesnero,] *efferentes se* (neque enim de *equis* proprie hoc me legere memini, aliud autem est *efferre* sine reciproco, cf. Drakenb. ad Liv. IV, 33, 10. sed hoc indigebat addito obiecto); subita illa nec ullo remedio mollita *equorum* mentio non est ferenda. Ingenio sane caret, sed sensui fortasse sufficiat ante *ferocientes* insertum *velut*. Tum pro *ut prov.* malim *et p.* Multum tamen abest, ut duplicem illam mutationem τοῦ *efferentes* χρινικῶς fieri censeam. *furentes* reponentis Burmanni eruditioni condonabimus.“

Neque enim] „Sic Turic. Flor. Guelf. [Colon. 1527.] *Nec vero* Camp, cum Ald. cf. III, 3, 1. Reliqui *Nec enim*. cf. IX, 3, 79. [et II, 5, 24. ubi Spald.: „Plenius, inquit, et ante *enim* frequentius *neque*.„]“ Spald. Sua potestate h. l. poni particulam, intelliges, ubi suppleveris talem sententiam: *Si moram faceret, non suaderem. Neque enim* etc. Cf. ad 1, 12. Quamobrem non placet Gesnerus, *etiam* reponi iubens (p. 55.). De *infelici — poena* vide ad 1, 115.

§. 11. *officiis civil. possit*] Sic Spald. cum Flor. Camp. et Turic. (sec. m.): Guelf. *off. poss. civ.* Reliqui *civ. off. possit*, quod nescio an volnerit

singulis actionum partibus insenescat? Sunt autem, quibus nihil sit satis; omnia mutare, omnia aliter dicere, quam occurrit, velint: increduli quidam et de ingenio suo pessime meriti, qui diligentiam putant, facere sibi scribendi difficultatem. Nec prom- 12
tum est dicere, utros peccare validius putem, quibus omnia sua placent an quibus nihil. Accidit enim etiam ingeniosis adolescentibus frequenter, ut labore consumantur et in silentium usque descen-

Turic., a pr. m. praebens *officibus civiliis sit.*

singulis actionum] Turic. Flor. interponunt *vel*, quod prior (a sec. m.) mutat in *velut*, et sic Campan. Non male Spald. suspicatur transponendum *vel singulis act.* Praefero tamen alterum ordinem, quo talis efficitur oppositio: *singulis, non actionibus, immo actionum partibus.* Vnam notionem esse puta *actionum partibus*, quamvis duo sint verba. Hinc non est, quod haereas in *vel* ante voc. *actionum* posito.

increduli quidam] Turic. Flor. Colon. (1527.) Basil. *incr. quidem*, quod tuetur Genslerus (p. 56.). At *quidam* non sunt *nonnulli* (*Sunt autem, quibus*, dixerat antea): sed additur hoc voc. eo modo, quem paullo ante in verbis *quosdam frenos* vidimus.

ingenio suo] „*suo* omittunt Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. cum Alm. Fortasse nec male; *ingenio nocent; ingenium infamant omne, non suum solum.*“ Spald. Non credo.

§. 12. *validius*] Sic VI. proem. §. 8. „quo me validius cruciaret.“ „*Valdius non est in usu, sicut contra raro valide dicimus.* Badius, memoratus etiam Burmanno. Vicissim ad Declam. 9, 14. p. Burm. 202. idem desiderare narratur *valdius*, ubi vide Burm. Poetae quidem in hisce recedunt a reliquo usu, velut Horat. Epist. I, 9, 6. ad Pis. 321.“ Spald. Apud Senecam de Brev. Vit. c. 8. *valdissime* dederat Muretus, sed in ed. Gronov. est *validissime.*

enim etiam] Sic Turic. Colon. (1527.) al.: Flor. Goth. Ieus. Bad. et edd. posterr. ante Ald. solum *etiam* praebent: Spald. *enim* cum Guelf. et Basil., quum vulgata vel ob insuavem compositionem alienior esse et geminatio coniunctionum ex male capta emendatione manasse videretur. (Cf. VI, 3, 9.) Equidem insuavem istam compositionem ferendam putavi, quum ne Ciceronem quidem ab eiusmodi naevis liberum viderem. Orat. 7, 23. *ad eam, quam*

dant nimia bene dicendi cupiditate. Qua de
mini narrasse mihi Iulium Secundum illum,
lem meum atque a me, ut notum est, famil
amatum, mirae facundiae virum, infinitae tam
13 rae, quid esset sibi a patruo suo dictum.
Iulius Florus, in eloquentia Galliarum, qu
ibi demum exercuit eam, princeps, alioqui
paucos disertus et dignus illa propinquitate.

sentiam, *eloquentiam*, *non ad eam*, *quam* etc.

memini narrasse] Quo sensu positum sit perfectum *narrasse*, facile cognoscas ex iis, quae de hac structura disseruimus in scriptione scholastica (*Kritische u. erklär. Bemerk. über einig. Stell. aus Cicer. Rede f. d. Arch. u. Etwas üb. die Construct. des Sageworts Memini. Leipz.* 1820.) p. 53. seqq. Exemplis ibi laudatis adde Quinctil. IX, 4, 90. Sueton. Domit. c. 12. Cic. Brut. 22, 85. Quae ab aliis collecta sunt, repetere non attinet. Caeterum locus ille Laur. Vallae, quem Spaldingius (vid. eius adn. ad h. l.) frustra quaerebat in *Elegantiis*, invenitur in Vallae *Adnotatt. in errores Anton. Raudensis* plag. VI. ed. Ascens. (1510.) pag. 408. Bas. (1543.)

mirae facundiae virum] Tutic. *mira fecundiae ferum*, a sec. m. *mira facundia virum*. Flor. (a pr. m.) duo postrema itidem, affirmante Spaldingio. Quare facile crediderim restituendum ablativum esse, quantumvis sequente genitivo. Vtramque structuram coniunxit etiam Cic. Epp. ad Fam. IV, 8. „Neque monere te audeo, praestan dentia virum; nec cor maximi animi hominem militerque Sallust. Frag Libr. 6. pag. nostr. 194 Nep. XIV, 3, 1. „Thyu minem maximi corporis lique facie.“ ubi vid. Br

§. 13. *eloquentia Ga* „Galliae quantum floruer quentia, Lugdunensis ill *demia* et *ara* (Suet. Ca Iuvenal. I, 44.) argument Spald.

demum] Spald. eo sen tum putat, de quo supr mus ad 1, 44.

alioqui] Colon. (1527 *quin.* „Cf. V, 6, 4. [IV.] §. 6. II, 15, 9. XII, 10, ubi explicatur *praeterea.*] modi usus adverbii est 1, 4. item Tacit. Annal. (*Tiberius*) *validus alioqu nendis honoribus*. Sin *alias* apud eundem XVI, 1. ubi frustra Hei suadet pro *et*. Non de illud *et* videtur *alioqui*, sum complecti. Florus quam quod *Galliarum quentia princeps*, ubi eum iudicares, *inter*

Secundum, scholae adhuc operatum, tristem forte vidisset, interrogavit, quae causa frontis tam adductae? Nec dissimulavit adolescens, tertium iam diem 14
esse, quod omni labore materiae ad scribendum destinatae non inveniret exordium: quo sibi non praesens tantum dolor, sed etiam desperatio in posterum fieret. Tum Florus arridens, *Numquid tu*, inquit, *melius dicere vis quam potes?* Ita se res habet. Cu- 15
randum est, ut quam optime dicamus: dicendum tamen pro facultate. Ad profectum enim opus est studio, non indignatione. Vt possimus autem scribere

disertus erat. Cave tamen *alioqui* ad *loci* significationem astringas.“ Spald. — *inter paucos disertus*: Similiter loquitur Liv. XXII, 7. pr. „Haec est nobilis ad Trasimenum pugna, atque *inter paucas* memorata populi Rom. clades.“ Cf. Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. t. II. p. 305.

scholae — operatum] „Fabiana elegantia dignum est vocabulum. Cum enim *facere* et *operari* ad omnia sint communia, tamen, cum per se ponuntur, rebus sacris, utpote divinis, et studiis sanctioribus propria sunt.“ Badius. Cf. etiam 1, 98. Valer. Max. VI, 6, 1. „reipublicae usibus et sacris operatam.“

adductae] Sic Spald. cum Turic. Flor. (uterque sic a sec. m., a pr. m. Turic. *adducentem*, Flor. *adducente*) Goth. Guelf. al. pro vulg. *obductae*. „Vtraque lectio, inquit Burmannus, satis defendi potest. Nam et *obducta fronte* Iuven. Sat. IX. et Horat. Epod. XIII. et *adductam* dixisse etiam docebit Heins. ad Ovid. Epist. XXI, 165.“

§. 14. *tertium*] Turic. *tertiam*. Mox idem Cod. pariter ac Flor. Guelf. Bodl. Voss. 1. Obrecht. Spald. praebet *quod*, pro quo Camp. lens. Goth. Voss. 2. Tarv. *quo*, reliqui *ex quo*. Nostrum, ut elegantius, probabat Burmannus: cui firmando Spald. attulit locum Plinii Epp. IV, 27, 1. „Tertius dies est, *quod* audivi recitantem Sentium.“ Addo Plaut. Amphitr. I, 1, 146. „iam diu'st, *quod* ventri victum non datis.“ Neque dubito, quin Trinum. II, 4, 1. cum vett. mss. sic legendum sit: „Minus quindecim dies sunt, *quod* pro hisce aedibus Minas quadraginta accepisti a Callicle.“

§. 15. *pro facultate*] Turic. *proter facultatem*, a sec. m. *propter facultatem*, et sic Flor. a pr. m. Suspiceris debuisse *non praeter facultatem*. A praeced. *tamen* facile poterat absorberi negatio, quum sic scriberent: *tn̄ n̄*. Praestat vulgata.

etiam plura celerius, non *exercitatio* modo praestabit, in qua sine dubio multum est, sed etiam *ratio;* si non resupini, spectantesque tectum et cogitationem murmure agitantes, exspectaverimus, quid obveniat, sed quid res poscat, quid personam deceat, quod sit tempus, qui iudicis animus, intuiti, humano quodam modo ad scribendum accesserimus. Sic nobis et initia
16 et quod sequitur natura ipsa praescribit. Certa sunt enim pleraque et, nisi conniveamus, in oculos incurrunt: ideoque nec indocti nec rustici diu quaerunt, unde incipiant: quo pudendum est magis, si difficul-

plura celerius] Ita bene cum optimis libris Spald. Vulgo *et* solebat interponi.

ratio] „quid significet, ipse in seqq. explicat: *humano* (i. e. qui hominem decet) *quodam modo.*“ Wolff. Cf. Ernest. Techn. Lat. p. 321.

resupini—quid obveniat] Spaldingius: „Accidit Fabio, quod supra §. 9., ut sua repeteret immemor, quae sunt II, 11, 4. (cf. nos in praef. p. 88.) Sunt tamen utrique loco suae veneres, ut geminatione carere nolis. Malim hic *quod obv.* quo ipse locus geminus deducit.“ At illic *quod* non simpliciter ponitur, quippe quum haec dicantur: „aut tectum intuentes *magnum aliquid, quod* ultro se offerat,— expectant.“ Ibidem Spald. verbis *tectum intuentes* nihil aliud significari putat, quam desidem nihil agentis, neque in certam rem animum intendentis, gestum, qualis soleat esse eorum, qui, quum acriter aliquid videantur intueri, ne cogitent quidem de eo, quod quum maxime spectent.

humano — modo] „Sic F latinam *paene non humana voce* efflandam dicit XII, 10, 29., unde putes *humanum modum* opponi *murmuri* supra posito. Sed quidquid certa ratione fit, humanum est et decet *sanctius — animal mentisque capacius altae*, cum ille, quem modo adumbravit, advocandi afflatus divini impetus aut dei cuiusdam sit aut bestiae.“ Spald.

quod sequitur] „Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. Reliqui *quae sequuntur.*“ — *praescribit*: „Camp. *praestabit* cum Ald. Gryph. et aliquot Burm. nec tamen (ut ille ait) Basil.“ Spald. Vid. mox §. 18.

§. 16. *Certa sunt enim*] Vid. supr. 2, 19. extr. — *Certa*: „i. e. in quaque causa quasi data et destinata, ut ambigere orantem fere non oporteat.“ Wolff.

ideoque] Goth. Iens. Guelf. Camp. et edd. ante Ald. acc. Bad. ignorant encliticam.

tatem facit doctrina. Non ergo semper putemus optimum esse, quod latet; immutescamus alioqui, si nihil dicendum videatur, nisi quod non invenimus. Di- 17
versum est huic eorum vitium, qui primo decurrere per materiam stilo quam velocissimo volunt et sequentes calorem atque impetum ex tempore scribunt; hanc *silvam* vocant: repetunt deinde et componunt, quae effuderant: sed verba emendantur et numeri, manet in rebus temere congestis, quae fuit, levitas. Proti- 18
nus ergo adhibere curam rectius erit atque ab initio sic opus ducere, ut caelandum, non ex integro fabri-

semper putemus] Hoc ordine haec praebet Spald. cum Turic. Flor. Camp. Reliqui *putemus semper*. Perperam.

immutescamus] „Rarioris usus hoc verbum etiam occurrit [legitur etiam] apud Statium lib. VI, 184. *sic fata repente Concidit, abruptisque immutuit ore querelis.* ubi tamen quidam codices *obmutuit;* sed Barthius ex simillimo loco lib. V, 542. defendit *immutuit.*" Burmann. Caeterum haec *immutesc.* — *videatur* accipias hypothetice. Nam quod praebent Turic. a sec. m. (a pr. m. *ininmutescamus*) Flor. Iens. et aliquot edd. *ne immutescamus*, vereor equidem ut facile probari possit. Nec vero Turicensem aliud quidquam nisi nostrum voluisse reor. „Ex ea autem, quae hic est forma *immutesc. alioq.* facile apparet iusta emendatio loci II, 4, 30. Legemus ibi *appareat alioqui.*" Spald.

quod non invenimus] Solus Guelf. omittit *non*. „Si *non* retinemus, acumen inest prope frigidum. Sed Gesnerus cum uno libro [Goth., quem tamen habere negationem affirmat Spald.] omittendum censet *non*, ut sensus sit: nisi quod multo studio et meditatione invenimus," Sic Gierigius p. 41. Mihi vero secus videtur vel propterea, quod modo dictum erat *quod latet.*

§. 17. *volunt*] „Turic. *velunt*, a sec. m. *velut.* An fuit *velint?* cf. §. 11. [ubi *velut* Turic. Flor. Iens. et al. pro *velint.*] Frigere videtur illud *vòlunt.*" Spald.

silvam vocant] „In hac vocabuli potestate conferendus maxime Cicero, qui saepe ea utitur." Spald. Vid. Lex. et cf. Ernest. Techn. Lat. p. 359.

manet — quae fuit] Colon. (1527.) *manent — quae fudit levitas* cum Goth. Voss. 2. Iens. al. Non placent.

§. 18. *opus ducere*] i. e. opus fingere. Plerumque dicitur de artificibus, qui formas fingunt ex materia molli, ut cera, luto, argilla. Et inde metaphoram ductam putat Spald., quem vid.

candum sit. Aliquando tamen affectus sequimur, in quibus fere plus calor quam diligentia valet.

III. Satis apparet ex eo, quod hanc scribentium negligentiam damno, quid de illis dictandi deliciis sen-

ad II, 17, 3. item Burmann. ad Val. Flacc. I, 429. Vid. tamen Heindorf. ad Hor. Sat. I, 10, 44.

sequimur] Sic recte Spald. cum Turic. Flor. Camp. Iens. al. pro vulg. *sequemur*. Nam „in hisce non est praeceptum, ut futuro opus sit in verbo; sed quo interdum spectet consilium orantis ostenditur, cui sane illam, cuius ante mentio fuit, velocitatem magis conducere, quam consideratam nimis diligentiam. Ita modo §. 15. quae sit perpetua naturae ratio definiebatur, *praescribit*, non quid, certo cogitandi modo usurpato, eventurum sit. *Sequimur*, interpretare *sectamur*, *quaerimus*." Spalding. Paullo aliter Wolffius: „sequi iisque indulgere solemus et possumus." Sequor Spaldingium.

valet — damno] Turic. Flor. (hic a pr. m.) Alm. omittunt. In repositis Flor. omittit *ex eo*, quo sane additamento carere Quinctilianus poterat. — Mox pro *scribentium* ed. Colon. (1527.) dat *scribendi*; Voss. 1. 3. *scriptorum*.

dictandi deliciis] „Scilicet iam tum notabilis erat ea mollities, ut circa scribendi artem negligentiores essent homines in aliquo fastigio constituti (vid. I, 1, 28.): quae postea ita invaluit, ut *dictare* iam esset eruditorum hominum opus, quemadmodum antea *scribere*. Itaque *vario dictandi genere* supergressum se alios dicit Sidonius Apoll. 8, 6. et ab initio eiusdem epistolae coniungit *studia certandi, dictandi, lectitandique*. Vid. quae hic Savaro, itemque ad *latissimae dictationis campum* 9, 9. Hinc apud Cassiodorum Var. 8, 13. ex persona Athalarici Regis Ambrosius *dictationibus adhibetur*, et subiicitur, *Omnia bona cumulat lingua diserta*, et, *Quod a nobis praecipitur, gratia dictantis ornatur*. Sermo est de Quaesturae dignitate, cui nihil hodie similius munere Secretariorum intimorum. Hinc nati *de arte dictandi* (h. e. epistolas scribendi) libelli. Quae cum ita sint, non errasse censeo, qui Eginhardi de Carolo M. verba c. 25. ita interpretantur, ut scribendi artis et formandorum stilo, calamo, penna, elementorum imperitum fuisse dixerit: quod nec in mentem venire aliter potest cuiquam ipsa verba intuenti. *Tentabat et scribere*, inquit, *tabulasque et codicillos ad hoc in lectulo suo cervicalibus circumferre solebat, ut, cum vacuum tempus esset, manum effingendis literis adsuefaceret. Sed parum prospere successit labor praeposterus et sero inchoatus*. At credibile est, doctum adeo pũa-

tiam. Nam in stilo quidem quamlibet properato dat 19
aliquam cogitationi moram non consequens celeritatem
eius manus: ille, cui dictamus, urget, atque interim
pudet etiam dubitare aut resistere aut mutare, quasi
conscium infirmitatis nostrae timentes. Quo fit, ut non 20
rudia tantum et fortuita, sed impropria interim, dum
sola est connectendi sermonis cupiditas, effluant: quae
nec scribentium curam nec dicentium impetum conse-

cipem pingere literas nescisse? At non minus incredibile, nisi crederemus Cassiodoro, Quaestorem Principis in scribendis quae formaret Edictis Principalibus manu sua non usum, sed dictasse. At sunt loca auctorum idoneorum, ubi *scripsisse* Carolus dicitur? At potuit hoc per alios. Sed *correxit*, Thegano teste de gestis Ludov. c. 7., *libros sacros*? Ita nimirum, ut ipse oculis uteretur, et quid corrigi deberet, ostenderet. Ex Synodo ad S. Macram profertur, *Carolum adnotasse quaedam in tabulis, quas ad capitium lecti sui cum graphio haberet, et cum consiliariis inde tractasse*, idque *quidam ab illis audisse* dicitur, *qui interfuerunt*. Nempe animadversi sunt pugillares: quid sibi vellent, aliquis pro sua de Carolo opinione interpretatus est. Ostendit doctissimus Fontaninus Vindic. diplom. 2, 3. p. 170. Caroli tempestate vulgo principes viros et episcopos quoque eius artis imperitos fuisse. A quibus ea res initiis profecta sit, satis hic ipse Fabii locus docet, et Plinii utriusque consuetudo. Iunior enim de avunculo suo narrat 3, 5, 15. de se 9, 36, 2. 9, 40, 2. etc." Gesnerus.

§. 19. *celeritatem eius*] sc. cogitationis. Sed pronomen omittunt Turic. Flor. pariter ut seqq. *aut resistere aut mutare*, quibus aegre caremus. *Resistere* est *intersistere* (IX, 4, 33. infr. 7, 10.) Cf. infr. 7, 14. item XI, 3, 121. et XI, 2, 46. „Inde interruptus actionis impetus et *resistens* ac salebrosa oratio." ubi laudant Val. Flacc. VI, 755. „paulisper sacra *resistunt*." et Ovid. Heroid. 4, 8. VV. LL.

interim] Vid. ad §. 7.

§. 20. *impropria*] sunt, quae *significatione deerrant* (I, 5, 46.) nec significant quae volumus. Et sunt in vitio. Vid. Spald. ad VIII, 2, 6. cf. ibid. §. 3. Caeterum illa formula *connectendi sermonis* Gesnero videtur e Graeco συνείρειν tracta, qua de coniunctis sine more modoque verbis in primis utantur. *Effluendi* verbo quam eleganter h. l. usus sit Q., non opus est demonstrare.

consequantur] Cf. 1, 102. 2, 25. Spaldingius: „Est *parem obtinere dignitatem*."

quantur. At idem ille [qui excipit,] si tardior scribendo aut incertior et diligendo velut offensatur, inhibetur cursus atque omnis, quae erat, conceptae mentis intentio mora et interdum iracundia excutitur.

At idem ille etc.] Vulgaris huius loci scriptura fuit haec: *At idem ille, qui excipit, si tardior in scribendo, aut inertior in legendo, velut offensator fuerit, inhibetur cursus* etc. sed quae multum distaret ab antiquissimis codd. Primum enim Turic. Flor. et Almel. omittunt *qui* pronomen, deinde iidem sic exhibent seqq.: *tardior in* (sed hoc ipsum *in* abest a Turic. et Camp.) *scribendo aut incertior et diligendo velut* etc., nisi quod ex Alm. *et* non refertur. Denique pro *offensator* Turic. a pr. m. dat *offensatur*, a sec. m. *offensatus;* Flor. (a pr. m.) *offensatum*: pro *fuerit* autem *fuit* a pr. m. in utroque scriptum est. Quos ego libros ita sequendos putavi, ut Turicensis maxime scripturam praeferrem, neque quidquam omitterem, nisi *fuerit* vel *fuit*, quod a librario vel expediendae structurae caussa post voc. *incertior* positum, in alienum locum, quem nunc obtinet, temere translatum esse vel inde etiam ortum videretur, quod, quum *offensatur* illud in *offensator* vel *offensatus* vel *offensatum* transisset, verbo substantivo opus erat. Iamque aliis magis placebat coniunctivus, indicativus aliis. Quod vero verba *qui excipit* delenda censui, id neque prorsus repugnantibus antiquis libris feci, et probabit hoc, quicumque totum locum diligentius consideraverit. Neque enim assentiri possum doctissimo censori Ien., qui verba *idem ille* ad *impetum dicentium* respicere existimans in hunc modum refingi locum voluit (p. 244.): *At idem ille, excipit tardior aut incertior, velut offensatur, atque omnis* etc. Equidem, ut de reliquis taceam, quidvis potius quam conditionalem particulam hic omitti posse crediderim (cf. Heindorf. ad Horat. Sat. I, 1, 45.): atque *idem ille* non potest alius intelligi, nisi *ille cui dictamus*. Quamobrem magis probarem, si sic scribendum dixisset vir clarissimus: *At idem ille si tardior scribendo aut incertior est diligendo, velut offensatur cursus, atque omnis* etc. At nihil tamen obstare video, quominus notarius, si sit incertior, quibus compendiis *πτερόεντα* dictantis verba excipiat, *diligendo velut offensari* dicatur.

conceptae mentis intentio] Tandem mihi persuasum est a censore Ien., ut hanc lectionem restituerem. *Concepta mens* active dicitur, *quae concepit*. Liv. Hist. IV, 24. „cum quibus spem integram *communicati* non *sint*." Vid. Perizon. ad Sanct. Minerv.

Tum illa, quae apertiorem motum animi sequuntur 21
quaeque ipsa animum quodammodo concitant, quorum est iactare manum, torquere vultum, sinum et latus interim obiurgare, quaeque Persius notat, cum leviter dicendi genus significat:

p. 195. b. ed. V. Munck. ad Lactant. Placid. X. p. 860. ed. Staver. et interpp. ad Flor. II, 17, 18. (Duk.) quibus tamen add. Ramshorn. Gr. Lat. §. 163. 2. b) p. 385. Sed magis equidem, ut fatear quod sentio, probarem, quod cum aliis interpretibus scripsit Spald. *concepta mentis intentio*, [i. e. *concepta cogitatio, in quam animus intendit* (cf. §. 23.), explicante Wolffio] modo unus e codd. addiceret, qui hic quidem miro modo in genitivo isto consentiunt.

intentio excutitur] Cf. Longin. de sublim. XIV, 3. ἀνάγκη καὶ τὰ συλλαμβανόμενα ὑπὸ τῆς τούτου ψυχῆς, ἀτελῆ καὶ τυφλὰ, ὥςπερ ἀμβλοῦσθαι. Aristoph. nub. 138. καὶ φροντίδ' ἐξήμβλωκας ἐξευρημένην.

§. 21. *apertiorem*] Spald. cum libris quibusdam *altiorem;* sed Turic. Flor. Camp. Bern. Colon. (1527.) *aptiorem*. Volebant profecto *apertiorem*, quod ipsum aliquot edd. praebent. Certe facilis haec erat confusio, et supra 1, 63. pro *aptior* in Turic. scriptum *apertior*. *Apertus animi motus* est *affectus, qui se aperit* s. *prodit*. Similiter Cic. ad Att. VIII, 3. „Invite cepi Capuam — in qua nullus esset ordinum, nullus *apertus* privatorum *dolor;* bonorum autem esset, aliquis, sed *hebes*, ut solet.“ „Cum affectum movere volumus, necesse est, ut ipsi moveamur: quod assequimur quibusdam adiumentis, ut *manuum iactatione* et *pedum supplosione*. Quod cum dictando facere non ausimus, necesse est, ut oratio iaceat.“ Turneb. Cf. Billerbeck. ad h. l. p. 586. (Henk. translat.) „Quae hic nisi solum decere negat, eorum similia qui uno modo praesente faciat, furiosum paene iudicat I, 2, 31.; utrumque tamen recte et congruenter.“ Spald.

sinum et latus] Haec equidem iuxta cum cens. Ien. putavi latere in cod. Turic. scriptura *sinti elatus*; pro quibus vulgo legebatur *simul vertere latus et*. Sed unde sit illud *vertere*, incertum est. Latus *obiurgare* est *castigare*, *ferire*. Cf. Graev. ad Flor. I, 1, 8. et interpp. ad Petron. 34. add. Brem. ad Suet. Calig. c. 20. Praeterea confert Spald. II, 12, 10. XI, 3, 123.

Persius — cum leviter dicendi genus] Sat. I, 106. Cf. Horat. Sat. I, 10, 71. „Cave autem, inquit Spald., cum Gesnero praeferas *leniter*. Est genus dicendi negligentia corruptum, in quo summa est *levitas*, rerum pondere carens, nulla *lenitas*. Cf. §. 17. „„in rebus — *levitas*.““

Nec pluteum, inquit, *caedit nec demorsos sapit ungues*:

etiam ridicula sunt, nisi cum soli sumus.

22 IV. Denique, ut semel, quod est potentissimum, dicam, secretum in dictando perit. Atque liberum arbitris locum et quam altissimum silentium scribentibus maxime convenire nemo dubitaverit. Non tamen protinus audiendi, qui credunt, aptissima in hoc nemora silvasque; quod illa coeli libertas, locorum amoenitas, sublimem animum et beatiorem spiritum parent.

§. 22. *ut semel — dicam*] Cf. supr. 1, 17. Pro *potentissimum* Turic. Flor. Alm. Camp. Iens. al. dant *potissimum*: de qua confusione verborum vid. Cort. ad Sall. Iug. 94, 2. Titz. ad Plin. Epist. 4, 4.

Atque] Spald. ex coniectura dedit *Atqui*. (Vid. supr. ad 2, 20.) Libri omnes *atque*, multi tamen post maximam distinctionem. Ac facile quidem confundi poterant hae particulae (vid. Gernhard. ad Cic. Lael. 19, 68.); sed sunt etiam, quibus *atque* pro *atqui* ab scriptoribus optimis nonnumquam positum videatur. Vid. Cort. ad Sallust. Iug. 4, 3. Ruhnk. ad Terent. Andr. I, 4, 20. Meineri libr. de particulis lat. ling. p. 11. Quibus equidem sic assentior, uti fecerunt Heindorfius ad Horat. Sat. I, 10, 31. et Ochsnerus ad Cic. Eclog. p. 109. sq., quibus add. Mueller. ad Cic. I. de orat. 3, 11. Beier. ad Cic. I. de off. 40, 144. et Gernhard. ad Cic. Lael. 9, 30. p. 72. b. cf. Lindemann. ad Plaut. Trin. III, 3, 18.

aptissima — nemora silvasque] „Locum, in ipsa harum delicliarum reprehensione, mirifice comtum nitidumque, vix legas sine recordatione eorum, quae Plinius, nostri discipulus, in diversam sententiam Epist. I, 6. IX, 36, 6.; sed et alterius, quem ego Tacitum esse adhuc teneo [*Plinium* iuniorem esse, equidem alio tempore et loco me probaturum spero,] qui in Dial. de Oratt. c. 9. extr. et 12. suavissimam habet studendi in agris commendationem. Eo respexit, ut monitum est, Plinius ipse IX, 10, 2. Vt illic *nemora et luci*, ita et hic uno variato vocabulo. *Beatiorem* autem *spiritum*, pro quo *laetiorem* reponere ausus est Obrechtus, rectissime defendit Burmannus, allegans locum nostri X, 1, 109. Nec aliud *dives vena* Horatii [Art. Poet. vs. 409.]" Spald.

locorum] Sic Spald. cum Turic. Flor. Bene. Reliqui *locorumque*. Pro seq. *parent* Goth. male *parant*. Schellius ad Dial. de Oratt. c. 12. coniecit *pariant*.

Mihi certe, ut Demostheni, iucundus hic magis quam studiorum hortator videtur esse secessus. Namque illa, quae ipsa delectant, necesse est avocent ab intentione operis destinati. Neque enim se bona fide in multa simul intendere animus totum potest: et, quocunque respexit, desinit intueri, quod propositum erat. Quare silvarum amoenitas et praeterlabentia flumina et inspirantes ramis arborum aurae volucrumque cantus et ipsa late circumspiciendi libertas ad se trahunt: ut mihi remittere potius voluptas ista videatur cogitationem quam intendere. Demosthenes me- 23 24 25

Sed bene Burmannus laudat Ovid. Art. I, 237. „Vina *parant* animos.“ Remed. 805. „Vina *parant* animum veneri.“

§. 23. *certe iucundus*] „Flor. inserit *vim demoni*, Alm. *videmoni*. (cf. §. 16.) Bene mecum agitur, quod nihil eiusmodi habet Turic. meus. Sed vel nunc aegerrimo animo bonam copiam hic eiuro.“ Spald. *Demosthenis* etiam deinceps (§. 25. 30.) mentio fit.

quae ipsa] „Sic Turic. Flor. Guelf. Omittit *ipsa* Camp. Reliqui *ipsa, quae*. Blanditur sane alter ordo, sed noster cum difficilior videatur, desercre eum non sum ausus. Interpretor: *haec cum per se, nullis litterarum lenociniis, voluptatem faciant*. Vulgata ieiunior.“ Spald. Quamobrem h. l. pronomen accedere ad eam rationem videbitur, de qua dixi in Indic. ad Xenoph. Hier. voc. αὐτός p. 85. IV. Nos: *was selbst schon (allein schon) ergötzt.*

avocent] „Vomanus in Anthol. Burm. III, 51. *Oblectat hortus, avocat, pascit, tenet.* Quam scripturam ibi Burmannus e codd. reposuit et nostro quoque loco firmavit; nam *advocat* illic etiam [ut hic *advocent* in quibusdam libris] vulgatum erat.“ Spald. Cf. Plin. Epist. IX, 36, 2.

bona fide] „i. e. plane, prorsus. (*da vero* Forcell. ex nostro loco.) Cf. Declam. Qu. 12, 1. ibique Burm. item Senec. patr. Controv. l. 5. praef. Duk. ad Flor. 2, 1. Gesn. Thes. v. *Bonus* p. 625. Interdum respondet Graece ἀτεχνῶς, non quidem hic, sed illo declamm. loco. Minus recte hic Badius interpretatur *sedulo et diligenter*.“ Spald. Wolffius: *ut non fallat, sed officiis suis probe sufficiat.* Cf. Scheller. in Lex. — De partice. *neque — et* cf. ad 1, 2.

respexit] Sic Turic. Guelf. Camp. Goth. al. Ante Spald. erat *respexerit*. Minus recte.

§. 25. *Demosthenes melius, qui se — recondebat*] „Cf. XI, 3, 54. Plutarch. in Vit. Demosth. c. 7. ἐκ τούτου καταγειον μὲν οἰκοδομῆσαι μελετητήριον, ὃ δὴ δια-

lius, qui se in locum, ex quo nulla exaudiri vox et ex quo nihil prospici posset, recondebat, ne aliud agere mentem cogerent oculi. Ideoque lucubrantes silentium noctis et clausum cubiculum et lumen unum vel-
26 ut tectos maxime teneat. Sed cum in omni studiorum

σώζετο καὶ καθ' ἡμᾶς. Enarrantur ibidem et reliquae viri exercitationes, de quibus conferendus etiam Libanius in vita Demosth. (p. 4. ed. Demosth. Reisk.)" Spald. „Erat cella subterranea, in qua saepenumero duos tresve menses continuos degebat, rasa altera tantum capitis parte, ne lubido eum incesseret prodeundi in publicum." Gierig. — Caeterum ad v. *melius* intell. *statuit* vel *fecit:* qua ellipsi nihil frequentius est. Vid. Beier. ad Cic. Off. III, 11. extr. Ramsh. Gr. Lat. §. 205, 3. b. p. 685.

Ideoque] Camp. *ideo.* Placet Spaldingio. At longe praestantior est recepta, qua, quae nunc dicuntur, arctius copulantur cum superioribus. — De seqq. confert Gesnerus Plin. Ep. IX, 36, 1. sq.

lumen unum] i. e. lucerna una, qua significatione non raro dicitur. Cic. de Divinat. I, 36. „noctu, *lumine apposito*, experrecta nutrix animadvertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu."

velut tectos] Difficilis locus, de quo Spald. haec scripsit: „Turic. Flor. *et velud rectos* (in illo inter *et* et *velut* suprascriptum *vel*): Guelf. Camp. *v. rectos* cum Alm. Voss. 1. 2. Goth. Bern. et edd. ante Leid. acc. Gibs. [Colon. 1527.] Interpretatur Badius: *velut recta in rem unam intentos, in eam videlicet quam proposuerint.* Tentat Burm. *vel etiam lectus*, multos testatus qui de Romanis in lecto studentibus prodiderint. Huic respondent Capper. ac Gesnerus, modestius hic et eruditius. Apparet, quam exigua sit, qua hi nituntur, receptae auctoritas. Mihi iuxta ac Burmanno „„nec *tectos* nec *rectos* satis placet."" Quare enim *velut tectos?* Num in *cubiculo clauso* non sunt *tecti?* Inprimis autem attendendum censeo *et* illud praemissum in vetustissimis. Latet aliquid, ni fallor, in isto *rectos*, quem nominativum suspicor Graecae alicuius vocis. Ad Plinium quoque IX, 36, 2. vulgatam nostram tuetur Gesnerus." Non multum lucrabere, si legas *velut erectos.* Quid enim *velut?* Itaque magis probarem, si quis discerpto illo *velud*, quod est in vetustissimis codd., *vel adrectos* proponeret. Sed mihi longe aliud in mentem venit. Quippe sic scripsisse Fabium suspicor: *et velut erctos* (i. e. septum, unde thesauros expromere liceat) *maxime teneat.* Ac videtur *erctos* idem esse quod *erctum* s. *herctum*, de quo vid. Ernest. Clav. Cic. v. *Herciscere*

genere, tum in hoc praecipue bona valetudo quaeque eam maxime praestat, frugalitas necessaria est: cum tempora ab ipsa rerum natura ad quietem refectionemque nobis data, in acerrimum laborem convertimus. Cui tamen non plus irrogandum est, quam quod somno supererit, haud deerit. Obstat enim diligentiae 27

et Mueller. ad Cic. I. de orat. 56, 237. Fuit quum verba sic transponenda putarem: *et claus. cubic. velut erctos et lumen unum maxime teneat.* Sed ea ratione nunc non opus videtur. Caeterum *teneat* h. l. delectationis significationem habet.

§. 26. *in hoc praecipue*] „quo lucubratur. Patet autem, hic *genus* non tam de specie, quam de modo, ratione dici.“ Wolff.

frugalitas] „Cave ad nostram hodie rationem circumscribas vocis potestatem, et de sola cibi et potus temperantia intelligas. Cf. I, 6, 17. XI, 3, 19. (ubi noli ad *facilem ciborum digestionem* astringere vocabulum) XII, 1, 8. Sunt *boni mores*, [*bona et salutaris vivendi ratio.*]“ Spald.

cum — convertimus] Displicebat Spaldingio et indicativi structura et cumulatum *cum*. Quare malebat reponi *quo*, ut referretur ad studiorum genus. Ego vero nihil esse puto, cur in hoc indicativo haereas. Vid. Ramsh. Gr. Lat. §. 194, 1. Not. 2. p. 611. seq. De iteratione voc. vid. ad 2, 12.

quam quod somno — deerit] „Ad *cui* intellige *labori*; ne forte neutrum accipias, de toto negotio in genere pronunciatum. Quod *superest* somno, illud intelligitur tempus, quod nimium a plerisque somno concedi solet; *deest* autem, quidquid corpori reficiendo parum est.“ Spald. *Irrogare* h. l. est *assignare, tribuere, impendere.*

haud deerit] „Turic. Guelf. Camp. *aut deerit* cum Goth. Voss. 1. 2. et edd. ante Gryph. [etiam Colon. a. 1527.] exc. Badio, qui nostrum, quod repositum inveniebat in Vall. Nulla hic varietas notatur, neque in Flor. neque Alm., ut hos duumviros (cf. §. 25.) sponsores habere videamur optimae emendationis. Fuit cum alteram scripturam sic interpretarer: tempus quod aut nimium impenditur somno, aut natura ipsa eidem subtrahitur, cum insomnes sumus casu aut valetudine (cf. 10, 6, 1. *intermissus somnus.*) Sed hoc parum conveniret sequentibus. Nec perspicua oratio, si hoc voluit. Nimium ausus Regius, recidens ille nostra; quem solum expressit Aldus.“ Spald. In alia omnia discessit Gensleras (p. 59.) quem credo rectius de h. l. sensurum fuisse, si haec sibi verba proposuisset in hunc modum posita: ***non pl. irrog. est, quam quod haud deerit somno, sed supererit.***

scribendi etiam fatigatio: et abunde, si vacet, lucis spatia sufficiunt: occupatos in noctem necessitas agit. Est tamen lucubratio, quoties ad eam integri ac refecti venimus, optimum secreti genus.

28 Sed silentium et secessus et undique liber animus, ut sunt maxime optanda, ita non semper possunt contingere: ideoque non statim, si quid obstrepet, abiiciendi codices erunt et deplorandus dies; verum incommodis repugnandum et hic faciendus usus, ut omnia, quae impedient, vincat intentio: quam si tota mente in opus ipsum direxeris, nihil eorum, quae oculis vel auribus incursant, ad animum perveniet.

29 An vero frequenter etiam fortuita hoc cogitatio praestat, ut obvios non videamus et itinere deerremus: non consequemur idem, si et voluerimus? Non est indulgendum causis desidiae. Nam si non nisi refecti,

§. 27. *si vacet — occupatos*] „Attende opposita, grate variata structura.“ Spald. — *Lucis spatia* sunt *diei tempus.*

§. 28. *ita non*] Turic. Flor. Camp. *non ita.* Male. Colon. (1527.) *ita non possunt semper.* Non male. — Paullo post *impedient* Spald. cum Turic. Flor. Camp. al. pro vulg. *impediunt*, pro quo Voss. 1, et Alm. *impediant.*

codices] sunt *codicilli*, *pugillares* (cf. §. 32.): quae sunt apud Plin. (Epist. IX, 36, 6. et I, 6.) instrumenta laboris extemporalis.

faciendus usus] „Simili modo hic *facere* dicitur, ut in *viribus faciendis* §. 3. *facienda forma* 10, 6, 3.“ Spald.

incursant] i. e. occurrunt, obiiciuntur. De re contulisse iuvabit suavem Niclasii narrationem de Gesnero p. (ed. nostr.) 99.

§. 29. *An vero — non consequemur*] Confert Spald. VI, 2, 30, item Cic. pro Rabir. c. 5. „An vero servos nostros horum suppliciorum omnium metu dominorum benignitas una vindicta liberabit: nos a verberibus, ab unco, a crucis denique terrore, neque res gestae, neque acta aetas, neque nostri honores vindicabunt?“ Add. Qu. V, 12, 21. XI, 2, 38. XII, 1, 21. II, 5, 16. ubi bene Spaldingius: „Sunt coniunctae istae quaestiones: *Hoc cine fiet, non autem illud?* ubi posterius altero etiam est verisimilius.“ Nec discrepat Wolffius. Namque „*An* vel *an vero*, inquit, saepe apud Fabium duas enunciationes interrogativas ita *iungit*, ut ex re confessa, quae priori proponitur, in posteriori fiat conclusio ad dubiam.“ Cf. supra 2, 5. adn.

non nisi hilares, non nisi omnibus aliis curis vacantes, studendum existimaverimus, semper erit, propter quod nobis ignoscamus. Quare in turba, itinere, conviviis etiam faciat sibi cogitatio ipsa secretum. Quid alioqui fiet, cum in medio foro, tot circumstantibus iudiciis, iurgiis, fortuitis etiam clamoribus, erit subito continua oratione dicendum, si particulas, quas ceris mandamus, nisi in solitudine reperire non possumus? Propter quae idem ille tantus amator secreti Demosthenes, in litore, in quod se maximo cum sono

non nisi — vacantes] Confert Almevolen. Phaedr. lib. III. prolog. et Qu. XII, 1, 5.

nobis ignoscamus] i. e. parcamus, indulgeamus. Cf. Horat. Sat. I, 3, 23. Vell. Pat. II, 30. quamquam illic alia sententia. Vid. Ruhnk.

§. 30. *Quare in turba* etc.] „Quemadmodum Plinius maior in *balneis, conviviis, lectica*, semper aut scribebat aut legebat. Tempus enim perire arbitrabatur, quod studiis non impenderetur. Sic Cato Vticensis in curia, dum Senatus cogeretur, legebat.“ Turnebus. Cf. Plin. Epist. III, 5. et Cic. Fin. III, 2.

conviviis etiam] Iens. Colon. (1527.) *conviviis, vel concione etiam*, et sic aliae quoque edd., sed invitis mss. codd. omnibus. Et rectissime Badius: „Hoc, inquit, ab aliquo imperito e margine in contextum intrusum opinor. Nam si *in concione* auctor posuisset, inepte intulisset: *Quid alioqui fiet, cum in medio foro* etc. cum in concione longe plus strepitus sit quam in foro: in foro enim ad iudices modo fit oratio, in concione ad universum populum.“

tot circumstantibus iudiciis] In una enim basilica quattuor simul iudicia, quattuor tribunalia; vid. XII, 5, 6. et Spald. ad V, 2, 1. De voc. *circumstantibus* vid. Schulz. ad Dial. de Oratt. c. 8. cf. Cic. Phil. X, 10.

continua oratione — particulas] „Lucubrando enim, inquit Spald., et meditando nonnisi *particulae* orationum et disiecti sensus effinguntur.“

quae idem] Turic. *quidem*, a sec. m. *quod quidem*, et sic Camp. Praestat recepta.

Demosthenes, in litore] Διὰ δὲ τοῦτο (τὸ εὐκατάπληκτον εἶναι) φασὶν αὐτὸν ἄνεμον ῥαγδαῖον ἐγειρούντα καὶ κινουμένην σφοδρῶς τὴν θάλατταν, παρὰ τοὺς αἰγιαλοὺς βαδίζοντα, λέγειν καὶ τῷ τῆς θαλάττης ἤχῳ συνεθίζεσθαι φέρειν τὰς τοῦ δήμου καταβοάς. Sic Libanius in vita Dem. „Noli ex me quaerere, qui in Phalericum etiam descenderim: quo in loco ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem, ut fremitum adsuesceret voce vincere.“ Cic. Fin. B. et M. V, 2.

in quod] Turic. Flor. Guelf.

fluctus illideret, meditans, consuescebat concionum fremitus non expavescere.

31 V. Illa quoque minora (sed nihil in studiis parum est) non sunt transeunda: scribi optime ceris, in quibus facillima est ratio delendi: nisi forte visus infirmior membranarum potius usum exiget: quae ut iuvant aciem, ita crebra relatione, quoad intinguntur

Camp. Colon. (1527.) al. *in quo*. Suspicor fuisse *quo* (adverb.) sine praepositione. Cf. supra ad 1, 106. ubi itidem pronomini cedere adverbium iussere librarii: et sic vitatur etiam insuavis iteratio. Cf. §. 31. adnot. Spald. — Mox omisso *se* pronomine quidam libri dederunt *illiderentur*, alii *illideretur*.

§. 31. *parum*] Sic Turic. Flor. Camp. Alm. et marg. ed. Colon. (1527.) Reliqui *parvum*: quod Spald. tueri sic studuit: „Hic quidem, inquit, maximae auctoritatis libros sequendos esse non putavi. Neque enim probatus vocis *parum* significatus, de quo vide X, 1, 130. III, 1, 5. I, 1, 18., nostro loco congruit, et plerumque in similibus ei, quae hic promitur, sententiis *parvi* nomine utitur auctor, velut I, 1, 18. 21. I, 5, 7. I, 6, 20. I, 7, 33. Comparatur quoque *parvum*, non *parum*, recte *minoribus*. Quanquam dicat aliquis, *parvum* sane esse in studiis, nihil autem quod *nimis parvum* sit i. e. *parum*. Sed hoc proprie reddes *quod non est satis*, neque id huc facere quisquam putabit. Cf. XII, 2, 4.“ Ego vero vetustissimorum lectionem librorum non dubitavi restituere. Quemadmodum enim *nihil esse* apud Latinos dicuntur, qui nihil valent, nullius momenti sunt, sic h. l. *parum esse* interpretor in hunc modum: *Nihil est in studiis, in quo non satis momenti, non satis gravitatis et pretii sit.* Omnia igitur in studiis, etiam minora, satis digna sunt quae observes et cures.

scribi — ceris] „Necessarium videtur, quod in solo Flor. a sec. m. invectum video, ut praemittatur praepositio: *in ceris*. Nisi forte vitavit insuavem iterationem *in ceris, in quibus*, facili ad subaudiendum particulae adiectione.“ Spald. Praepositionem necessariam esse, vix equidem adducor ut credam. Cf. XII, 2, 32. „Illud neminem non iuvabit, iisdem, quibus scripserit, ceris ediscere.“

facillima — ratio delendi] „Verso stilo, et qua latior est inducto verbis quae improbantur. Vid. X, 4, 1.“ Gesner. Cf. Heindorf. ad Horat. Satir. I, 10, 72.

exiget] Turic. (a sec. m.) Camp. *exigat*. Cf. §. 28.

crebra — calami — morantur] „Turic. Flor. *crebro relationi*

ıi, morantur manum et cogitationis impetum
unt. Relinquendae autem in utrolibet genere 32
a erunt vacuae tabellae, in quibus libera adiicienti
cursio. Nam interim pigritiam emendandi an-
.e faciunt; aut certe novorum interpositionem
ı confundant. Ne latas quidem ultra modum

(Flor. a sec. m. *quoad*) :r (Turic. a sec. m. *iun-* Flor. *intinguntur*) *cala-etitione mor.* cum Alm., od *quoad* solum refertur, ıos Philander memorat, : quibus tamen *relationis intinguntur.* [Et sic Colon. (1527.) *crebro re-* (sed huic verbo apposi- rıscus, corrupti index,) *intinguntur calami, re-ıe, mor.*] — Burmannus, ıe vocabuli *repetitione* ratus, haec coniectat: *quoad tinguitur, cala-titione.* Significatus, qua- *relationis* plane physi- ita loqui licet, ferendus non videtur, medelam oco non reperio." Haec ius. Mihi vero aliquando endum videbatur: *crebro quo tinguitur, calami ne* etc. i. e. crebro relati tinguitur, cal. Sed hoc quum deinceps parum . Hermannum consului, t, promptus ut est in- ariter atque humanitate, cripsit: „De loco Quin- de quo quid sentiam ere cupis, mihi sic vi- vix satis fuisse calami ıdi repetitionem comme- , nisi etiam quo pacto „illa manum moraretur esset in- „dicatum. Facit id autem eo, „quod relinquenda est scriptura, „dum calamus intingitur. Itaque „vestigiis quae sunt in bonis „codd. ita insistendum coniicio, „ut scribatur: *ita crebra relic- „tionis, quoad intinguntur ca- „lami, repetitione morantur ma- „num.* Tu vide, vir amicissime, „an hoc tibi satisfaciat." Mihi vero quidni satisfaciat?

§. 32. *in utrolibet genere*] Sive in ceris scribitur sive in membranis.

contra] „i. e. e regione [cf. Ovid. Met. IV, 80. VII, 587] eorum, quae scripta sunt. In una tantum pagina scribi iubet, ut altera sit vacua. Hinc et *adversaria* appellari constat. Apud nos eandem ob causam latiores relinquuntur margines." Wolff. cum Regio.

interpositionem] Sic Spald. cum Turic. (a pr. m.) et Alm. Reliqui *interpositione.* Idem mox *confundant* cum optimis libris pro vulg. *confundunt.* Coniunctivus indicat, quod fieri possit. Cf. supr. ad 1, 100. et 86. *Confusus* stilus est I, 1, 18.

latas — ceras] „Eodem iure poterat monere, ne literae nimis magnae scribentem morentur, ne tenuiores iusto obtundant aciem,

esse ceras velim, expertus iuvenem studiosum alioqui praelongos habuisse sermones, quia illos numero versuum metiebatur, idque vitium, quod frequenti admonitione corrigi non potuerat, mutatis codicibus esse
33 sublatum. Debet vacare etiam locus, in quo notentur, quae scribentibus solent extra ordinem, id est ex aliis, quam qui sunt in manibus loci, occurrere. Irrumpent enim optimi nonnunquam sensus, quos neque inserere oportet neque differre tutum est, quia interim elabuntur, interim memoriae sui intentos ab alia inventione declinant: ideoque optime sunt in deposito.

aut longas nimis orationes eadem ratione qua latiores cerae efficiant." Gesner.

alioqui] refer ad *studiosum*. De *versibus* vid. adn. ad 1, 38.

§. 33. *occurrere*] Vid. ad 1, 7. Quod statim sequitur *irrumpent*, id bene factum quod ex Turic. Flor. recepit Spalding. Vulgo erat *irrumpunt*. Caeterum sane quam elegans hic est usus verbi *irrumpendi*, cui plane similem non habeo.

memoriae sui] Sic est in plerisque libris. Pauci, in quibus tamen Turic. Flor. Camp. Colon. (1527.), dant *memoriae suae*, quod ipsum quidem minus videtur probasse Spaldingius, alteram scripturam recte dicens eruditissimam: et nescio an *memoriae sui* Wolffio scribendum fuerit, qui alteram rationem sequutus hanc addidit explicationem: *dum student accuratius memoriae mandare, a cetera (alia) inventione, quae restat, avocantur.*

CAPVT IV.

DE EMENDATIONE.

Emendationem fieri adiiciendo; detrahendo; mutando; mutationem multo difficilioris esse operae. Optimum esse emendandi genus, si scripta in aliquod tempus reponas. Emendationi tamen finem esse debere et temporis modum habendum:

Sequitur *emendatio*, pars studiorum longe utilissima. 1
Neque enim sine causa creditum est, stilum non minus agere, cum delet. Huius autem operis est *adiicere*, *detrahere*, *mutare*.

Sed facilius in iis simpliciusque iudicium, quae replenda vel deiicienda sunt: premere vero tumentia,

§. 1. *stilum non minus agere; cum delet*] „*Cum luxuriem illam, quae in summa ubertate inest, depascitur.* (Cic. de Or. 2, 23.) Fateor autem, pro illo quod modo est *creditum* malle me *traditum*. Cf. I, 10, 17. [ubi de confusione horum verborum agitur.] Quanquam utraque scriptura aliquod dictum vel praeceptum a veteribus memoriae proditum desiderat; quod equidem demonstrare non possum.“ Spald. Neutrum opus videtur. — Caeterum de ratione *delendi* cf. supra ad 3, 31. Paullo post pro *iis*, quod est in Turic. Goth. Iens. et aliis quibusdam edd., ante Spald. legebatur *his*. Cf. ad 1, 25.

replenda — deiicienda] „Exquisitius variata verba pro *adiiciendo* et *detrahendo*. Illius commoda in Lexicis afferuntur exempla Digest. XLII, 1, 4. *lege repletur quod sententiae deest*. et Ovid. Her. 10, 37. *quod voci deerat plangore replebam*. Huius, rarioris item significatus, mentionem habet Ernestus in Clave Cic.“ Spalding.

premere — coercere] „Est paullo difficilius, inquit Wolfius, singula haec ita finibus suis circumscribere, ut nullo alterius fines turbentur. Hoc tenendum, de sola *elocutione* hic sermonem esse, ut de dispositione inordinata intelligi nequeant, sed de ordine, qui est in compositione; de quo docet Qu. IX, 4, 23—32. Secundum hunc, quae natura priora sunt, priori loco poni, verbum fortius infirmiori subiungi, orationem semper insurgere oportet.“ Bene autem Qu. in his circumscripsit *emendationem* scriptorum. Sic enim studiosus varias eius partes cognoscit.

premere — tumentia] „Quon-

humilia extollere, luxuriantia astringere, inordinata digerere, soluta componere, exultantia coercere, du-
2 plicis operae. Nam et dampanda sunt, quae placuerunt, et invenienda, quae fugerant. Nec dubium est, optimum esse emendandi genus, si scripta in aliquod tempus reponuntur, ut ad ea post intervallum, velut nova atque aliena, redeamus, ne nobis scripta nostra, tanquam recentes fetus, blandiantur.
3 Sed neque hoc contingere semper potest, praesertim oratori, cui saepius scribere ad praesentes usus necesse est: et emendatio finem habeat. Sunt enim

iam *premendo* auferuntur quae physice *tument*, propterea etiam *premere* orationem *tumentem* dixit pro: plus simplicitatis ei dare." Gierig.

astringere] Solus Obrecht. *stringere*, quod est brevitatis (cf. IV, 2, 128.), ut ait Spald. quem vid. ad II, 2, 4.

digerere] Non est quod cum Guelf. Goth. al. scribas *dirigere*. Vid. XI, 1, 6. et Drakenborch. ad Liv. VIII, 22, 5.

soluta componere] cum Wolffio refer ad ipsos numeros. *Exultantia* etiam alibi de audaciore numero dicuntur. Cf. IX, 4, 108. et supra ad 2, 16. „Neque numerosa esse, ut poema, neque extra numerum, ut sermo vulgi, esse debet oratio. Alterum *nimis* est *vinctum*, ut de industria factum appareat: alterum nimis *dissolutum*, ut pervagatum ac vulgare videatur; ut ab altero non delectere, alterum oderis. Sit igitur permista et implicata numeris, nec tota numerosa." Cic. Orat. c. 57.

§. 2. *placuerunt*] Sic non dubitavi scribere cum Turic. Camp. Tarv. idemque recipiendum videbatur Spaldingio et Wolffio. Iidem tamen quod ad hunc modum *fugerunt* etiam refingendum censuerunt, in eo me quidem adsentientem non habent.

reponuntur] Sic Spald. cum Turic. Flor. Camp. Bene. Reliqui *reponantur*, quod nollem probasset Genslerus.

tanquam recentes fetus] Qu. epist. ad Tryph. §. 2. „Vsus deinde Horatii consilio, qui in arte poetica suadet [v. 388.], ne praecipitetur editio, *nonumque prematur in annum*, dabam iis [libris de inst. orat.] otium, ut refrigerato inventionis amore, diligentius repetitos tanquam lector perpenderem."

§. 3. *neque — et*] Vid. 3, 23.

et emendatio] Sic Spald. cum Turic. Flor. (sec. m.) pro vulgari *et ipsa emend.* Idem bene *habeat* cum Camp., cui adstipulatur Turic. *habent* praebens, facili errore. (Sic X, 1, 104.

qui ad omnia scripta, tanquam vitiosa, redeant, et, quasi nihil fas sit rectum esse, quod primum est, melius existiment, quidquid est aliud, idque faciant, quoties librum in manus resumserunt, similes medicis etiam integra secantibus. Accidit itaque, ut cicatricosa sint et exsanguia et cura peiora. Sit ergo ali- 4
quando, quod placeat, aut certe quod sufficiat: ut opus poliat lima, non exterat. Temporis quoque

quum Turic. det *Habent amatores* pro *habet*, Sarpio *habeat* scribendum videtur.) Reliqui *habet*. Sed in coniunctivo inest praeceptum, ut mox dicitur: *Sit ergo aliquando*, quod placeat.

omnia scripta] „Hic non *scripta*, sed *omnia* pro substantivo accipi debet.“ Wolff.

melius existiment] Remittit Gesnerus ad X, 1, 115.

resumserunt] Indicativum hunc ex Turic. Flor. Iens. et aliquot edd., in quibus est etiam Colon. (1527.), bene restituit Spald. Vulgo erat *resumserint*, cui quantum praestet h. l. alter modus, demonstrare non adtinet, quum vel praecedentia clament.

cicatricosa — exsanguia] De his vide eleganter disputantem Ernestium in Lex. Technol. Lat. Rhet. p. 55. Caeterum Spald. scripserat *exanguia*; sed conf. Buttm. ad XII, 10, 15. pr.

cura peiora] Laudat Passerat. hunc locum Plinii (N. H. XXXV, 10. p. 695. Harduin.): „Dixit enim [Apelles] omnia sibi cum illo [Protogene] paria esse, aut illi meliora; sed uno se praestare, quod manum ille de tabula non sciret tollere; memorabili praecepto: *Nocere saepe nimiam diligentiam.*“ Sueton. de Tiberio c. 70. „Sed affectatione et morositate nimia obscurabat stilum: *ut aliquanto ex tempore, quam a cura, praestantior haberetur.*“

§. 4. *ergo*] Spald. cum Turic. Flor. Iens. all. edd. Vulgo *igitur*, quod in fine argumentationis minus aptum erat. Cf. de his particulis, pariter ut de praeced. *itaque*, Ramshorn. Gr. Lat. §. 187. II. 1) p. 566.

poliat — non exterat] Plin. Epist. V, 11, 3. Tranquillum suum ad edenda sua scripta hortatur his verbis: „Perfectum opus absolutumque est; *nec iam splendescit lima, sed atteritur.*“ Id. ad Appium (IX, 35, 2.): „Diligentiam tuam in retractandis operibus valde probo. Est tamen aliquis modus, primum, quod nimia cura *deterit* magis quam *emendat*; deinde, quod nos a recentioribus revocat, simulque nec absolvit priora; et inchoare posteriora non patitur.“

esse debet modus. Nam quod Cinnae Zmyrnam novem annis accepimus scriptam, et Panegyricum Isocratis, qui parcissimum, decem annis dicunt elabora-

Cinnae Zmyrnam] „C. Helvius Cinna historiam Zmyrnae vel Myrrhae (conf. IX, 2, 64.) brevi sed obscurissimo carmine exposuit, cui velut defosso thesauro novem annis incubuisse dicitur. Notum est epigramma Catulli (96.): *Zmyrna mei Cinnae nonam post denique messem, Quam coepta est, nonamque edita post hiemem,* cet. vide Burm. ad Anthol. II. Ep. 250. et F. A. Wolfium ad Sueton. Gramm. c. 18. [Baumgarten-Crusium in Indic. I. Suet. nom. *Helv. Cinn.* p. 21.] Inde Horatii illud ad Pis. 388. Affert huc Gesnerus, non intempestive quidem, iocum in carmen de virgine Aurelianensi coniectum non, ut ille putat, a Menagio, sed a Mommorio, supplicum libellorum magistro: *Illa Capellani dudum expectata puella Longo post tandem tempore prodit anus.* Cinnae Zmyrnam a Gedoyno fabulam scenicam acceptam recte notat Capper.“ Spalding. Nomen ipsum modo *Smyrna* scribitur modo *Zmyrna.* Posteriorem rationem sequutus est Spald. quem vid. ad IX, 2, 64. et quos hic laudat VV. DD. ad Tac. Ann. IV, 56. Adde Maium ad Cic. de Rep. I, 8. Creuzer. in Annal. Heidelberg. 1823. I. p. 53. Sed cum his utique conferendus est Huschkius ad Tibull. I, 1, 51.

qui parcissimum] Nam alii quindecim annos assignant, auctore Pseudo-Plutarcho in vita Isocratis: *Τὸν δὲ παηγυρικὸν ἔτεσι δέκα συνέθηκεν, οἱ δὲ δεκαπέντε λέγουσιν, ὃν μετενηνοχέναι ἐκ τοῦ Γοργίου τοῦ Λεοντίνου καὶ Ἀνσίου.* Dionys. Hal. Comp. Verb. p. 208. Reisk. Vol. 5. *Ὁ μὲν γὰρ τὸν παηγυρικὸν λόγον, ὡς οἱ τὸν ἐλάχιστον χρόνον γράφοντες ἀποφαίνουσιν, ἐν ἔτεσι δέκα συνετάξατο.* Cf. Longin. de Sublim. 4. §. 2. Quod h. l. scripsimus *parcissimum*, debetur id optimo cod. Turic. qui *partissimum*, a sec. m. *parcissimum*, i. e. *minimum.* Similiter Livius Histor. XXI, 38. „Quantae copiae transgresso in Italiam Hannibali fuerint, nequaquam inter auctores constat: *qui plurimum*, centum millia peditum, viginti equitum fuisse scribunt; *qui minimum*, viginti millia peditum, sex equitum.“ Cf. Eutrop. I, 1, 2. Aliter supra 1, 101. Spald. cum reliquis omnibus *parcissime.* „Exempla autem haec, inquit Gierigius, non temere adiecta sunt, docentque non frustra excessum in emendando esse vituperatum.“

elaboratum] Satis frequens Quinctiliano est transitivus huius verbi usus, quem Ciceroni sine idonea caussa etiam nunc abiudicat Krebsius (*Anleit. zum Lateinischschreiben* p. 570.) Brut.

tum, ad oratorem nihil pertinet: cuius nullum erit, si tam tardum fuerit, auxilium.

c. 90, 312. „Deinceps inde multae [caussae], quas non minus diligenter *elaboratas*, et tanquam *elucubratas* afferebamus.“ Nec vero simplicis verbi similiter positi exempla desunt. Tacit. Germ. c. 45. „Frumenta ceterosque fructus — *laborant*.“ Stat. Theb. III, 279. Marti Venus de Vulcano: „ipsique *laboret* Arma tibi.“ Quinctil. XII, 6, 5. „*laboratam* — dierum ac noctium studio actionem.“ et IX, 4, 144. Cf. Spald. ad II, 3, 6. Neque adduci ego possum, ut probem Schützium, quod apud Cic. Cael. c. 22. sic rescripsit: *quum elaborata proferri viderentur*. Enim vero vulgatam illic lectionem restituendam censeo.

CAPVT V.

QVAE PRAECIPVE SCRIBENDA SINT.

I. Aliena esse transferenda, ut A) vertantur Graeca in Latinum; B) etiam Latina convertantur et varientur. II. Etiam nostra pluribus modis tractanda. Simplicissimam quamque materiam plurimum prodesse. In hoc optime facere infinitas quaestiones (θέσεις), locos communes, declamationes; eandem ob causam historiam, dialogos, carmina esse conscribenda. Hic tamen cavendum, ne diutius et nimium in falsa rerum imagine detineatur adolescens; immo in veris causis exercendum. Etiam in declamationibus quam proxime ad veritatem accedendum esse.

I. Proximum est, ut dicamus, *quae praecipue scribenda sunt*. Hoc exuberantis sit quidem operis, ut 1

§. 1. *quae — scribenda sunt*] Cap. 3. dixit, *quomodo* scribi oporteat. Cf. §. 4. ibid. Vulgo autem hic legebatur *sint*. Sed pro indicativo optimi codd. pariter spondent atque edd. antiquissimae. Vid. supra adn. ad 1, 1. et cf. Ramshorn. Gr. Lat. §. 174, 2. Not. 2. p. 497.

exuberantis sit quidem operis] Sic ut scriberem, impulerunt me boni codd. Namque vulgo erat *exuberantis quidem est operis*: in qua scriptura *quidem* alieno

explicemus, quae sint materiae, quae prima aut secunda aut deinceps tractanda sint: nam id factum est etiam primo libro, quo puerorum, et secundo, quo robustiorum studiis ordinem dedimus: sed, de quo nunc agitur, unde copia ac facilitas maxime veniat.

2 A) Vertere Graeca in Latinum veteres nostri oratores optimum iudicarant. Id se L. Crassus in illis

loco positum Spaldingio quoque displicebat; et *est* illud ignoratur a vetustissimis. Turic. enim dat *qua idem oporis*, a sec. m. *quia idem operis*. Flor. *qua id operis*. Sed superiora illa quin lateant in Turic. his: *experantibus id* (sec. m. *exsuperantibus id*) nemo facile dubitaverit. Flor. (a pr. m.) *ex imperantibus id*. *Sit* igitur corruptum in *id;* ille autem ablativus natus ex male divulso *ex*. De coniunctivo nostro cf. ad 1, 118. adn. 2.

quae sint] Turic. a sec. m. Guelf. Camp. Goth. Iens. Tarv. Voss. 2. Ald. *quae sunt*. Non displicet. Mox ante abl. *secundo* Flor. interposuit *in*.

primo — secundo] I, 9. II, 4. et 10.

quo robustiorum] Sic Spald. cum Turic. *quo iam robustiorum* Colon. (1527.) cum Guelf. *quo robustorum* Flor. (a pr. m.) Alm. Reliqui *quo iam robustorum*. Cf. II, 2, 14.

sed, de quo nunc agitur] *Hoc* pro *quo* legendum suasit Gesnerus, Spaldingio lenius vidēbatur *eo*. Nam receptae scripturae impeditam structuram esse, si ex illo *explicemus* repetas *explicandum est*. At vid. supra ad 1, 38. extr. Sed dignum est quod afferatur de hoc loco iudicium Beieri mei: „Apud Quinctil. X, 5. aut *ἀναχολουθία* ex ellipsi admittenda in vv. *sed de quo nunc agitur* — (np. hoc est), *unde copia ac facil. max. veniat;* aut interrogatio ac sibi ipsi responsio: *sed de quo nunc agitur? — Vnde copia ac fac. max. veniat.* Potest etiam hoc membrum, quod sic, ut diximus, supplendum erat, ab inserta formula *de quo nunc agitur* attractum esse, ut *sed* nihil habeat, quo referatur, nisi illud ipsum, quod *ἐλλείπει*." Nec vera Hermanni ratio non ingeniosa est, qui nihil aliud quam pro maiore interpunctione comma ponendum suadet post *veniat*, ut haec arctius coniungantur cum sequentibus: *sed, de quo — veniat, vertere Graeca in Lat.* etc.

facilitas] Turic. (a sec. m.) Goth. Camp. Basil. *facultas*. Cf. supra 1, 59. et Spald. ad II, 4, 17.

§. 2. *iudicarant*] Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) et Alm. Reliqui *iudicabant*.

Crassus — Cicero] „Prius vide de Or. 1, 34. Alterum demonstrare non contingit. Neque enim

Ciceronis de Oratore libris dicit factitasse. Id Cicero sua ipse persona frequentissime praecipit: quin etiam libros Platonis atque Xenophontis edidit hoc genere translatos. Id Messalae placuit: multaeque sunt ab eo scriptae ad hunc modum orationes: adeo ut etiam cum illa Hyperidis pro Phryne difficillima Romanis subtilitate contenderet. Et manifesta est exercitationis huius- 3
ce ratio. Nam et rerum copia Graeci auctores abundant et plurimum artis in eloquentiam intulerunt: et hos transferentibus, verbis uti optimis licet: omnibus

nisi in genere commendatam Graecarum litterarum exercitationem meminī me reperire in scriptis Ciceronianis, velut initio libb. de Officiis, de Finibus, eaque Bruti parte, ubi de studiorum suorum ratione exponit. [Cf. Sueton. Clar. Rhet. c. 2.] Suspicor et hanc *frequentissime de vertendo Graeca praecipientis Ciceronis* mentionem esse ab illa toties nobis animadversa securitate Quintiliani, qui libros cum maxime laudatos neque memoria tenuerit neque inspexerit. Sed suam inopiam hic testari interpretes debebant." Spald.

Platonis — translatos] „Platonis quidem Timaeum et Protagoram, Xenophontis autem Oeconomicum. Ruhnkenius in praefatione Rutilio Lupo praemissa p. 18. lacunam arguit in hoc loco, quanquam neminī animadversam, quia non potuerit non esse memor Qu. versarum a Cicerone orationum Aeschinis et Demosthenis de causa Ctesiphontis, cui operi praeposita de optimo genere oratorum disputatio reliqua facta est." Spald.

hoc genere] „*Hoc modo, hoc consilio et causa.*" Wolff.

cum illa Hyperidis pro Phryne etc.] Cf. II, 15, 9. Hanc igitur orationem in Latinum vertens Messala studuerat eamdem ostendere subtilitatem, qua Hyperidem maiorem, quam robore, fuisse, veterum docent testimonia. Caeterum quae hic notatur in Romano sermone talium venerum inopia, eam supra quoque significavit Qu. 1, 100.

§. 5. *ratio*] „non est via, sed causa." Wolff. De *utilitate* malim intelligi. Cf. §. 4. pr. — Illam tamen utilitatem impugnat, et contra disputat Adelung *über den deutschen Styl*, P. III. c. 7. §. 4. — Sequens *auctores* omisit ed. Colon. (1527.)

omnibus enim utimur nostris] „In interpretatione e Graecis quidquid verborum bonorum adhibeamus *nostrum* est, nemo occupavit, libere utimur; at in altero exercitationis genere, quo aliorum vel poetarum vel oratorum, Romanorum quidem, sensus aliis verbis Latinis conamur reddere, difficultatem res habet,

enim utimur nostris. Figuras vero, quibus maxime ornatur oratio, multas ac varias excogitandi etiam necessitas quaedam est: quia plerumque a Graecis Romana dissentiunt.

4 B) Sed et illa ex Latinis conversio multum et ipsa contulerit. Ac de carminibus quidem neminem credo dubitare, quo solo genere exercitationis dicitur usus esse Sulpicius. Nam et sublimis spiritus attollere ora-

cum optima iam occupata sint etc. Adde vero s. 5." Gesner.

Figuras vero — excogitandi] „Quae hic significantur *figurae*, sunt illae verborum [τῆς λέξεως] primum, deinde etiam grammaticae potius quam rhetoricae, quoniam id spectatur, quod Romani et Graeci sermonis diversitas facere vertentem cogit. Cf. I, 1, 13, IV, 2, 118." Spald.

excogitandi etiam necessitas] Haec verba omittunt Turic. Flor. (hic a pr. m.) et Alm. probante Sarpio (Quaest. Philol. p. 52.) cui pro *quaedam* scribendum videtur *quaerere*, ut reddatur Fabio graecismus ille, de quo dictum est in adnot. ad 1, 23. ubi rectissime ab Cicerone Graeca haec structura abiudicatur. In iis certe scriptis, quae ad nos pervenerunt, nullum, quod sciam, exemplum exstat. Nam quod legitur I. de Rep. c. 38. p. 99. *videre est*, Ang. Maius ex coniectura dederat, quam ipse damnans p. 333, in add. et emend. *vide si* corrigendum dicit, modo alterum quod sequitur *si* deleatur. Quae quum ita sint, vides, vera non esse, quae proposuit Creuzerus Annal. Heidelb. 1823. I, p. 56. Sed aliis quoque accidit, ut in eumdem errorem inciderent, quem Creuzerus: velut Iacobo in adnot. ad Lucian. Tox. p. 48. Neque tamen de illo *vide si* adsentiri Maio possum. Quippe sic scribendum videtur: „Adde avaritiam, adde imperii, adde gloriae cupiditatem, adde libidines: et illud *vides*, in animis hominum regale si imperium sit, unius fore dominatum, consilii scilicet." Idem probat Beierus meus. Sed iam ad Fabium redeundum est, apud quem, ut dicam quod sentio, Sarpii coniectura non satis idonea videtur. Neque enim opus est demonstrare, quam saepe vel optimi codd. omiserint, quae essent sanissima.

Romana] Genslerus malebat *Romanae* (sc. *figurae*). Praeter necessitatem.

§. 4, *et ipsa*] vulgari ratione dicitur; et spectant haec ad superiora illa §. 3. *manifesta est — ratio*. Neque enim hic adsentior Sarpio (Analect. p. 53.) cui *ipsa* idem videtur quod *sola*.

attollere orationem potest] „Itaque carminum conversio utilis est. — *orationem*, quae co-

tionem potest: et verba, poetica libertate audaciora, non praesumunt eadem proprie dicendi facultatem. Sed et ipsis sententiis adiicere licet oratorium robur et omissa supplere, effusa substringere. Neque ego paraphrasim esse interpretationem tantum volo, sed

ram iudicibus vel concione haberur.“ Wolff.

audaciora] „quam quae prosam deceant.“ Wolff.

non praesumunt] „Sic Turic. Flor. [Colon. 1527.] cum Alm. Basil. Burm. Gesn. Bip. *nec pr.* Obr. Reliqui Mss. et excusi ante Locat. *et pr.* et Camp. quidem *praesumit.* Mox omnes *praesumunt* solum. — Nihil difficultatis in loco, modo memineris *praesumere* esse *in antecessum auferre*, cuius significationis testem Gesnerus recte citat locum XI, 1, 27. Sed eodem faciunt levi differentia, quibus utitur Burmannus, II, 4, 7. I, 10, 27. VIII, 6, 65. cf. nos ad I, 1, 20.“ Spald. „Quae libera oratione scripta ab aliis eodem genere, commutata tamen, dicere conamur, ea hoc habent incommodum, ut *praesumta* fere sint, vel occupata, ut modo dicebamus, ea, quae sunt optima: sed poetice dicta *non praesumunt*, praecripiunt, intercipiunt, *facultatem eadem proprie* demtis poetici stili phaleris *dicendi.*“ Gesner.

eadem] „Turic. Flor. Guelf. [Colon. 1527.] *eandem* cum libris, ut videtur, omnibus exc. Camp. (nam hic expresse nostrum) Obr. Burm. Gesn. Bip. Nostrum suasit Rollinus.“ Spald.

oratorium robur] „Cf. II, 4, 2. *tanto robustior, quanto verior.* Poeticae enim fictioni inanem quendam tumorem tribuit.“ Spald. Hoc autem robur qui oriatur, sequentibus significat ipse: *et omissa — substringere.* quod bene vidit Wolffius.

effusa] supra 4, 1. dixit *luxuriantia.* Sic *effundi* copiae est vitium 1, 62.

substringere] „Nescio an haec legerit Tertullianus, certe simili modo hoc verbo utitur *de Oratione* c. 1. de brevitate orationis dominicae: *quantum — substringitur verbis, tantum diffunditur sensibus.*“ Burmann. „Elegantissimum huius verbi usum habet et Ovidianus ille *substricta gerens — ilia Ladon* Metam. III, 216. *adstricta ilia* Qu. VIII, 3, 10.“ Spald. — Ante Spald. legebatur *et effusa*, sed bene omittitur copula quum ab Turic. tum a Flor. Camp. et Alm.

§. 5. *paraphrasim*] Sic Spald. optimos sequutus libros Turic. Flor., quum alii haberent *paraphrasin*, παράφρασιν alii. Facile autem apparet attendenti, *paraphrasim* hic subiectum esse, *interpretationem* praedicatum. „Non igitur vult, verbotenus fieri interpretationem, sed liberius, ut faciunt veteres in suam linguam aliena vertentes.“ Wolff.

esse] Turic. Flor. (hic a pr. m.)

circa eosdem sensus certamen atque aemulationem. Ideoque ab illis dissentio, qui vertere orationes Latinas vetant, quia, optimis occupatis, quidquid aliter dixerimus, necesse sit esse deterius. Nam neque semper est desperandum, aliquid illis, quae dicta sunt, melius posse reperiri: neque adeo ieiunam ac pauperem natura eloquentiam fecit, ut una de re bene dici
6 nisi semel non possit. Nisi forte histrionum multa circa voces easdem variare gestus potest, orandi minor vis, ut dicatur aliquid, post quod in eadem materia nihil dicendum sit. Sed esto, neque melius, quod

omittunt. Sed ab iisdem et Alm. sequens etiam *vetant* abest, pro quo Camp. *vetent*.

ab illis dissentio] „Obiter reprehendit Ciceronem. Is enim lib. I. de Oratore cap. 34. sub persona Crassi damnat paraphrasim auctorum Latinorum, quia, cum auctores usurpaverint optima vocabula, reliquum est, ut deterioribus utamur.“ Pseudo-Turnebus.

ut una de re — non possit] Hoc tamen non nisi ingenii foecundi est. Verissime de hac re iudicat Ernestius Opusc. Orator. pag. 159. (ed. 2.) „Magnum est, inquit, rem vel semel ornare verbis et sententiis, etiam cum capax est ornatus: sed longe maius est et difficilius, saepe et, ut Pindarus fecit, quadragies amplius ita exornare, ut semper ab idoneis iudicibus probere. Ciceronis quidem copiam in dicendo etiam demonstrare soleo e libro XIII. epistolarum, in quo sunt undeoctoginta epistolae eiusdem argumenti, sed cum varietate quadam eleganti et inimitabili. Quod si philosophi mentis divinae ac potentiae infinitam vim etiam ex eo intelligi docent, quod in omnibus eiusdem generis rebus tantam varietatem videmus, ut ne duo quidem homines reperiantur, eodem omnino vultu: quid est quare non eodem modo dicendi divitias intelligamus?“

§. 6. *Nisi forte*] omittunt Turic. Flor. (hic a pr. m.) et Alm. — Concluditur a re certa ad minus certam, ut ait Wolff. Simil. §. 7. Cf. supra ad 2, 8. 1, 70.

histrionum — gestus] Mire huc facit locus Macrobii Saturn. II, 10. „Satis constat, contendere eum [Ciceronem] cum ipso histrione solitum, utrum ille saepius eandem sententiam variis gestibus efficeret, an ipse per eloquentiae copiam sermone diverso pronunciaret.“

post quod] Goth. Voss. 2. et aliquot edd. *praeter quod*.

invenimus, esse neque par: est certe proximus locus. An vero ipsi non bis ac saepius de eadem re dicimus 7
et quidem continuas nonnunquam sententias? Nisi forte contendere nobiscum possumus, cum aliis non possumus. Nam si uno genere bene diceretur, fas erat existimari praeclusam nobis a prioribus viam. Nunc vero innumerabiles sunt modi plurimaeque eodem viae ducunt. Sua brevitati gratia, sua copiae; 8
alia translatis virtus, alia propriis. Hoc oratio recta, illud figura declinata commendat. Ipsa denique uti-

esse] Sic Spald. cum optimis libris, pro quo vulgo erat *sit*, suadente Regio. Sed eadem nostrae structura est apud Horatium Epist. 1, 1, 81. „*Esto*, aliis alios rebus studiisque *teneri*: Iidem eadem possunt horam durare probantes?"

proximus locus] Camp. Colon: [1527.] et nonnullae aliae edd. *proximis locus*; quas cave sequaris. *Proximus* meliori *locus*.

§. 7. *An vero ipsi non bis*] Flor. Guelf. Voss. 1. 3. *A. v. i. nobis*; Camp. *A. v. i. nos* sine *bis*; Loc. Ven. Rusc. Bad. Gryph. Rollin. *An non ipsi nos bis*; Ald. *An vero ipsi nos bis*.

contendere] „Turic. *ad intendere*, a sec. m. *ad id intendere*, Flor. (a pr. m.) *intendere*. Positus voculae *non* mirus est in nostra scriptura, ubi duobus verbis divellitur ab *An* suo. Mox *Nisi forte*, exquisitior loquendi figura ingrate recurrit post paucos versus. Quanquam cf. X, 1, 23. An hic potius quam supra §. 6. omitti debebant haec duo vocabula et sic scribi tota sententia: *An vero ipsi nos bis* [cum Ald.] *ac saepius — sententias, ac contendere nobiscum possumus, cum aliis non possumus?* cf. X, 3, 29." Spald.

uno genere] Erant qui *duntaxat* adderent, Regio suadente; alii *tantum* interposuerunt. Neutrum probavit Spald. quem sequor. Mox Guelf. Goth. Voss. 3, Iens. edd. posterr. ante Leid. (exc. Basil.) *dicetur*; iidemque libri, in quibus tamen non memorantur Guelf. et Voss. 3., *erit* pro *erat*. Sed rectissime se habent omnia: et cf. supr. 2, 4. Ramshorn. Gr. Lat. §. 190, 3. p. 585.

existimari] Colon. (1527.) *existimare*. Cf. ad 2, 4. adn. 4.

viam] „de iisdem rebus idem dicendi." Wolff.

§. 8. *Hoc — commendat*] „Hoc simpliciter exprimi potest, illud melius figura aliqua adhibita. *Recta* et *simplex* oratio passim opponitur *figuris*, ut IX, 1, 3. ubi dicit, figuras et tropos *a recta et simplici ratione cum aliqua dicendi virtute deflecti*." Gierig. *Figura* autem h. l. est ablativus, nominativus *declinata*

lissima est exercitationi difficultas. Quid, quod auctores maximi sic diligentius cognoscuntur? Non enim scripta lectione secura transcurrimus: sed tractamus singula et necessario introspicimus et, quantum virtutis habeant, vel hoc ipso cognoscimus, quod imitari non possumus.

9 II. Nec aliena tantum transferre, sed etiam nostra pluribus modis tractare proderit: ut ex industria sumamus sententias quasdam easque versemus quam numerosissime, velut eadem cera aliae atque aliae formae
10 duci solent. Plurimum autem parari facultatis existi-

(scil. *oratio*.) Quod bene admonuit Wolff. qui confert IX, 3, 88. „Vtrumque, inquit vir doctus, casu primo accipere, ineptum esse videtur. Declinat enim omnis figura.“ — *Declinare* saepe est flectere, immutare.

auctores] Camp. *oratores*, quod hic quidem nemo probaverit. Sed pro *cognoscuntur* Turic. Flor. (a pr. uterque m.) et Alm. coniunctivum praebent, quem non multum aberat quin reciperem. Enimvero hic quoque potentialis modi significationem habet. Cf. ad I, 86. Deinceps pro *possumus* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *possimus*, quod sprevit tamen Almel., quantumvis in superiore coniunct. cum illis consentiens.

hoc ipso] Turic. Flor. (uterque a pr. m.) *hoc ipsi*: facili errore.

§. 9. *sed etiam nostra — tractare proderit*] Vide quam eleganter eamdem sententiam variaverit. *Et manifesta est exercitationis huiusce ratio* §. 3. *Sed et illa ex Latinis conversio multum et ipsa contulerit* §. 4. Cf. §. 10. pr. et mox: *In hoc optime facient* etc. §. 11. item §. 14. et 15. — *nostra* sunt, quae a nobis scribuntur.

numerosissime] i. e. saepissime, ut II, 12, 3. *numerosiora* sunt *plura*. Saepe ita Qu., qui tamen alteram quoque significationem *numeri oratorii* frequentat. Spaldingius remittit ad VIII. pro. 2.

eadem cera — duci] „Cf. X, 3, 17. Eandem cerae fingenti habilis imaginem demonstrant VV. ℔℔. apud Demetrium de eloc. §. 296. p. Schn. 115. Plin. Epist. VII, 9, 11. Cic. de Or. III, 45. §. 177.“ Spald.

aliae atque aliae formae — solent] Turic. *in alia alias quae forma — solent*, a sec. m. *solet*. Flor. *in alias quae formae — solent*, a sec. m. *aliae aliaeque formae — solent*. Guelf. *alia aliaeque form. — sol.* Alm. *in alia aliasque formas — solent*. Camp. denique *in alias atque alias formas — solet*.

mo ex simplicissima quaque materia. Nam in illa multiplici *personarum*, *causarum*, *temporum*, *locorum*, *dictorum*, *factorum* diversitate facile delitescet infirmitas, tot se undique rebus, ex quibus aliquam apprehendas, offerentibus. Illud virtutis indicium 11
est, fundere, quae natura contracta sunt, augere parva, varietatem similibus, voluptatem expositis dare, et bene dicere multa de paucis.

In hoc optime facient *infinitae quaestiones*, quas

§. 10. *Nam in*] Turic. Flor. Guelf. Goth. Camp. lens. al. omittunt *in*, quod reponendum suasit Regius et boni quidam libri habent, ut Alm.

causarum] „Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm. Vicissim *dictorum* abest a Voss. 3. Paria desiderantur tria, sed ego *rerum* fuisse suspicor pro *causarum*, et illud quidem facillime excidebat.“ Haec Spaldingius, cuius rationem probans Wolffius: „Personae, inquit, et res saepe iunguntur, ut III, 5, 7. Ad *causam* vero, quae proprie et specialiter dicitur, pertinent omnia, quae hic dicuntur, singula. Vid. III, 5, 18.“ Idem ad voc. *dictorum* confert ibid. §. 17.

delitescet] ita ut non appareat, utrum firmus sis et facultate oratoria (*virtute*) praeditus, an non sis.

§. 11. *fundere — contracta*] fusius et copiosius exponere, quae brevia, *contracta* sunt. „Contrarium est illi §. 4. *effusa substringere*. Sic et Cic. de Fin. III, 15. *fundi — et — dilatari*, ubi posito a Davisio Senecae loco „„*latius* virtus *funditur*““ et aliquoties Plin. Hist. N. *fundi in latitudinem*. Qu. VIII, 3, 10. Novatum dicendi genus, quod is, qui dilatat aliquam rem, dicitur *fundere* eandem.“ Spald. Caeterum pro *virtutis* Turic. Flor. Guelf. Goth. Camp. Voss. 3. habent *virtutum*. Non probo.

similibus] Colon. (1527.) *simplicibus* cum Bas. Gryph.

expositis] i. e. communibus, vulgo notis, et, quia nec novitate nec raritate commendantur, minus iucundis. „Latioris illius significationis illud quoque Senecae Epist. 55. p. Bip. 159. „„Frontem — tantum novi, et *exposita* quae ostendit etiam transeuntibus.““ Spald. quem vid. ad II, 5, 19. Cf. Ernest. Techn. Lat. Rhet. p. 157.

infinitae] sunt, quae remotis personis et temporibus et locis, ceterisque similibus, in utramque partem tractantur, quod Graeci θέσεις dicunt: ut ipse ait Qu. III, 5, 5. Vid. omnino Ernest. Techn. Lat. Rhet. p. 316. sqq. qui θέσις dicit quaestionem infinitam et disputationem universalem, de rebus bonis et malis, de iusto et iniusto, de glo-

vocari θέσεις diximus, quibus Cicero iam princeps in
12 republica exerceri solebat. His confinis est destructio et confirmatio sententiarum. Nam cum sit sententia decretum quoddam atque praeceptum; quod de re, idem de iudicio rei quaeri potest. Tum *loci communes*, quos etiam scriptos ab oratoribus scimus. Nam qui haec recta tantum et in nullos flexus recedentia copiose tractaverit, utique in illis plures excursus recipientibus magis abundabit eritque in omnes causas
13 paratus. Omnes enim generalibus quaestionibus con-

ria, triumpho etc. (*allgemeine Vntersuchung in abstracto.*)

θέσεις] „Cf. II, 1, 9. Recte demonstrant Cic. ad Att. 9, 4. *Ne me totum aegritudini dedam, sumsi mihi quasdam tamquam θέσεις* cet. cf. epist. 9. *θέσεις meas commentari non desino.* Monet Gesnerus, *Paradoxa* esse eiusdem generis, quae et ipsa maturus iam et honoribus defunctus Cicero tractavit.“ Spalding. Cf. XII, 2, 25. cum Spald. adnot.

§. 12. *destructio et confirmatio sententiarum*] „Transfertur ad sententias et decreta ab hominibus proposita id quod usurpari proprie solebat de rebus narratis. Narrationum enim proprie est ἀναπτκευὴ καὶ κατασκευή. Gesnerus ad eos, quos indicavimus II, 4, 18. addit Theonem in progymn. p. Camerar. 64. seqq. In sententia, quae est de re iudicium, fieri potest idem quod in facto narrato, quod est res ipsa. Idem, qui hoc monet, Gesnerus ablegat ad VIII, 3, 21. ut *destruere* ostendatur esse *refutare.*“ Spald. Cf. Ernest. Lex. Techn. Lat. Rhet. p. 113.

quoddam] Turic. Flor. (hic a pr. m.) Alm. omittunt.

loci communes, quos — scriptos] „Cf. II, 4, 27. IV, 2, 117.“ Spald. De *locis comm.* cf. Ernest. Lex. Techn. Lat. Rhet. p. 248. sq.

oratoribus] Huiusmodi fuit Q. Hortensius.

haec] „quibus loci communes continentur.“ Wolff.

recta — recedentia] „Sunt enim citra complexum rerum et personarum (cf. II, 2, 9. et 11.) et generaliter tractantur nec flectuntur ad hanc illam rem et personam.“ Wolff.

illis] „quae in orationibus sunt tractanda et pro varia rerum et personarum conditione variantur.“ Wolff.

excursus] Turic. Flor. Alm. *recursus.* Idem Colon. (1527.)

§. 13. *quaestionibus*] Turic. Flor. (hic a pr. m.) Alm. omittunt. Mox Turic. *recitavit* pro meliore *recitaverit.*

stant. Nam quid interest, *Cornelius tribunus plebis quod codicem legerit*, reus sit: an quaeramus, *Violeturne maiestas, si magistratus rogationem suam populo ipse recitaverit? Milo Clodium rectene occiderit*, veniat in iudicium: an, *Oporteatne insidiatorem interfici vel perniciosum reipublicae civem, etiamsi non insidietur? Cato Marciam honestene tradiderit Hortensio*: an, *Conveniatne res talis bono viro?* De personis iudicatur, sed de rebus contenditur. *Declamationes* vero, quales in scholis rhetorum dicuntur, si modo sunt ad veritatem accommodatae et orationibus similes, non tantum dum adolescit profectus, sunt utilissimae, quae inventionem et dispositionem pariter exercent, sed etiam cum est consummatus ac iam in foro clarus. Alitur enim atque enitescit, velut pabulo laetiore, facundia et assidua contentionum asperitate fatigata renovatur. Quapropter *historiae* nonnunquam ubertas in aliqua exercendi stili parte ponenda et *dialogorum* libertate

14

15

Cornel. — codicem legerit] Cf. IV, 4, 8. et IV, 3, 13. ibique Spald. Schütz. Cic. Opp. Tom. XVI. P. II. pag. 16. sqq.

iudicium: an] Guelf. Iens. Voss. 3. et edd. posterr. ante Ald. omittunt *an*. Perperam.

non insidietur] Turic. Flor. interponunt *nisi*.

§. 14. *Declamationes*] Vid. Ernest. Techn. Lat. Rhet. p. 102. et Ellendti Prolegom. ad Cic. Brut. p. LXXXVIII.

pariter exercent] „i. e. simul cum elocutione, cuius proprie est in stilo exercitatio.“ Spald.

si modo sunt — similes] Cf. lib. II. c. 10.

consummatus] Vid. ad 2, 2. cf. I, 2, 26. ubi sunt *profectus firmiores*. (II, 3, 10. *profectus teneri*.) — Caeterum *consummare*, quo verbo in primis delectatur Qu. (vid. supr. 2, 28. I, 89. XII, 1, 31. supr. 1, 122. I, 10, 5. 6. I. prooem. §. 20. I, 9, 3. ubi legendum *consummatis profectibus*, cum Sarpio.) non est quidem Ciceronis, sed a bonis tamen post hunc scriptoribus usurpatur saepissime. Vid. Garatoni. ad Cic. Phil. XI, 7. et Ruhnk. ad Vell. II, 89. Similiter *consummatio* dicitur II, 18, 2. VI, 1, 55.

§. 15. *dialogorum libertate gestiendum*] Eleganter hoc dixit pro vulgari: *nonnumquam dialogis componendis exerceamur*; efferri stilo oportet et libere

gestiendum. Ne *carmine* quidem ludere contrarium fuerit: sicut athletae, remissa quibusdam temporibus ciborum atque exercitationum certa necessitate, otio
16 et iucundioribus epulis reficiuntur. Ideoque mihi videtur M. Tullius tantum intulisse eloquentiae lumen, quod in hos quoque studiorum secessus excurrit. Nam si nobis sola materia fuerit ex litibus, necesse est deteratur fulgor et durescat articulus et ipse ille mucro ingenii cottidiana pugna retundatur.

spatiari dialogis componendis. Dialogis enim maior quaedam libertas conceditur, ut qui ad familiarem sermonem proxime accedant.

ludere] de omni opera non gravi ac difficili dicitur, in primis de carminibus, quae animi caussa scribuntur.

contrarium] i. e. alienum, ut vulgo dicitur (cf. XII, 9, 14.), *zweckwidrig*. Et sic dicuntur *exercitationes contrariae* ap. auctorem dialogi de Oratt. c. 35. ubi vid. Schulz. Similem structuram habet Columella VIII, 17, 5. *id facere contrarium est*, ubi est *noxium*. (cf. ibid. II, 2, 27.)

ciborum — certa necessitate] „Redditur presse Graeca victus athletici appellatio, ἀναγκοφαγία, de qua vide Salmas. ad Tertullian. de Pallio p. 261. 2. item citatos in ἀναγκοφαγεῖν apud Hesych. et Valcken. in Diatriba p. 79. 80. Eodem redit illa §. 17. *saginâ*. cf. et Cic. pro Sextio 36. Tacit. Histor. 2, 88. Qu. XI, 3, 26. XII, 10, 41. Declam. 9, 5. p. 173. Apparet in gladiatore, qui comparatur declamanti, esse obesitatem, in milite, qui dicenti in foro, robur nervis astrictum." Spald. Vid. adn. ad I, 33. — „Vt igitur athletae iucundioribus epulis interdum reficiuntur, ita etiam *carmine ludere* liceat ei, qui in scholis rhetorum exercetur." Wolff. — Athletae maxime vescebantur carnibus, quae minimum succi et pinguetudinis haberent, quaeque maxime aridae essent et siccae: utebantur *coliphio*, ad vires firmandas.

epulis] „Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *et ullis*, cum Alm. Ille a sec. m. *eduliis*, et sic Bodl. Palatin. Gebh. Vox quidem non est reiicula." Spald. Cf. Oudendorp. ad Suet. Calig. c. 40.

§. 16. *durescat articulus*] Recte comparant *mollem articulum* II, 12, 2. — Militi, luctatori, gladiatori opus est *mollibus articulis* h. e. facile in hanc vel illam partem mobilibus, ut vel declinare impetum atque eludere et alio vertere possint, vel ipsa mediocri cessione frangere.

cottidiana] Hanc scripturam hic quoque tuentur vetustissimi

Sed quemadmodum forensibus certaminibus exci- 17
tatos et quasi militantes reficit ac reparat haec velut sagina dicendi: sic adolescentes non debent nimium in falsa rerum imagine detineri et inanibus se simula-

codd. Spald. *quotidiana*. Vid. ad 1, 27. — Cic. pro Arch. P. c. 6. „Quaeres a nobis, Gracche, cur tantopere hoc nomine delectemur. Quia suppeditat nobis, ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, et aures convicio defessae conquiescant. An tu existimas aut suppetere nobis posse, quod quotidie dicamus, in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrina excolamus: aut ferre animos tantam posse contentionem, nisi eos doctrina eadem relaxemus?“

§. 17. *excitatos*] Sic scripsi cum Turic. Flor. Alm. Guelf. Camp. pro vulg. *exercitatos* (cf. §. 14.) *Excitatur* orator forensibus certaminibus, in quibus contentione animi opus est et vehementiore impetu, in quibus aestuare debet.

sic] *Quemadmodum — sic*. Comparantur contraria peraeque verissima, ut ait Beierus ad Cic. de Off. II, 5, 16. p. 34. Cf. Cic. Tusc. I, 4, 7. pr.

non debet nimium in] Turic. Flor. Alm. omittunt; sed Camp. solum *in* ignorat. Et sane hoc *in* abesse potest facilius quam reliqua.

in falsa rerum imagine] „qualis est in scholis et declamationibus, *in quibus recta quaedam ponuntur* IV, 2, 28. [cf. supr. 2, 11.] De toto hoc loco cf. II, 10, 4. seq.“ Wolff.

inanibus se simulacr. — difficilis — digressus sit, assuef.] Vulgo hic locus sic legebatur: *et inanibus simulacris, usque adeo, ut difficile ab his digressos sit assuefacere, ne* etc. In qua scriptura hoc primum offendit, quod, quum verba *inanibus simulacris* ad verb. *detineri* referenda sint, turbata est singulorum iusta collocatio et tota languet oratio. Deinde satis incommode discerpuntur, quae arctius hic quidem copulari debebant *difficile* et *sit:* nec vero non dubium fit, unde tandem pendeant seqq. *ne ab illa — reformident*: utrum spectent ad sola illa *ut difficile — assuefacere*, an ad ea, quae praecesserant. Denique, ut de aliis taceam, ne libri quidem, quos optimos habemus, huic lectioni patrocinantur. Nam pro *digressos* Turic. (a pr. m.) Flor. Guelf. Camp. Goth. Iens. Colon. (1527.) Voss. 2. 3. et edd. ante Gryph. exc. Bad. dant omnes *digressus; difficilis* autem, pro quo Badius primus reposuisse *difficile* videtur, est in Guelf. Camp. Goth. Iens. Voss. 2. 3. et edd. ante Gryph. quibuscum consentit Colon. (1527.) Idemque voluisse credo Turic. Flor. Alm. qui *difficilius*, nisi malis

cris, usque adeo, ut difficilis ab his digressus sit, assuefacere, ne ab illa, in qua prope consenuerint umbra, vera discrimina, velut quendam solem, re-
18 formident. Quod accidisse etiam Porcio Latroni, qui primus clari nominis professor fuit, traditur: ut cum

difficillimus. Horum igitur librorum auctoritati obsequendum fuit, neque dubito, nostra scriptura quin peritis harum rerum arbitris ipsa se probatura sit. Vnum superest, quod praeterire nefas foret, ut *se* illud ex coniectura mea post v. *inanibus* interpositum dicatur. Hic enim facillime poterat oblitterari. Quod vero aliquanto remotius est a verbo suo, id nemo quisquam mirabitur. Similiter infra §. 22. „nec ille *se* bonus praeceptor — *onerabit.*"

usque adeo] *Adeo* proprie est *ad id usque tempus* vel *ad illum usque locum.* Cf. Terent. Phorm. IV, 1, 23. sq. Andr. IV, 1, 38. Phorm. (1, 3, 1.) II, 1, 1. Deinde non loci et temporis tantum, sed omnem accessionem et intensionem significat: qui usus est notissimus. Tum continuationem eorum, quae ante dicta sunt, indicat; velut: *Id adeo sic cognoscite; id adeo, si placet, considerate.* Qua vi saepe apud Ciceronem legitur. Cum hac significatione cohaeret ea, quam explicandi vim, ἐπεξηγήσεως notionem dixit, quem sequor, Lindemannus ad Vitas Duumvir. Hemsterh. et Ruhnk. p. 5., quam habent formulae *atque adeo, adeoque.* Cf. Terent. Andr. V, 6, 13. Virg. Aen. II, 567. Consequentiam vero nusquam significat, neque dici potest pro *igitur* vel *ideo*, pro quo ab nostris hominibus usurpatur saepissime. Vid. Spald. ad XII, 11, 16. *Vsque* proprie est *in einem fort.* Cf. I, 10, 30. et infra 7, 16. Tum vero intendit simpliciter. Iamque facile, opinor, intelliges, quid sit *usque adeo*, pro quo *usque eo* dicere poterat. Et hoc et illud optimis quibusque scriptoribus usitatissimum est.

umbra — solem] „Notissimae similitudines, velut XII, 10, 15. et apud Ciceronem, ubi vide Ernestum in Clave." Spald. Cf. Ernest. Lex. Techn. Lat. Rhet. p. 422.

vera discrimina] sunt iudicia et lites forenses. Cf. supr. 1, 36. *pericula.* Ernest. Techn. Lat. Rhet. p. 417.

velut quendam solem] Sic mitigatur metaphora: qua in re quid Ciceroni usitatum sit, disces ex Beieri commentar. ad Cic. Off. I, 9, 30. p. 67. et III, 9, 39. p. 249. Cf. supr. ad 1, 76.

§. 18. *etiam Porcio*] „Turic. Flor. inserunt *in.* An fuit *M?*" Spald.

professor] dic. de eo qui studium aliquod vel artem prae se fert. Notum est, quid sit *pro-*

ei, summam in scholis opinionem obtinenti, causa in foro esset oranda, impense petierit, uti subsellia in basilicam transferrentur. Ita illi coelum novum fuit, ut omnis eius eloquentia contineri tecto ac parietibus videretur. Quare iuvenis, qui rationem inveniendi 19
eloquendique a praeceptoribus diligenter acceperit: quod non est infiniti operis, si docere sciant et velint:

fiteri (ἐπαγγέλλεσθαι) disciplinam. Cf. prooem. totius operis §. 15. XII, 11, 20.

opinionem] existimationem, famam. Sic. 7, 17. XII, 9, 4. *minus cupidis opinionis.* cf. ibid. §. 7. XII, 1, 12. *ex contemtu opinionis.* I, 2, 4. Dial. de Oratt. c. 10. „Ne *opinio* quidem et fama, cui soli serviunt, et quod unum esse pretium omnis sui laboris fatentur, aeque poetas quam oratores sequitur: quoniam mediocres poetas nemo novit, bonos pauci.“ ubi cf. Schulz. Qu. II, 12, 5. „Affert et ista res *opinionem*, quia libentissime homines audiunt ea, quae dicere ipsi noluissent.“ ubi Spaldingius: „Et sic, inquit, sine additamento, pro *fama*, et quidem *bona* in primis, usurpatum vocabulum hac demum, nisi fallor, aetate.“ Cf. Bremius ad Nep. VII, 7, 3. et prae caeteris, qui praeclare meruit de Iul. Caesare, Heldius ad Bell. Gall. V, 54.

subsellia] *iudicum*, inquit Wolff., sed idem ad VI, 1, 39. „In *subselliis*, inquit, sedebant et iudices et partes litigantes cum advocatis.“ Cf. Schütz. Lex. Cic. in h. v.

in basilicam] „in qua professor docebat.“ Wolff. De *basilica*, quae est βασιλικὴ στοά, vid. Ernest. Clav. Cic. et Lexica. Cf. XII, 5, 6. ubi *basilica Iulia.* — M. Seneca in praef. lib. IV. Controv. „narratur, — declamatoriae virtutis Latronem Porcium unicum exemplum, cum pro reo in Hispania Rustico Porcio propinquo suo diceret, usque eo esse confusum, ut a soloecismo inciperet, nec ante potuisse confirmari, tectum ac parietes desiderantem, quam impetravit, ut iudicium ex foro in basilicam transferretur. Vsque eo ingenia in scholasticis exercitationibus delicate nutriuntur, ut clamorem, silentium, risum, coelum denique pati nesciant.“ Vide, quem laudat Spald., his utentem F. A. Wolfium in praef. ad edit. Martellian. p. 23.

§. 19. *infiniti*] Turic. Flor. Guelf. Camp. al. *finiti*. Cf. 1, 58.

et velint] Non raro enim voluntas deest. Qu. I, 5, 23. „At si quis et didicerit satis et (*quod non minus deesse interim solet*) *voluerit* docere, quae didicit, non erit contentus tradere,“ etc. Cf. II, 3, 5. Caeterum pro *velint*, quod Flor. Alm. Goth.

ceatur, ut fecisse Brutum diximus pro Milone. Melius hoc quam rescribere veteribus orationibus, ut fecit Cestius contra Ciceronis actionem habitam pro eodem, cum alteram partem satis nosse non posset ex sola defensione.

Citius autem idoneus erit iuvenis, quem prae- 21

riis Voss. 1. 3. Bern. (sed hic fortasse sine *in.*) *in rebus actis* Gryph. Stoer. Chouet. Leid. Gibs. Rollin. *dextris et laevis* Obr. Nostrum tuentur Vall. (a sec. m.) Voss. 2. Goth. et suo ingenio Nic. Faber ad Senecam.“ Spald.

Brutum diximus] Cf. supr. 1, 23. et III, 6, 93.

orationibus] Camp. *actionibus*. Effectum id videtur ex eo, quod mox hoc ipsum vocabulum subiicitur. Vid. Spald. ad IV, 1, 32. — *Rescribere veteribus orationibus* est contrarias veteribus orationes scribere, refellere illas, ad laudem oratoris deprimendam.

Cestius] „Sic Flor. [Colon. 1527.] cum Basil. *tertius* Guelf. *Sextius* Goth. Iens. (tac. Gesn.) cum Alm. et edd. posterr. ante Basil. Reliqui *Sestius*. Nostrum probant Burmannus, Gesnerus, Wolfius. Vicissim M. Senecae (in praef. lib. 2. Controvv.) obtrusus *Cestius* pro *Sextio*, monentibus Fabro, Schotto et ad nostrum locum Burmanno. — Homo fuit Graecae originis, rhetoricen factitans Romae, qui, id ipsum quod hic in Miloniana causa fecisse narratur, solebat *rescribere* orationibus Ciceronis. Testis est Seneca pater p. Bip. 399. a quo et refertur *in Milonem recitans*. Eandem Caligulae fuisse temeritatem prodit Suetonius c. 53. [ubi vid. Brem.] recte monente Capper. cf. Wolfius in praef. quatuor orationibus, a Marclando notatis, adiecta p. 20. item nos in disputatione de Marcelliana p. 34.“ Spalding.

alteram partem] „quam contra Milonem defendendam susceperat.“ Wolff.

satis] „Turic. Flor. *sitis* cum Alm. Ille a sec. m. *litis* et sic Camp. cum Ald. et marg. Bad. Gryph. item aliquot apud Burm. Hic [sc. Flor. a sec. m.] nostrum.“ Spald. Colon. (1527.) et ipsa dat *satis*. Eadem *partem* omittit perperam.

§. 21. *autem idoneus*] Sic Spald. cum Turic. Flor. Camp. Alm., item Colon. (1527.), pro vulgari *autem sic idoneus*, quod reponendum suaserat Regius, quum esset *autem si idon.* quod ipsum dant Guelf. Voss. 1. 2. Goth. Iens. Tarv. Recte vero omissum *sic*. Neque tamen hoc idcirco factum, quod pessime, ut vult Genslerus (p. 62.), cum seq. *quem* cohaereat: (nam *sic* referri ad pronomen sane poterat, modo *quem* explicares *si cum*. Cic.

huic, quod secundo loco posui, fere turba discipulorum et consuetudo classium certis diebus audiendarum: nonnihil etiam persuasio patrum, numerantium potius declamationes quam aestimantium. Sed, 22
quod dixi primo, ut arbitror, libro, nec ille se bonus praeceptor maiore numero, quam sustinere possit,

verba confusa esse, cognosces e Spaldingii adn. ad I, 10, 18. Quamobrem *quod secundo loco posui* eo spectat, quod dixit *per totas ire materias.* Confert Spald. VII, 2, 9. *quod tertio loco posui.* IX, 2, 6. *quod primo loco posuimus.*

fere turba discipulorum] „Timendum enim, ut tempus sufficiat.“ Wolff. Sed ne hic quidem sine turbis librariorum expediri negotium poterat. „Turic. Flor. *feretur discip.* Ille a sec. m. *fremitus populorum.* Hic nostrum, ut et Guelf. cum Goth. Voss. 1. 2. Vall. Bern. Iens. et edd. posterr. ante Basil. exc. Ald. Reliqui [in quibus etiam Colon. 1527.] *frequens turba disc.* (rectissime improbatum Regio) nisi quod Camp. lepide *fremens turba disc.* Capper. nostrum voluisse videtur, appellans aliquot loca libri I. cap. 2. (velut §. 15.) ubi *turba* sine illo *frequens* (neque amant eiusmodi additamenta qui stilo pollent); sed operae defuerunt: omittitur enim *fere.*“ Spald.

persuasio] firma quaedam opinio, de qua averti deducique se non patiuntur, *praeiudicata opinio* quam dicit Cic. N. D. I, 5, 10. Recte autem de iis, quae h. l. dicuntur, ablegant ad II, 7, 1. ubi haec leguntur: „Illud ex consuetudine mutandum prorsus existimo in his, de quibus nunc disserimus, aetatibus, ne omnia, quae scripserint, ediscant, et certa, ut moris est, die dicant: quod quidem maxime patres exigunt, atque ita demum studere liberos suos, si quam frequentissime declamaverint, credunt; cum profectus praecipue diligentia constet.“ Cf. ad haec Spald.

§. 22. *primo — libro*] I, 2, 15. „Sed neque praeceptor bonus maiore se turba, quam ut sustinere eam possit, oneraverit.“

„Illud *ut arbitror* deliciandi magis causa dixisse mihi videtur, quam propter oblivionem. Ad *quam sustinere* an forte *quem* inseremus?“ Spald. Hoc quidem si opus esset, mallem *quam qui sustineri* (hunc infin. Turic. Guelf. Ald. Stoer. Chouet. Leid. praebent) *possit.* Sed cf. Cic. Verr. 4, 34. „Postea, quidquid erat oneris in nautis remigibusque exigendis, in frumento imperando, Segestanis, praeter caeteros, imponebat aliquanto amplius, *quam ferre possent.*“

onerabit: et inanem loquacitatem recidet, ut omnia, quae sunt in controversia, non, ut quidem volunt, quae in rerum natura, dicantur: et vel longiore potius dierum spatio laxabit dicendi necessitatem vel ma-
23 terias dividere permittet. Vna enim diligenter effecta plus proderit quam plures inchoatae et quasi degustatae. Propter quod accidit, ut nec suo loco quidquid

inanem] Sic Spald. cum Camp. Sed Turic. *animam*. Flor. (a pr. m.) *animiam*. Reliqui *inimiam*. Cf. 3, 2.

omnia — dicantur] Supervacanea igitur solebant inseri.

quidem] „Sic Turic. Flor. (a pr. m. uterque). Reliqui *quidam*, quasi serio aliqui hoc vellent. — *ut quidem volunt*. Declamantes quidem iuvenes hoc volunt, aut velle potius videntur.“ Spald.

laxabit dicendi necessitatem] „classibus audiendis, ne opus sit, partem modo singularum declamationum audire.“ Wolff.

materias dividere] „Turic. *materiam si div.*, a sec. m. *materiam sibi div.* et sic Camp. cum Bodl. Andr. *materias sibi div.* Iens. cum edd. ante Bad. *materiam div.* Goth. (tac. Gesn.) cum Voss. 2.“ Spald. — *materias dividere permittet*, „ut de materiae ad scribendum propositae partibus, de alia alio die, declamationes afferantur.“ Wolff. „Hoc ne videatur pugnare illi, quod cupit fieri, ut per totas eatur materias, tenendum est, (quod Rollinus monuit, vertendoque expressit Gedoynus) pluribus declamandi diebus ab uno quodam discipulo totam pertexi materiam. *Longius dierum spatium* pertinet ad „„classes *certis diebus* audiendas.““ Spald.

§. 23. *quidquid*] Sic scripsi suadentibus Turic. Flor. Alm. qui tamen *quicquid* (vid. ad 1, 3.) Ille ab sec. m. *quicquam*, et sic Camp. Colon. (1527.) et edd. ante Gryph. Reliqui *quidque*, quod Genslerus (p. 62.) retinens proposuit *suo quidque loco*, coll. I, 6, 16. At saepe *quisquis* dicitur, ubi *quisque* malis. Cave tamen credas, perinde esse, *quidque* ponatur an *quidquid*. Vbique horum pronominum aliqua differentia est. Iam cf. Manut. ad Cic. Epist. ad Fam. VI, 1, in Verr. IV, 13, pro Fonteio c. 7. pro Cluent. c. 19. Lambin. ad Cic. pro Fonteio l. c. et ad Lucret. II, 956. Ernest. ad Cic. pro Cluent. l. l. Recteque apud Cic. Tusc. Disp. V, 34, 98. scriptum est: „Atque hoc — etiam ex bestiis intelligi potest: quae, ut *quidquid* obiectum est, quod modo a natura non sit alienum, eo contentae non quaerunt amplius.“ De his pronom. nuperrime egit etiam Ellendtus ad Cic. Brut. 53, 197. p. 142. Sed prae caeteris con-

ponatur nec illa, quae prima sunt, servent suam legem: iuvenibus flosculos omnium partium in ea, quae sunt dicturi, congerentibus: quo fit, ut timentes ne sequentia perdant, priora confundant.

sulendus Ramshornius Gr. Lat. §. 160, 2. c. p. 374.

servent suam legem] „Ampliora fere fiunt principia declamationum, refertaque iis, quae minime eius sint loci. Neque enim inchoantes illi et degustantes discipuli humano, ut par est, et civili ingressu (III, 8, 59.) utuntur, occasione promendi bellas suas sententias mox destitutum se iri timentes. *Confundere priora* erit igitur permiscere ea rebus alienis, nec legitimo ordine tractari sinere.“ Spalding.

flosculos] „*Flores* (XII, 10, 13.) omnia sunt, quibus oratio distinguitur, acuitur, illuminatur, ornatur, sive tropis, sive figuris, sive sententiis acute dictis, sive alia quacunque arte. Fabii aetate qui dicebant in foro scholisque, sententiis maxime et dictis illuminabant orationem. Quod cum nimis fieret, improbans Qu. *flosculos* dicit, per diminutivum contemtum et minorem rei dignitatem exprimens, X, 5, 23. XII, 10, 73. II, 5, 22.“ Wolff. Vid. Ernest. Lex. Techn. Lat. Rhet. p. 175. sq.

CAPVT VI.

DE COGITATIONE.

De eius vi et natura. Quomodo ipsa comparetur. In extemporalitate non superstitiose cogitatis inhaerendum esse.

Proxima stilo *cogitatio* est, quae et ipsa vires ab hoc accipit estque inter scribendi laborem extemporalem-

§. 1. *cogitatio est*] Mihi pariter atque Spaldingio placet omittens *est* codex unus Florentinus.

accipit estque inter] Sic dedi ex probabili coniectura Spaldingii, cui favere videntur codd. vetustissimi. Vulgo erat *accipis, et est inter;* sed Turic. *accipiet quae int.*, a sec. m. *accipiet quod i.* Flor. *accipet quae i.*, a sec. m. *accipiet et est quae i.* Neque enim, inquit Spald., commoda relatio est inter *et — et*, cum prius rectius coalescat cum *ipsa.*

extemporalemque fortunam]

que fortunam media quaedam et nescio an usus frequentissimi. Nam scribere nec ubique nec semper possumus: cogitationi temporis ac loci plurimum est. Haec paucis admodum horis magnas etiam causas complectitur. Haec, quoties intermissus est somnus, ipsis noctis tenebris adiuvatur. Haec inter medios rerum
2 actus aliquid invenit vacui nec otium patitur. Neque vero rerum ordinem modo, quod ipsum satis erat,

„*Extemporalis* actio, oratio, quae ex tempore a non meditato dicitur, ex ingenio et subita occasione sic ferente, quae ex ipso rei praesentis instinctu oritur X, 7, 16. XI, 2, 3. II, 4, 27. IV, 1, 54. X, 6, 5. Hic plurimum a fortuna pendet; unde *extemp. fortuna* X, 6, 1. *successus* X, 7, 13. *temeritas* X, 6, 6. Haec extemporalitas iusto citius si tentatur, abit in garrulitatem II, 4, 15.“ Wolff. Vid. Ernest. Lex. Techn. Rhet. p. 159. sq.

media quaedam] XI, 2, 3. „cogitatio — quidquid interim reperit, quodammodo apud memoriam deponit: quod illa, *quasi media quaedam manus*, acceptum ab inventione tradit elocutioni.“ ubi haec adnotavit Spaldingius: „Rectissime Burmannus conferri iubet XII, 8, 4. Est et simile, quanquam *manu* omissa, X, 6, 1. XI, 3, 62. utroque enim loco comparationis index particula significat intelligi illam, quae hic expressa est, *manum*.“ *Media* igitur *manus* per tropum dicitur de nomine vel re, quae intercedens auxilium dat et sequestris est.

Cic. de Orat. I, 33, 150. „Stilus optimus et praestantissimus dicendi effector ac magister; neque iniuria. Nam si subitam et fortuitam orationem commentatio et cogitatio facile vincit, hanc ipsam profecto assidua ac diligens scriptura superabit.“

nec ubique] Flor. Guelf. Voss. 1. *non ubique*.

tenebris adiuvatur] Confert Gesnerus X, 3, 25.

vacui, nec otium patitur] „Turic. Flor. *v. n. experientium* cum Alm. Ille a sec. m. *v. n. experientiam*, hic nostrum. Guelf. *vacuum otium p.* cum Voss. 1. 3. Bern. *vacuum o. non p.* Ien. cum edd. posterr. ante Ald. *v. n. o. pariter* Camp. Suspicor fuisse *v. n. patitur otium*, cf. VII, 2, 14. [ubi *labor, an otium* plerique codd. contraxerunt in *laborantium*.]“ Spald. Hoc quidem mihi persuasum est, aliud voluisse codd. quam quod nunc legitur: et facilis sane est Spaldingiana ratio. Sed mihi in vetustissimorum codd. scriptura huiusmodi quid latere videbatur: *nec perire otium patitur*.

ı se ipsa disponit, sed verba etiam copulat totam-
ita contexit orationem, ut ei nihil praeter manum
. Namque memoriae quoque plerumque inhae-
fidelius, quae nulla scribendi securitate laxantur.
Sed ne ad hanc quidem vim cogitandi perveniri
st aut subito aut cito. Nam primum facienda 3
to stilo forma est, quae nos etiam cogitantes se-
ur: tum assumendus usus paulatim, ut pauca pri-
a complectamur animo, quae reddi fideliter pos-
: mox per incrementa tam modica, ut onerari se
r ille non sentiat, augenda vis et exercitatione
ta continenda est, quae quidem maxima ex parte
ioria constat; ideoque aliqua mihi in illum locum

ı. *contexit*] Flor. (a sec. *contexit plerumque.*
ueter manum] „i. e. *praetilum.*“ Spald.
umque] Sic Turic. et Camp.
rulg. *Nam.* Cf. ad 1, 15.
Num et. Cf. ad 1, 125.
ıquam alia illic ratio.
haerent fidelius, quae —
ntur] Sic Camp., cui fave-
Spald. et favere videntur alii
ne. Namque Turic. Flor.
. *que* Alm. Goth. Voss. 2.
quae. Guelf. *fideliusque.*
n tamen *laxatur* et *inhae-*
Vulgo erat; *inhaeret fid.,*
l — laxatur.
3. *facienda — forma*] Vid.
5, 28. *Stilus* est scribendi
citatio. Cf. ad 5, 1. —
rma, quae animo expressa
lesignata cogitationi cuique,
orma, supponitur.“ Wolff.
iam cogitantes] Iens. *inco-*
ntes cum edd. posterr. ante
, qui *nec cogitantes.* Neu-
ı probandum.

assumendus] „i. e. in auxi-
lium vocandus.“ Wolff.
usus] „qui fit exercitatione.“
Wolff.
tam modica — labor] „Turic.
tam odit autonetari labor, a
sec. m. *tam edita ut on.* reliqua
non adduntur a conferente. Flor.
(a pr. m.) *tam odit aut one-*
rari l.“ Spald. Cf. ad 3, 10,
adnot. 5.
vis] Sic Spald. cum Turic.
Flor. (qui a pr. m.) Reliqui
usu.
augenda vis — quae — me-
moria constat] „Significatur *vis*
animi longam quoque orationem
sine scriptione complectentis; ea-
que *augenda* est (ut vitulum
ferre assuescendo mox taurum
ferat, cf. I, 9, 5.) *et exercita-*
tione continenda (cf. de tali
huius verbi usu dicta ad inscr.
nostri libri [ubi confert Spald.
X, 7, 18. 24. Wolffius: „*conti-*
nenda et servanda, ne rursus
pereat.] et Burm. ad Petron. 2.),

4 differenda sunt. Eo tamen pervenit, ut is, cui non refragetur ingenium, acri studio adiutus tantum consequatur, ut ei tam quae cogitarit, quam quae scripserit atque edidicerit, in dicendo fidem servent.

postquam *forma* comparata fuit plurima scribendo. Sed illa *inscripta complectendi vis* quid magnopere est nisi memoria? Itaque *in illum locum* [ubi de memoria tractatur] (lib. XI. cap. 2.) differendus ex magna parte eius tractatus. cf. eius cap. §. 41. ubi Milonis Crotoniatae similitudine etiam Gesnerus utitur in nota." Spald. (Milo ille, inquit Gesnerus, tollendo non diebus modo sed horis singulis vitulo, perfecisse dicitur, ut bovem paullatim factum adhuc tolleret.)

§. 4. *Eo tamen pervenit, ut — tantum consequatur, ut*] „Nisi negligentiorem toties experti essemus Quinctilianum nostrum in vocabulis iisdem geminandis (cf. X, 5, 7.), magis fortasse offenderemur duplici hoc *ut*, quod stilo, ut ait ille, depascendum fuisse videbitur. Quare enim non ita ordinavit orationem, ut defungeretur uno *ut* cum suo coniunctivo? Aliena tamen fuerit κρίσις, quae prius *ut*, itemque haec, *tantum consequatur*, expungenda suadeat, ut talis structura contingat. Constitui autem debet, quod sit subiectum in verbo *pervenit*. Recte Gesnerus similem formulam demonstrat X, 7, 19. In harum locutionum neutra impersonale verbum *pervenire* agnosces, vel subaudies *res*, quo expresso opus erat, velut VI, 5, 51. Erit igitur nostro quidem loco *vis* illa e prioribus huc vocanda, in altero *facilitas extemporalis*. Ita simul apparet, quare verbosior fieri maluerit Qu. quam omittere mentionem ipsius, quam nunc tractabat, virtutis oratoriae. Haec quousque pervenire posset, ostendere volebat, non quid homini studioso accideret; quanquam res eodem redire potest videri. Verum sic ad exemplum tantum recidebat id, cui dignitas praecepti quaerebatur." Spald. — „Dixit *tamen*, quod ante significavit, aliqua differenda esse. Nihilominus interim se hoc velle adiicere, *vim eo pervenire* etc." Wolff.

ut ei tam] Sic Spald. ex coniectura verissima. Turic. Flor. *ut ei etiam*. Colon. (1527.) *ut etiam* cum Guelf. Goth. Voss. 1. 2. 3. Reliqui *ut ea etiam*.

quam quae] Sic Turic.; a pr. m. *quamque*. Voss. 1. 3. *quoque*. Reliqui, etiam Colon. (1527.), *quaeque*, nisi quod Obr. *aeque ac quae*, probatus Rollino; et sic Bip. Sed Spald. sequutus Turic. ut par erat.

edidicerit] „Turic. Flor. *ederint*. Ille a sec. m. *ediderit*, et sic Guelf. Camp. Hic nostrum. Vulgatam horum *ut — servent* ita refingi iubet Gesnerus: *ut eamdem quae cogitarit, quam*

Cicero certe Graecorum Metrodorum Scepsium et Empylum Rhodium nostrorumque Hortensium tradidit, quae cogitaverant, ad verbum in agendo retulisse.

quae scripserit, atque edidicerit, in dicendo fidem servent. magis ille consulens auribus quam Obrechtus.“ Spald. Genslerus (p. 63.) proposuit haec: *ut aequam quae cogitarit, quaeque scripserit — fidem servent.* At longe praestantior Spald. ratio.

tam — quam — edidicerit] „Sensus est: Cogitata non minus et secius fidem servant, atque ea, quae scripserit et edidicerit.“ Wolff.

Cicero — tradidit] Vid. de Orat. II, 88, 360. Tusc. I, 24, 59. (cf. Plin. N. H. VII, 24.) De Hortensio insignis locus est Brut. 88, 301. Sed quod de Graecis praedicasse h. l. dicitur Cicero, id soli Hortensio tribuit. Metrodori eximiam memoriam universe tantum laudat. De Rhodio illo vid. infr. Spald. adnot.

Scepsium] „Turic. Flor. (hic a sec. m. nostrum) *Scersium.* Camp. *Scepcium.* Voss. 1. *Escepsium.* Voss. 3. Bern. *Esceptium.* Iens. *Ephesium* cum edd. posterr. ante Ald. Hic *Septium.* Vall. *Sceptium* cum edd. rell. ante Capper. exc. Basil. Nostro [quod est etiam in Colon. 1527.] addicere videntur Guelf. Goth. Infra XI, 2, 26. Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. *Sceptius* cum Ald. Sed Iens. (tac. Gesn.) Tarv. *Septius:* ibi nostram asserit Regius, et est iam in Locat.“ Spald.

Empylum] Sic Turic. Flor. (nisi quod minuscula E) cum Vall. Bern. *empilium* Guelf. *Empilum* Voss. 1. *Empillum* Voss. 3. *Emphylum* Goth. cum marg. Bad. *Emphilum* Voss. 2. cum marg. Vall. *Euripilum* Camp. *Emphillum* Iens. Tarv. *Eriphiluh* Loc. Ven. Rusc. Reliqui *Eriphylum.* Hunc non apud Ciceronem solum, qui eius memor dicitur a nostro in vulgatis, sed apud omnes omnino scriptores frustra quaeri testantur VV. DD. quod non debebat praetermitti ab editore Bibliothecae Fabricianae Vol. 6. p. 129. Apparet autem aliquid ausum Camp. refingendo nomine ad XI, 2, 14. in quo ipso vitioso, exigua est librorum meorum varietas. Sed ille Larissaeus est, noster Rhodius. Nomen, quale posui, vel reliqui potius ex vetustissimis, etsi alias ignotum, memoratur tamen a Plutarcho in Bruto (initio), diciturque ita audiisse rhetor quidam familiaris Bruti, ab ipso aliquoties in epistolis appellatus, cuius supersit exiguus quidem nec contemnendus de Caesaris caede libellus, inscriptus Brutus. Patria rhetoris a Plutarcho non proditur. Sed debebat eius nomen adiici catalogo illi Fabriciano. Schneiderus sane (ap. Wetzel. ad Cic. Brut. 88.) *Charmadam* ex Cic. de Or. 2, 88, et altero nostri XI, 2, 26.

5 Sed si forte aliquis inter dicendum effulserit ex-

loco, restituendum hic pro illo Eriphylo censet; sed mihi hoc non persuadet, cum propter ductuum diversitatem, tum propter patriam; Charmadas enim Atheniensis videtur, quanquam expressum hoc apud neminem invenio. Quintiliano aliquem hic errorem imputare religio mihi quidem non fuerit. Verum hominem aliquem, Empyli nomine, qui memoria imprimis polleret, inter veteres celebratum omnino negare non sustineo; cum vel Brutianus ille possit intelligi. Ille alter XI, 2, 14. *Eurypylus Larissaeus*, ut protinus confessione hac ignorantiae defungar, etiam minus, quis et qualis esset, indagari potuit. Longe enim sane abest quod Petrus Gerardus Dukerus (libro infra memorando) demonstrat apud Diogenem Laërtium mentionem fieri *Eurylochi*, sceptici (lib. 9, 68.), item *Eurylochi Larissaei* (2, 25.), hominis Socratis aetate potentis et divitis, qui Libanio (Decl. 29.) sit Carystius (mendose tamen, ut recte monet Menagius): et ipse hoc agnoscit Dukerus. Quod autem ad Aristot. Polit. (in Addendis p. 491.) Schneiderus *Eurypylum* ex Aleuadarum familia (in quo quidem est patriae cum nostro communio) ostendit apud Herodotum 9, 58., item *Eurypylum* scriptorem apud Athenaeum 11. p. 508., ut et plures *Eurypylos* et *Eurypylen* in bibliotheca Apollodori, hoc, inquam, semina saltem quaedam habet inveniendae fortasse aliquando probabilis de hoc nostro coniecturae. Nihil praeterea apud VV. DD. reperi, nec ipse quidquam erui." Spalding.

§. 5. *aliquis*] Turic. Flor. (hic a sec. m.) Voss. 1. 3. *aliqui* (vid. Heind. ad Cic. N. D. p. 378. Zumpt Gr. p. 116. Cic. Rep. I, 44.) unde Burm. efficit *alicui*. Sed pronomine indiget color: quod bene intellexit Spald. Caeterum ne nunc quidem multum recedo ab ea sententia, quam de pronomine hoc post particc. conditionales posito proposui in scriptione scholastica de locc. quibusd. Xenophont. Mem. Socr. (Lips. 1819. ap. Reclam.)

effulserit] „Guelf. *obfulxerit*. Goth. *effluxerit* cum Vall. Voss. 2. marg. Colb. Cf. Burm. ad Declam. 9, 7. ubi *offulsit* restituit e Codd., et Drakenb. ad Sil. 13, 114. (*Cum subito dextrum offulsit conatibus omen*) ubi itidem pro *effulsit* alterum illud e MS. repositum. Quod quo minus hic quoque placeat, obstare videtur *inter dicendum*. Litteram X huic vocabulo infulciri solitam vide apud Drakenb. ad Liv. XXI, 62, 4." Spald.

color] „Turic. *cohors* cum Alm. (non Flor. cf. X, 5, 20.) Fuisse *colos* suspicatur Burm., non ego. An *aliqui — effulserint extemporales colores?* Sed hoc displicuerit." Spald. Si quid mutandum est, equidem in illo

temporalis color, non superstitiose cogitatis demum est inhaerendum. Neque enim tantum habent curae, ut non sit dandus et fortunae locus, cum saepe etiam scriptis ea, quae subito nata sunt, inserantur. Ideoque totum hoc exercitationis genus ita instituendum

cohors latere putaverim *coloris*, ut sic legatur: *Sed si forte aliquid — effulserit extemporalis coloris.* quo modo apud Cic. Senect. c. 10. extr. *aliquid pristini roboris* dicitur.

effulserit extemporalis color] „Quem Obrechtus hic substituere velit, *calor*, probatus Burmanno et Gesnero, lenissima reponatur mutatione. Et in extemporalitate est sane *calor;* cuiusmodi aliquid e sequenti capite §. 12. huc advocat Burm. „„si *calor* ac spiritus — successum *extemporalem.*““ Opponitur *calor* diligentiae X, 3, 18. Ipsi cogitationi idem ille *calor* tribuitur VIII. Pro. 27. X, 3, 6. Sed *effulgendi* verbum *calori* parum convenit, qui non spectatur, verum sentitur. *Color* autem, quem technico illo tantum significatu accipere nimis fortasse assuevimus, de quo vide IV, 2, 88. acc. X, 1, 116., hic fuerit *splendor, nitor.* Alius *extemporalitatis* color, alius *extemporalis;* ille speciem dat ex tempore fusae orationis, hic ex ipso rei praesentis instinctu oboritur. Proprie usurpantes *colorem* rhetores simulationem magis significant, quam ornatum; latiore usu *color* tribuetur singulis in dicendo locis, qui exquisitiore cultu nitescunt, quaedam velut orandi munditiae. Ita Cicero Pompeium, conferens eum tabulae magni cuiusdam pictoris, „„omnibus a se pictum et politum artis *coloribus*““ ait (ad Att. 2, 21.). Sunt quales ληκυθοι (ib. 1, 14.). Mox noster X, 7, 7. „„scriptorum *colorem*““ quem „„subito effusa reddant““ significat quidem speciem, sed ornatam eandem et splendore aliquo renidentem. Laudatum in extemporalibus, non quidem Gallionem, sed Cassium Severum, suaque praeparata longe antecedentem, apud Senecam patrem (praef. lib. Exc. Controvv. 3.) demonstrat Gesnerus.“ Spald.

superstitiose] nimis sollicite et curiose. Similiter hoc verb. dic. I, 1, 13. Eodem fere modo *scrupulose* usurpatur, velut IV, 5, 6. V, 14, 28.

demum] Vid. ad 1, 44. cf. 2, 8. Plin. Epist. X, 33. „Nobis autem utilitas *demum* spectanda est.“ Brem. ad Suet. Aug. c. 24.

fortunae] „Fortuna et hic et §. 6. in rebus est, quae subito oriuntur et improviso occurrunt. Haec fortuna facit, ut ex tempore interdum dicamus.“ Wolff.

subito] „ex tempore.“ Wolff. Irrumpent enim optimi nonnunquam sensus. Cf. 3, 33.

hoc — genus] cogitatio.

est, ut et digredi ex eo et regredi in id facile possimus. 6 Nam ut primum est domo afferre paratam dicendi copiam et certam: ita refutare temporis munera longe stultissimum est. Quare cogitatio in hoc praeparetur, ut nos fortuna decipere non possit, adiuvare possit. Id autem fiet memoriae viribus, ut illa, quae complexi animo sumus, fluant secura, non sollicitos et respicientes, et una spe suspensos recordationis, non sinant providere: alioqui vel extemporalem temeritatem malo quam male cohaerentem cogitationem.

regredi] „Sic Turic. (a sec. m.) Camp. cum Palat. Gebh. A pr. ille cum Flor. *redi*, qui a sec. m. *redire*, et sic reliqui.“ Spald. Modo *degredi* Voss. 1. pro *digredi*. Vid. Ellendt. ad Cic. Brut. 21, 82.

§. 6. *refutare*] „Valde huic verbi potestati congruit locus Ciceronis pro Rabir. Post. 16. „„quam bonitatem non modo non aspernari ac *refutare*, sed complecti etiam et augere debetis;““ et coniungit eundem cum nostro Gesnerus in Thesauro. Cf. et Salm. ad Capitolin. in Ant. Pio 5. p. 257. Incidit hoc plane in Franco-Gallorum *refuser*, ut et alio quodam *frustrandi* significatu. vide mox *renunciabit*.“ Spald.

sumus] Turic. (a sec. m.) *sumimus*. Goth. Camp. et edd. ante Basil. *simus*.

non sollicitos] Turic. (a sec. m.) *nec soll.* lens. et edd. posterr. ante Leid. exc. Basil. acc. Roll. Capper. *ne sollicitos*.

sollicitos et] Turic. Flor. *sollicito sic*. Ille a sec. m. *sollicitos sic*; hic receptam praebet. Sed *ac* potius pro *et* scribendum videtur.

non sollicitos — providere] „Paullo durius haec dicta videntur, cum desit copula, quae cum prioribus haec iungat. Sed sciendum, plus semel a Fabio copulam omitti, cum sequitur enunciatio nonnisi ad priorem accuratius explicandam destinata. Illud enim *fluant secura* quid sit, patet ex ils, quae subiiciuntur: *non soll. — providere*. Accedit, quod, prius *non* in *nec* si mutatur, facile obscuritas loco oboriatur.“ Haec bene Wolffius: in quibus tamen non acquiescens Genslerus ita refingendum esse hunc locum putavit (p. 63.): *fluant secura neque* [certe *nec* scribendum erat] *sollicitos et resp. — recordationis, nos* [libri omnes *non*] *sinant providere*. Namque duplex illud *non* durissimum esse.

providere] „futurum anxiorum modo.“ Wolff. „in futurum prospicere, an reliqua orationis mem-

Peius enim quaeritur retrorsus, quia, dum illa desi- 7
deramus, ab aliis avertimur et ex memoria potius repetimus quam ex materia. Plura sunt autem, si utrumque quaerendum est, quae inveniri possunt quam quae inventa sunt.

bra apte satis sint cohaesura." Burmann.

§. 7. *retrorsus*] „respiciendo, an cogitata omnia sint dicta." Wolff.

dum illa] „Sic Turic. Flor. Camp. cum Alm. Reliqui *cum illa*. cf. XI, 3, 48." Spald.

ab aliis] „quae sequi debent." Wolff.

repetimus] Flor. (a pr. m.) *respectibus*. Voss. 3. Obrecht. *res petimus*.

Plura sunt autem] Cf. ad 1, 78. (*nihil enim est*) et Ellendt. ad Cic. Brut. 49, 181. p. 130.

si utrumque] „tum ex memoria, tum ex tempore. cf. X, 7, 33." Wolff. Sed pro *si utrumque* Turic. Flor. praebent *strutius utrumque*. Ille a sec. m. *sed strictius utr.*; hic nostrum. Camp. *si strictius utr.* Aliquid turbare dicitur Almel. Emendat Burmann. *si utrum rectius*; Gesnerus *si utrumque*, ut sit *quovis modo, omnino*: „*Si* quacunque ratione *quaerendum* est, necessitas cogit dicentem memoria fallente quaerere, potius antrorsus quaerat, cum *plura* sint *quae inveniri* ab homine non stupido *possunt, quam quae* domi iam ab eo *inventa* et in commentarios relata; memoriae quidem commendata *sunt*. Quaerendum, inquam, non quid dixerimus, omiserimus; sed quid iam dicendum sit. Aliquoties haec vox labendi librariis occasionem dedit. Vid. XI, 2, 24. XI, 3, 101." Sed tali sententiae Spald. necessarium censet *utique*, non *utcunque*, in quo, si *strutius* illud nihil in recessu habere iudicetur, se quidem acquiescere. Ego vero in ea sum sententia, ut *sicubi nobis* (struti $\overline{us}$) *utrumque* scribendum esse existimem.

CAPVT VII.

DE FACVLTATE EX TEMPORE DICENDI.

I. Haec facultas commendatur. II. Quomodo paretur. Huc facere A.) artem, B.) studium; ex quo utroque existere usum irrationalem (ἄλογον τριβήν): C.) etiam imagines rerum animo concipiendas et nonnulla alia. III. Quomodo conservetur. — Pauca alia adduntur.

1 I. Maximus vero studiorum fructus est et velut praemium quoddam amplissimum longi laboris, *ex tempore dicendi facultas:* quam qui non erit consecutus, mea quidem sententia civilibus officiis renunciabit et solam scribendi facultatem potius ad alia opera convertet.

„*Extemporalem facultatem* primus reperit *Gorgias Leontinus*, ut auctor est Philostratus. Is enim ausus est dicere in auditoriis, qua de re quis audire vellet. Alii aiunt a *Pericle* inventam fuisse, alii a *Pythone Byzantio*, alii etiam ab *Aeschine*, postea quam missus est in exilium.“ Pseudo-Turnebus. „Videndi commentatores ad Petron. cap. VI. Cresoll. Theatr. Rhet. lib. III. cap. 11.“ Burmann.

§. 1. *et velut*] Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. omittunt *et.*

praemium quoddam ampliss.] „Turic. *primus quidam plius* (postremae vocis primis duabus litteris superponitur *v* littera). Flor. Guelf. *primus quid amplius* cum Voss. 1. 3. Bern. Omittit *amplissimum* Camp. cum Goth. Voss. 2. Vall. (sed ex hoc expuncta dicitur vox *amplius*) Gryph. Sed *amplius* pro superlativo reliquae edd. ante Stoer. *Praemium* et *primum* confundi a librariis docet hic Burm. cf. III, 11, 28.“ Spald.

renunciabit] Spald. conferri iubet dicta ad I, 2, 20. ubi de *sensu communi* (le sens commun Gall.) haec legas: „Neque hoc solum est vocabulum, quod iam ab argentea, quam vocant, Latini sermonis aetate coeperit in eam significationem deflecti, quam nunc tuetur in lingua Francogallica. Eius generis sunt haec: *renunciare*, *privilegium*, *publicare*, quae plane recenti sensu leguntur iam apud Senecam. De voce *vivax* videbimus ad II, 6, 3.“ — De *civilibus officiis* cf. II, 4, 27. XI, 3, 22. XII, 2, 6.

nim bona fide viro convenit auxilium in publi-
olliceri, quod in praesentissimis quibusque peri-
lesit: ut monstrare portum, ad quem navis ac-

fide] Sic Turic. Flor. pr. m.) Camp. quibus itavi obtemperare. Reli-*ae fidei*. Cf. ad 3, 12. etiam Ramshorn. Gr. 40. I. 1) p. 254. sq. — *lec* pro *Vix* Camp. Ald. Vidov.

blicum polliceri] Prae-tamquam supervacanea, nda videbatur Regio, cui ns Aldus est: et omittit 1. „Sed reliqui, inquit ius, recte retinuerunt, et Ascensius vindicavit. Vt *publicum consulere, pro-* etc. dicitur, ita nescio, *in publicum polliceri* sit orator, qui eloquen-lentibus suis promittit. *i* enim est profiteri, ut *ittere*. Vid. ad Petron. et ita *polliceri operam* odem sensu dixit Cicero cap. 6."

nstrare] „Turic. Flor. amp. *intrare* cum Goth. 2. 3. Vall. Bern. Io-lm. et edd. ante Ald. il. [Colon. 1527.] Aldus et Cervic. *monstrare* de ra Regii, Badius ut pro-eres ductus reposuit *in-* quod habent reliqui, ad-Gryph. inde *ut*. Quod igius esse putabat ab an-criptura *monstrare*, id ad eam accedit, testi-bus diplomatum tabulis; nec verbi potestas ipsa tam apta est in *indicando* quam in *mon-strando*. Sed inserendo *ut* post *desit* non poterant defungi, qui re-stitutum cuperent locum." Spal-ding.

portum, ad quem navis] „Tu-ric. Flor. *p. at al* (cf. X, 5, 20.) *intra possum n.* Hic a sec. m. nostrum, ille pro *intrare p. — n.* reliquis omnibus deletis haec: *intra portum navis*. Quae qui-dem scriptura eo me deducit, ut Qu. ipsius manum hanc fuisse putem: *ut intrare portum navis nisi l. s. v. n. p.* Implicatur si-militudo ipsi orationi et per in-speratum adnectitur rei, cui il-lustrandae inservit. Sic modo X, 4, 4. *ut opus poliat lima* et IX, 2, 78. *ut — eludant*, ubi non debebam nullam agnoscere com-parationem. Subito oborta com-paratio est et infra §. 23. item X, 3, 7. *flatus, danda vela*, et X, 1, 4. *athleta*. X, 3, 10. *ferocientes equos*. XII. Pro. 2. *nec adhuc a litore*. XII, 7, 4. *portum*. Praeterea frequentissi-mum est nostro subiungere sen-tentias per *ut* inductas, de quo genere egi in disputatione de Marcelliana p. 61 — 65. [Atque hic quidem facile absorberi *ut* illud poterat.] Illa profecto in Turic. et Flor. prima manus ni-hil nisi criticam continebat ani-

2 cedere nisi lenibus ventis vecta non possit. Siquidem innumerabiles accidunt subitae necessitates vel apud magistratus vel repraesentatis iudiciis continuo agendi. Quarum si qua, non dico cuicunque innocentium civium, sed amicorum ac propinquorum alicui evenerit, stabitne mutus et salutarem petentibus vocem statim, si non succurratur, perituris, moras et secessum et silentium quaeret, dum illa verba fabricentur et me-

madversionem: „„*intrare portum* at alii““ (vel potius *alii* solum) „„*intra portum*.““ Mox cum obscuratum esset verbum *intrare*, altero indigere se senserunt librarii, qui inseruerunt *accedere*, quod nunc sane est in ipsis vetustissimis.“ Spald. Vulgaris lectio, in qua ad verba illa *ut monstrare portum* intelligunt *vix bon. fid. viro convenit*, satis duram constructionem habet.

nisi lenibus ventis vecta non possit] Turic. *non l. ventibus v. n. p.*, a sec. m. *non l. ventis vectari p.* Camp. *nisi l. v. vecta p.*

vecta] „Malim *acta*. Navem enim *ventis vectam* poetis, puto, relinquemus. cf. §. 23.“ Spald.

§. 2. *accidunt*] Turic. Flor. Camp. *accedunt*.

apud magistratus] „apud principem vel senatum; cf. III, 10, 1.“ Wolff. Vt appareat, aliquoties Quinctilianum ostendere caussas apud magistratus oratas extraordinario iudicio, Spald. confert III, 10, 1. IV, 1, 72. V, 13, 6. Hoc tamen doceri vult Wolffius, cur apud hos nominatim oriatur subita necessitas et ex tempore dicendum sit. Proferendum esse locum, unde pateat, a magistratibus interdum diem non praedictum esse.

repraesentatis iudiciis] maturatis ante diem. Sic *repraesentare pecuniam* est ante diem solvere.

petentibus — perituris] „Dum petunt ii, qui, nisi succurratur, statim perituri sunt.“ Spald. Verum pro *statim* Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Voss. 1. 2. et edd. ante Stoer. praebent *statimque*, quod et ipsum defendi potest. Sed magis probabitur altera scriptura.

illa verba] „i. e. illa tam egregia, quibus superbit. Sic §. 8. „„velocitas *illa*,““ etiam quodammodo §. 10. „„brevia *illa*““ et §. 32. „„*illa* elaborata““; ut non indigeamus mutatione, quam ad Dial. de Orat. c. 9. suadet Schelius „„*illic* verba.““ Spald.

fabricentur] Turic. Flor. (his a pr. m.) *fabricantur* (iidem modo *quaerat*); Iens. Tarv. *fabricetur*, de quo vide Spald. ad IX, 3, 6. unde patet, *fabricare* Quinctiliano minus insolens

moriae insidant et vox ac latus praeparetur? Quae 3
vero patitur hoc ratio, ut quisquam sit orator impa-
ratus ad casus? Quid, cum adversario responden-
dum erit, fiet? Nam saepe ea, quae opinati sumus
et contra quae scripsimus, fallunt ac tota subito causa
mutatur; atque ut gubernatori ad incursus tempesta-
tum, sic agenti ad varietatem causarum ratio mutanda
est. Quid porro multus stilus et assidua lectio et 4
longa studiorum aetas facit, si manet eadem, quae
fuit incipientibus, difficultas? Periisse profecto con-

visum fuisse quam deponens *fabricari*. Cf. supra 3, 18.

insidant] *Insido* et *insideo* quid differant, demonstrare non opus est. Vid. tamen Burmann. ad II, 1. p. 127. ad Declam. XIII, 4. p. 275. Spalding. ad VI, 2, 31.

§. 3. *vero*] Turic. Flor. (hic a sec. m.) Alm. *mora*.

ratio] Turic. Flor. Guelf. Iens. Tarv. *oratio*. Sed Turic. a sec. m. *orto*. Goth. Voss. 2. omittunt *patitur*. — „*Ratio* sive ars, quae praecipitur, theoria, quam hodie dicunt." Wolff. Cf. supra 3, 15.

imparatus ad casus] „Turic. Flor. Guelf. *aliquando mittere casus* cum Goth. Voss. 1. 2. 3. Alm. Bern. *aliquando mitteretur c.* Iens. Tarv. Nostra quidem in ipso Camp. sed reposita haud dubie a corrigente. Burmannus tentat: *qui aliquando mutiret ad casus*, verbum *mutiendi* errori locum dedisse tenens, etiamsi aliter ordinata fuerit structura. Mihi tale quid succurrit: *ut quisquam nesciat orator aliqua committere casui*. Dativum quidem illum alibi vix reperio. Neque tamen *casu* scribere ausim, antiquo more." Spald. „Quae coniectura an vera sit, ut non meum est iudicare, ita patet, loci sententiam non mediocriter ea sustentari." Wolff.

Quid] Camp. *aut quid*.

contra quae] „i. e. adversus quae." Wolff.

ad incursus] „Quosdam legere *ad incursus quoque*, notat Ascensius, qui vocem *quoque* vel reiiciendam, vel in *quosque* mutandam censet." Burmann. Posterius commendat Genslerus, me quidem non probante. Magis placeret, si quis post v. *agenti* interponendum *quoque* illud existimaret: *ut gubernatori — sic agenti quoque*.

§. 4. *multus*] Turic. Flor. (a pr. m. uterque) *multis*.

studiorum] Guelf. Voss. 1. 2. 3. Goth. *studio*. Cf. supra 1, 44. Simil. XI, 3, 50. Turic. Flor. *iudicio* pro *iudiciorum*.

longa studiorum aetas] „i. e. longa aetatis pars et annorum series, per quos studiis opera

fitendum est praeteritum laborem, cui semper idem laborandum est. Neque ego hoc ago, ut ex tempore dicere malit, sed ut possit.

II. Id autem maxime hoc modo *consequemur*.

A.) Nota sit primum dicendi via. Neque enim prius contingere cursus potest quam scierimus, quo sit et qua perveniendum. Nec satis est non ignorare, quae sunt causarum iudicialium partes, aut quaestionum ordinem recte disponere: quamquam ista sint praecipua: sed quid quoque loco primum sit ac secundum et deinceps: quae ita sunt natura copulata, ut mutari aut intervelli sine confusione non possint.

data est." Wolff. Atque Burmannus etiam de longo tempore, quod quis studiis impendat, intelligens haec addit: „Quae si cui durior locutio videatur, is sciat, et *aetatem* tribui aliis rebus, ut aedificiis, vino etc. de quibus vide Iuret. ad Symmachi lib. I. epist. 5." Quamquam haec ne sunt quidem necessaria. Namque *studiorum aetas* obiective, ut vulgo loquuntur, h. l. dicitur. Comparat Spald. I, 8, 8. ad quem locum laudat Horatii Sat. I, 4, 132.

idem] Turic. Voss. 3. omittunt.

consequemur] Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. *consequimur*.

§. 5. *dicendi*] „Turic. Flor. *at* (cf. §. 1.) *aliquendi* cum Alm. (sed hic omisso at). Ille a sec. manu *alloquendi*, hic nostrum. Camp. *eloquendi*." Spald.

quae sunt causarum] Genslerus (p. 64.) *sint* legendum putat pro *sunt*; atque Colon. etiam ed. (1527.) coniunctivum praetulit. Sed nihil quidquam h. l. mutandum censeo. Hic enim apertior etiam quam supra 5, 1. indicativi ratio est. Deinceps vero rectissime factum, quod Spald. ex optimis codd. Turic. et Flor. coniunctivum restituit, quum vulgo legeretur *quamquam ista sunt praecipua*. Vid. ad 2, 21. Ellendt. ad Cic. Brut. 30, 115.

sit ac secundum] Sic Spald. cum Turic. (sec. m.) qui *sed ad s.* a pr. m. In Flor. est *si ad s.*, sec. m. *sit quid s.* et sic reliqui exc. Guelf. qui *s. atque s.* et Camp. qui *s. quidque s.*

et deinceps] Sic Spald. cum Turic. Flor. Reliqui *ac deinceps*.

mutari aut intervelli] Confert Gesnerus XII, 9, 17. ubi Spald. „*Intervellendi*, inquit, vocabulum in Lexicis satis explicatum actum designat tollendi ex integro aliquo ea quae nimia videntur; et ita fere dictum est supra X, 7, 5."

Quisquis autem via dicet, ducetur ante omnia rerum 6
ipsa serie, velut duce: propter quod homines etiam
modice exercitati facillime tenorem in narrationibus
servant. Deinde, quid quoque loco quaerant, scient
nec circumspectabunt nec offerentibus se aliunde sen-
sibus turbabuntur nec confundent ex diversis oratio-
nem, velut salientes huc illuc nec usquam insistentes.
Postremo habebunt modum et finem, qui esse citra 7
divisionem nullus potest. Expletis pro facultate om-

§. 6. *via dicet, ducetur*] „Sic Flor. *vi adicet ducet ducetur* Turic. *vi adiciet d.* a sec. m. *adducet d.* Guelf. *viamque discet d.* Camp. *viam discet d.* Goth. Voss. 2. Vall. Bad. Basil. [Colon. 1527.] *viam ducet d.* Voss. 3. *via ducetur d.* Iens. cum edd. posterr. ante Ald. (err. Burm.) Reliqui *viam qua sit ingrediendum discet d.* quod in quibus exemplaribus is qui hoc testatur Regius invenerit, equidem non reperio, ut ipsius glossam putem." Spald.

via dicet] „i. e. ordine et ratione utetur in dicendo. cf. II, 17, 41. IV, 5, 3. VII, 10, 5. VII, 2, 56. Cic. Orat. 33. initio. Quanquam nullo horum quidem locorum adeo praecise usurpatur haec locutio. Sed referebat hic breviorem esse, ut in re modo diligenter explicata, quid esset *dicendi via*." Spald.

ante omnia — Deinde] Cf. ad 2, 4.

quaerant, scient etc.] Debebant haec dici per singularem, quum praecessisset *quisquis*. Sed intervenerant isti *homines*, ad quos deflexit oratio.

circumspectabunt] „Cf. X, 6, 6. et 7." Wolff.

confundent — orationem] „Cf. X, 5, 23. *quo fit — confundant*." Wolff.

usquam insistentes] Turic. Flor. (hic a pr. m.) Camp. *unquam insistentes. Insistere* h. l. est subsistere, gradum sistere. Ablegat Sp. ad not. crit. IX, 4, 18.

§. 7. *citra divisionem*] i. e. sine dispositione: qua potestate *citra* apud Fabium et aequales legitur saepissime. Vid. I, 5, 64. 10, 33. II, 16, 13. III, 6, 60. XII, 2, 1. supra 1, 2. etc. Plin. H. N. VII, 29. Plin. Epist. II, 1, 4. Dial. de Oratt. c. 27. et 41. Sueton. Iul. c. 28. ubi vid. Brem. Cf. Nolten. in Lex. Antibarb. Similiter Graecis dicitur ἐκτός: velut Sophocl. Antig. 330. ἐκτὸς ἐλπίδος γνώμης τ' ἐμῆς. quibus verbis Latine vertendis ut adhibeas *praeter*, sic in Latinorum quoque locis quibusdam illud *citra* per *praeter* quam per *sine* explicare commodius poteris. Flor. III, 1, 2. „*citra* spem omnium fortuna cessit." ubi vid. Duker.

Expletis pro facultate] „Tu-

nibus, quae proposuerint, pervenisse se ad ultimum sentient.

B.) Et haec quidem *ex arte*, illa vero *ex studio*: ut copiam sermonis optimi, quemadmodum praeceptum est, comparemus; multo ac fideli stilo sic formetur oratio, ut scriptorum colorem etiam quae subito effusa sunt reddant: ut cum multa scripserimus, etiam
8 quam multa dicamus. Nam *consuetudo* et *exercitatio*

ric. Flor. (hic a pr. m.) omittunt *pro*." Spald.

omnibus — pervenisse se ad] „Turic. *o. proposuisse ad.* Flor. *o. proposuissem ad*, a sec. m. nostrum, nisi quod *proposuerunt*." Spald.

Expletis — sentient] „Scabra haec est oratio ex copulae defectu. Inseram *enim* post *expl.* Sed in eo quoque haereo, quod additur *quae proposuerint*, in quo magis eorum est significatio, quae cum auditoribus communicaverint orantes, quam quae ipsi intra se taciti disposuerint (cf. lib. 4. cap. 4.). Hasce difficultates vitaris legendo *omnibus pervenisse se*. Quod si audacius videatur, scribe *o. propositis pervenisse se*. In participio enim illa, quam dixi, potestas minus inest. (cf. ad III, 8, 42. p. 584., sed et hic not. crit.)" Spald. Scabram orationem agnovit Wolffius quoque, cui *et* praeponendum videtur, ut uno tenore decurrant duae assertiones: *Postremo — potest* et: *Expletis — sentient*. Malim equidem: *expletisque pro facult*, etc. Nam *que* adiunctivae particulae magis etiam hic locus erat quam copulativae. De reliquis neque Wolffius adsentitur Spaldingio, neque ego. Nam in illa significatione (*eorum, quae cum auditoribus communicaverint orantes*) simul haec inest, quam h. l. requirebat Spald.

arte — studio] „*Ars* continetur praeceptis, *studium* exercitatione." Wolff. qui idem recte ad *illa vero* intelligit ea, quae sequentibus dicuntur per *ut* particulam.

quemadmodum praeceptum est] „Ab initio inde huius libri." Gesner.

comparemus; multo] „Inserendum censeo *ut*, quod concinnitas postulat; nec geminationem moror protinus recurrentis alia potestate *ut*. (cf. X, 6, 4.)" Spald. Probat Wolffius. Mihi non usque eo necessarium *ut* videtur, ut reponendum iudicem.

scriptorum colorem] Vid. ad 6, 5. — Mox pro *etiam quae* Goth. Voss. 2. Iens. et edd. posterr. ante Basil. *etiam ea quae*.

effusa sunt] Guelf. *effusa sint*.

ut cum — dicamus] „Haud minus frequentem vult esse dicendi, quam scribendi exercitationem." Wolff.

litatem maxime parit: quae si paululum intersa fuerit, non velocitas illa modo tardatur, sed im os quoque concurrit. Quamquam enim opus naturali quadam mobilitate animi, ut, dum proia dicimus, struere ulteriora possimus semperque tram vocem provisa et formata cogitatio excipiat:

iam quam multa] Adhuc batur *etiam multa*. „Turic. *nque multa*, a sec. m. *etiam n m.* [et sic Pariss. codd. 7. Camp. *etiam et m.* Iens. *n qui m.* cum edd. ante Ald. *quam* hoc *qui* depravari a usdam narrat Regius, inter pretandum in auditoriis, susr; neque enim in libris re- excusis. Badius hoc ipsum sse in codice sublatum a a existimat, cum sententiam tueri voluerit; vide Elegg. , 1, 17. p. 55. seqq. Dubinequit, quin *quam multum*, rsa iam et evanescente exiationis forma, in potestatem ationis abierit apud scriptovelut est Cic. Verr. 3, 88. *erunt alii alia quam multa*. . H. N. 14, 21, p. Hard. 728, *m multis peremtis*, vide Le-. Itaque sane hic illud ipsum *m* a Qu. profectum suspicor.“ ld. Cf. Heldius ad Caes. B. , 55. B. G. VIII, 11. Büne- m. ad Lact. Div. Inst. 1, 5,

8, *non veloc.*] „Turic. Flor. : a pr. m.) omittunt *non* Goth. 2.“ Spald. De seq. cf. §. 2.

id] „Sic Turic. Flor. Guelf. ap. [Colon. 1527. eademque omittit *tardatur*] cum Goth. 1. 2. Voss. 5. Vall. Alm. et edd. ante Bad. Ex huius quidem coniectura reliqui (praeter Basil.) nostrae voculae subiiciunt *et νάρκημα*, mira levitate. Idem et *ἄγημα* (cf. Steph. Thes. Vol. I. p. 7. et 91.) hariolatus erat et *αἷμα*. Graecum nomen ullum aut lacunam inserendo relictam cave credas inveniri in ullo librorum, quos negligentiores hic critici tacent.“ Spald.

os quoque concurrit] „Turic. Flor. *atque c.* cum Alm. Alter a sec. m. *coit atque c.* et sic Guelf. Voss. 3. cum reliquis omnibus [etiam Colon. 1527.] Nostrum primi recepimus ex verissima Gesneri coniectura, qui et ipse in textu ponere debebat. Turic. a sec. m. *eque c.* Quod autem idem *concurret* habet, verius puto, sed supra scribendum *tardabitur*. [Quae sane lenis admodum et facilis mutatio est.] Lochmanni coniecturae nihil hic proficiunt, suadentis „„sed *ipsa* [velocitas] coit atque concurrit,““ vel „„sed *ut hoc* ipsum coit atque concurrit.“ “ — Quid apud Romanos sit *os concurrens*, Lexica docent in voce *concurrendi*.“ Spald. „*Os concurrit*, cum prae anxietate dicentis

9 vix tamen aut natura aut ratio in tam multiplex officium diducere animum queat, ut inventioni, dispositioni, elocutioni, ordini rerum verborumque, tum iis, quae dicit, quae subiuncturus est, quae ultra spectanda sunt, adhibita vocis, pronunciationis, gestus
10 observatione, una sufficiat. Longe enim praecedat oportet intentio ac prae se res agat: quantumque dicendo consumitur, tantum ex ultimo prorogetur: ut, donec perveniamus ad finem, non minus prospectu procedamus quam gradu, si non intersistentes offensantesque brevia illa atque concisa singultantium modo eluctaturi sumus.

musculi oris invitis etiam trahuntur et convelluntur, ut labia et lingua quasi trepident. Cf. XI, 3, 56." Wolff. Add. XI, 3, 121. ubi Spald. comparat Horat. Sat. I, 6, 57. *infantem pudorem*, qui loqui non sinit. Confert Wolfius Graecorum *βαμβαλνειν*. Vid. etiam Ernest. Lex. Techn. Lat. Rhet. p. 80.

§. 9. *ratio*] „sive ars §. 7. — *ordini rerum verborumque*; significatur compositio." Wolff.

§. 10. *praecedat — intentio*] „Animi intentio attendat non tantum ea, quae modo dicuntur, sed etiam quae ultra sunt dicenda." Wolff. Cf. I, 1, 25. ubi simil. dicitur *antecedens memoria* (vid. Wolff.) Praeterea vid. XI, 2, 3. quem locum citavit iam Gesnerus. — Guelf. Voss. item Pariss. aliquot omittunt *oportet*. Non imiter.

prae se] „antequam ad ipsas has res perveniat." Wolff.

ex ultimo] „quod modo dictum est" inquit Wolff. Sed hoc quidem parum probabile est. Neque enim *ultimum* hoc aliter potest intelligi nisi de eo, quod dicendum est, quod reliquum est dicendum post ea, quae nunc cum maxime pronunciamus. Supra §. 8. dixerat *ulteriora*.

prorogetur] „i. e. repraesentetur, [*ante sumatur*, Wolff.] potestate ad solutionem pecuniarum pertinente, de qua vide Lexica. Et idem *praerogare*." Spald. Apposite etiam *consumitur* dixerat.

offensantesq.] Cf. supra 5, 20. et XI, 3, 130. Ad *brevia illa* cf. §. 2. *Concisa* sunt secta in minutas particulas. Cf. Spald. ad XI, 3, 170.

eluctaturi] Sic scripsi iubente Spaldingio, quod idem quum sensus loci tum praestantissimi codd. suadere videbantur. Vulgo erat *eiecturi*. „Turic. *elucturi* cum Alm., a sec. m. *elicturi*. Flor. *electuri* (cf. X, 5, 20.) Burm. suadet *eructaturi*, appellato Heinsio ad Ov. Metam.

Est igitur usus quidam irrationalis, quem Graeci 11

14, 211. Nos, *eluctaturi*. De voce et verbis hoc Tacit. Annal. 4, 31. Stat. Achill. 1, 525. *Eiicere* enim vix est *singultantium*, sed nimis properum. *sumus* pro reliquorum *simus* dedimus e Turic. Guelf. Camp. cum Goth. et edd. ante Stoer. [quibus accedunt etiam Pariss. plerique.]" Spald.

§. 11. *usus quidam*] Turic. *vivi q.* Camp. *via quaedam.* Reliqui omnes, etiam Pariss. et Colon. (1527.), nostrum.

irrationalis] „Turic. (hic *in.*) Flor. Guelf. [omnes Pariss. Colon. 1527.] *irrationabilis* cum Goth. Voss. 2. 3. Alm. et edd. post Camp. ante Stoer. acc. Gibs. Obr. Roll. (non Leid.) cf. II, 16, 16." Spald. cuius illic legitur haec adnotatio: „*irrationalia.* Vnum Cod. Turicensem auctorem nactus reposui scripturam, quae non dubito quin vera sit. Ceteri omnes libri consentiunt in *irrationabilia*, et solet Quintilianus a VV. DD. citari vindex huius vocis, pro qua scripsisse eum hic etiam: *irrationalia*, plane mihi est persuasum. Hoc quidem uno loco usurpasse barbaram vocem reperiretur, nam Declam. 325. p. (ed. Bip.) 258. *irrationabiles impetus* non moror. [Decl. 9, 16. *irrationabilis casus.*] *Rationalis* (III, 5, 4. III, 6, 53. 54. 81. 86. V, 10, 56. cet.) et *irrationalis* (VIII, 6, 13. X, 7, 11.) ceteroquin est apud eum. Et haec forma habet rationem, aliorumque scriptorum usum, ut Cornificii, seu script. ad Herenn. 2, 12. Neque enim adducor, ut Celso, Senecae aliisque latinitatis auctoribus tribuam *rationabilem* et *irrationabilem*, quas voces vix Appuleio imputem. Nihil agit Borrichius Cogitationibus de Lat. ling. aetatt. p. 150. „„ultimas et accuratissimas *editiones* Quintiliani"" appellando, cum ne Codd. quidem in huiusmodi quaestione multum proficiant. *Irrationabilis* est in omnibus, quantum video, Codd. et edd. X, 7, 11. nisi quod Stoerius et Chouetus (nescio unde) dant *irrationalis*, quos secutus est Burm. cum deseruissent Leid. Gibs. et Obr. Item III, 5, 4. Gothanus Cod. (tac. Gesn.) pro *rationalibus* dat *rationabilibus*. Num quid tamen apud quemquam valebunt huiusmodi auctores? Videntur itaque hisce medii aevi sordibus purgandi boni scriptores, ut *rationabilis* iam nonnisi apud Cangium quaeratur cum cognato suo *raisonnable.*"

quem] Colon. (1527.) *quam*, idemque Codd. Pariss. 3. 5. Avic. Andr. (Camp. sed hic etiam *via quaedam*, ut modo vidimus) dare narrantur: quod sane praeferas, si sequaris Zumptium Gr. Lat. §. 69, 4. adnot. p. (ed. 4.) 300. sq. Sed malim sequaris Ramshornium Gr. Lat. §. 159. b) Not. p. 354. sq. et Ochsnerum ad Eclog. Cic. p. 30. sqq. Quodsi talis relativi ratio ei se applicat nomini,

ἄλογον τριβὴν vocant, qua manus in scribendo decurrit, qua oculi totos simul in lectione versus flexusque eorum et transitus intuentur et ante sequentia vident, quam priora dixerunt. Quo constant miracula illa in scenis pilariorum ac ventilatorum, ut ea,

cuius maior eminet gravitas, non est quod *quem* illud reiicias, quantumvis deinceps *qua* dictum sit.

ἄλογον τριβὴν] „Quidam eam [rhetoricen] neque *vim* neque *scientiam* neque *artem* putaverunt: sed Critolaus *usum dicendi*, nam hoc τριβὴ significat.“ II, 15, 23. ubi Wolfius ἄλογον τριβὴν dicit usum, in quo ratio ob maiorem consuetudinem minus adhibeatur. Idem in Indice vocat *eine durch Uebung erlangte mechanische Fertigkeit*. Vid. etiam Ernest. in Lex. Techn. Lat. Rhet. p. 229.

qua — qua] „Sic Turic. (nisi quod secundo loco a pr. m. *quam*) Flor. Guelf. Camp. [Colon. 1527. et Pariss. omnes] cum Voss. 1. 2. 3. Bern. (hic tamen in priore non memoratur) Iens. Tarv. Ald. Basil. Reliqui *quo — quo*.“ Spald.

qua manus in scribendo] Apposite demonstrat Gesnerus locum Ciceronis de Or. II, 30, 130, „Neque enim, quoties verbum aliquod est scribendum nobis, toties eius verbi litterae sunt cogitatione conquirendae; nec quoties caussa dicenda est, toties ad eius caussae seposita argumenta revolvi nos oportet: sed habere certos locos, qui, ut litterae ad verbum scribendum, sic illi ad caussam explicandam statim occurrant.“

versus] Cf. ad 3, 32.

dixerunt] Turic. (a sec. m.) Paris. 13. *dixerint*.

pilariorum et ventilatorum] „Illos respondere praestigiatoribus quos hodie scyphorum vel perarum lusores appellamus, Lexica docent et quidem ex hoc modo loco, itemque unius inscriptionis auctoritate apud Fabrettum. Plures enim ne apud Forcellinum quidem testes invenio, sedulum alioqui lapidum litteratorum exploratorem. Hos plane nusquam praeterea reperimus hac quidem potestate, nisi forte huc pertinet, quem Gesnerus excitat in Thesauro, Prudentii versus Peristeph. 14, 78. „„Tu *ventilator* urbis,““ ubi commode agnoscas praestigiatorem, imponentem vulgo; possis tamen et eum, qui ignem ventilet. Accedit proxime ad Fabii notationem Suidas in voce ψηφολόγος, qui οἱ ψηφολόγοι ait τοὺς ὀφθαλμοὺς τῷ τάχει τῆς μεταθέσεως τῶν ψήφων ἀπατῶντες συναρπάζουσιν. Huiusmodi artificum mentionem apud veteres persequitur, quem indicat Burm., Casaubonus ad Athen. 1, 16. p. 19. B. et magis quidem perfunctorie ad Theophr. περὶ ἀπονοίας p. (Fisch.) 85. Cave

quae emiserint, ultro venire in manus credas et qua iubentur decurrere. Sed hic usus ita proderit, si ea, 12
de qua locuti sumus, ars antecesserit, ut ipsum illud, quod in se rationem non habet, in ratione versetur. Nam mihi ne dicere quidem videtur, nisi qui disposite, ornate, copiose dicit, sed tumultuari: nec fortuiti 13
sermonis contextum mirabor unquam, quem iurgantibus etiam mulierculis superfluere video: cum eo

ad *miracula* referas genitivum *pilariorum* cet., qui pendet a *scenis*; sicut et Alciphron 3, 20. ait se εἰς τὸ θέατρον adductum, cum venisset ad praestigiatorem." Spald.

emiserint] sc. manu.

§. 12. *ita proderit, si*] *Ita* pro *ea conditione* cum quadam restrictione dictum, ut XI, 3, 130. „Ambulantem loqui *ita demum* oportet, si in causis publicis, in quibus multi sunt iudices, quod dicimus, quasi singulis inculcare peculiariter velimus." Satis frequens haec dicendi ratio est; pro qua Caecina (ap. Cic. Epist. ad Fam. VI, 7, 13.) dixit *ea conditione, si.* Vid. Horat. Tursell. p. 371. sq. (ed. 5.) Ramshorn. Gr. Lat. §. 203. p. 674. Ellendt. ad Cic. Brut. 52, 195.

de qua locuti sumus] inde a §. 5—7.

ipsum illud etc.] intelligitur ille usus irrationalis.

in ratione versetur] „i. e. arte, artisque et rationis praeceptis contineatur." Wolff. Mox pro *copiose* Paris. 10. cum aliquot edd. *copioseque.* Sunt etiam, qui *dicat* praebeant, velut Voss. 1. 3.

sed tumultuari] Sic Turic. Guelf. et recepit Spald. Turic. a sec. m. *s. tumultuati.* Flor. Alm. Voss. 1. Iens. Tarv. *s. tumultuarii.* Sed Goth. (tac. Gesn.) Voss. 2. Camp. *nec tumultuarii.* (Pariss. omnes *tumultuarii*, alii tamen *sed*, alii *nec.*) Reliqui *Sed nec tumultuarii*, revellentes a praecedentibus, quae diremtio est in ipso Guelf. — „*Tumultuatur* orator, qui sine certo consilio vagatur nec ordinem et rationem quandam sequitur." Wolff. Cf. II, 12, 11. similiterque VII. pro. 3. ipsa oratio, quae careat ordine, tumultuari dicitur.

§. 13. *contextum*] „Significatur nonnisi continua oratio. cf. §. 26." Wolff.

superfluere] Hoc verbo Qu. etiam alibi utitur, velut XII, 10, 16. VIII, 2, 22. et opponit *deesse.* Sed ne Cicero quidem ab eius usu abhorruit. Brut. 91, 316. „Is dedit operam, ut nimis *redundantes nos et superfluentes* iuvenili quadam dicendi impunitate et licentia, reprimeret, et quasi extra ripas diffluentes coerceret." ubi sine idonea caus-

quod, si calor ac spiritus tulit, frequenter accidit, ut successum extemporalem consequi cura non possit.

sa reiecit Schützius. Cautior fuit Ellendtus, quem vide. Sed idem in simili caussa mallem obsecundasset Schützio, qui quod ibid. 46, 171. *retinnit quiddam et resonat urbanius* scribendum credidit pro *recinit quiddam* etc. veram lectionem restituisse existimandus est. Neque enim dubito, quin idem verbum reddendum sit Varroni R. R. lib. II. prooem. §. 2. quo quidem loco etiamsi nullum eius vestigium exstaret, ea res me quidem vix induceret, ut apud Ciceronem putarem respuendum esse. Quod autem verendum dicit Ellendtus, ne Ciceroni verbum obtrudamus, quod *in tota latinitate non ultra usitatum* sit, mihi quidem nimia videtur viri doctissimi verecundia: cuiusmodi fuit Bentleii quoque, quum apud Horat. Carm. I, 5, 8. *emirandi* verbum reiiciendum crederet. Nam si nihil fas est rectum esse, nisi quod bis saepiusve dictum reperiatur, de multis equidem locis Graecorum pariter ac Latinorum actum est. Sed redeat illuc, unde deflexit oratio. *Superfluendi*, inquam, verbo uti non verecundatur Cicero; *superfluum*, quod adiectivum nostris hominibus placet mirifice, apud illum quidem frustra quaesiveris.

video: *cum eo quod*.] „Sic Voss. 2. Goth. (nisi quod ex hoc *video cum cum e. q.* affertur, quod quidem ego non praestiterim) Iens. Tarv. cum edd. ante Bad. [etiam Colon. 1527. et Pariss. codd. aliquot;] *cum eo quod* (omisso *video*) Turic. Flor. Guelf. *video quod* Camp. cum Vall. Bodl. Andr. Obr. *quod* solum Voss. 1. 3. Reliqui *video quem.— frequenter accidit*. Sic Turic. Flor. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. cum Voss. 2. et edd. ante Bad. acc. Basil. [item Colon. 1527. et Pariss. codd. ad unum omnes.] Reliqui inserunt *enim*, cuius auctorem appellare Vallensem videtur Bad. sed per errorem haud dubie." Spald. Vall. lib. a sec. m. recenti interposuisse *enim* dicitur ab editore Parisiensi Dussaulto. Totius loci ante Spaldingium haec erat lectio: *superfluere video*: *quem si calor ac spiritus tulit*, (*frequenter enim accidit, ut successum extemporalem consequi cura non possit*) *Deum tunc adfuisse* etc. cui scripturae quantum praestet Spaldingiana, non opus est demonstrare.

cum eo quod — frequenter accidit] „Est structura, qualem vidimus II, 4, 30. [Est *quo accedit, quod*. Vid. Lex. et Hor. Tursell. p. 160. 161. quem de forma *cum eo* conferri iubet Spald. Similis usus in Declam. Qu. XIII, 15. (p. Leid. ed. 290. Bip. 263.) „Nam et cetera animalia videtur mihi natura usibus nostris genuisse, haec etiam [in-

m tunc affuisse, cum id evenisset, veteres orato- 14
ut Cicero ait, dictitabant. Sed ratio manifesta
Nam bene concepti affectus et recentes rerum
ines continuo impetu feruntur, quae nonnun-

ipes] deliciis, *cum eo quod* lis — multus ante reditus litur labor."] Sequentia au- *it successus — non possit* tellige: „„ut successus ora- extemporalis vincat suc- n curae et meditationis."" . — „*Tulit* opus extempo- ive successum extempora- huic enim illud inest." . *Spiritus* intelligatur de atiore ingenii vi et vigore; *rendi* verbo cogitari malim ationis notionem: *Si ca- spiritus agitavit nos et avit.* Hoc suadere etiam itia videntur: *Deum tunc se* etc. (*Est Deus in no- agitante calescimus illo.*)

4. *tunc*] Turic. *tamen*. 1 §. 16. pr. Mox pro *id sset* Turic. *inter*. Flor. (a .) *interim*. Voss. 3. *id se*. Alm. *id evenisset cm* ide Burmannus eruens *cum te*, cuius interpretatio fue- *m id evenisset*, sic ordi- verba censuit: *Deum cum te affuisse*. — „Deum desse audentibus et forti- in omni alia re frequenter iactabant. Val. Fl. IV, *Stetimus tamen, et Deus ausis*. Vid. Column. ad fragm. ex VII. Annal. pag. Burmann. Mercurium h. l. intelligunt, qui vulgo a poetis proditur orationis auctor. Vid. Spald. ad III, 1, 8.

ait, dictitabant] „Sic Camp. ex coniectura profecto, cf. V, 13, 19. sed quae sola sani quidquam coloris habeat. Guelf. *dictitabant* solum. *dictabant* Voss. 1. 3. *aiebant* solum Goth. cum Voss. 2. Reliqui (Flor. sane a pr. m. *d. agebant*) *dicit aiebant*, in quo ipso latere puto *dictitabant*. Neque tamen eo acquiescendum, quasi Cicero ipse *veteribus* annumeretur istis *oratoribus*, ubi opus erat scribere *velut*, non *ut*. Locum quidem Ciceronis, in quo legatur huiusmodi vel ipsius vel veterum ab ipso memoratorum sententia, ostendere non est in promtu. Quod enim demonstrant de Orat. 1, 46, §. 202. quicunque inspexerit, alia omnia inveniet. cf. III, 1, 8. Congruet aliquis eorum, si repertas fuerit, locorum, ubi quae summa cum eloquentia per extemporalem impetum fusa sint, divinitus dicta perhibentur." Spald. Mihi tale quid in mentem venit: *Deum tunc affuisse, cum id intervenisset, veteres oratores et* (cf. ad 1, 120. adnotat. 3.) *Cicero dictitabant*. Nisi forte verba *cum id evenisset* deberi credas librariis, *tunc* illud explicantibus; ut sic legendum sit:

quam mora stili refrigescunt et dilatae non revertuntur. Vtique vero, cum infelix illa verborum cavillatio accessit et cursus ad singula vestigia restitit, non potest ferri contorta vis, sed, ut optime vocum singularum cedat electio, non continua sed composita est.

C.) Quare capiendae sunt illae, de quibus dixi, rerum imagines, quas vocari φαντασίας indicavimus, omniaque, de quibus dicturi erimus, *personae*, *quaestiones*, *spes*, *metus*, habenda in oculis, in affectus recipienda. Pectus est enim, quod disertos facit,

Deum tunc affuisse, interim veteres oratores et Cicero dictitabant.

mora stili refrigescunt] Cf. supr. 3, 6.

dilatae non revertuntur] Cf. supr. 3, 33.

Vtique] Cf. ad 1, 10. Zumpt. Gr. Lat. §. 63. p. 237. et Lexica.

infelix — cavillatio] Cf. ad 1, 115.

restitit] Sic omnes libri, etiam Pariss., praeter Obrecht. qui *resistit*. Idque magis placet Spaldingio (cf. 3, 19. et 10.); mihi non item. *Restitit* ἀοριστως dictum videtur. Vid. ad 1, 2. et Buttm. ad XII, 9, 14. ubi haec leguntur: „Nunc quia varium fere propositum agentium *fuit*, et quorundam cura tarditatis, quorundam facilitas temeritatis crimine *laboravit*: quem credam fore in hoc oratoris modum, tradere non alienum videtur." Cf. Ramsh. Gr. Lat. §. 164, 6. p. 401.

ferri contorta vis] „Imitatur Ciceronem in eo qui supra positus est loco IX, 4, 55. [Locus Ciceronis est in Orat. c. 70. extr. „cuius [Demosthenis] non tam vibrarent fulmina illa, nisi *numeris contorta ferrentur*."] Est enim *contortus* in laude. [Cf. Ernest. Lex. Techn. Lat. Rhet. p. 94.] *Ferendi* verbum vide etiam ad IX, 4, 18." Spald. Hoc vero cuivis facile apparet attendenti, *ut — cedat* concedentis esse. Cf. Ramshorn. Gr. Lat. §. 191, 2. p. 595. sq.

§. 15. *de quibus dixi*] VI, 2, 29. 30. „Quas φαντασίας Graeci vocant, nos sane *visiones* appellemus: per quas imagines rerum absentium ita repraesentantur animo, ut eas cernere oculis ac praesentes habere videamur. Has quisquis bene conceperit, is erit in affectibus potentissimus." Cf. VIII, 3, 64. item XI, 3, 62. XII, 10, 6.

dicturi erimus] Vide mihi Fabium accurate utentem verbi temporibus. Similiter Cicero de Orat. I, 52. pr. „apud quos aget aut *erit acturus*." Id. de Inv. I, 16. „ea, quae *dicturi erimus*."

Pectus est enim, quod disertos facit] Vid. Ernestii Opusc.

et vis mentis. Ideoque imperitis quoque, si modo sint aliquo affectu concitati, verba non desunt. Tum 16 intendendus animus, non in aliquam rem unam, sed in plures simul continuas: ut, si per aliquam rectam viam mittamus oculos, simul omnia, quae sunt in ea circaque, intuemur, non ultimum tantum videmus, sed usque ad ultimum. Ad dicendum etiam pudor stimulos habet et dicendorum expectata laus: mirumque videri potest, quod, cum stilus secreto gaudeat atque omnes arbitros reformidet, extemporalis actio auditorum frequentia, ut miles congestu signorum, excita-

Orator. p. 20. sqq. ed. 2. (Matth. Eloq. Lat. Exempl. p. 245. sqq.)

sint] Sic scripsi cum Turic. Flor. pro vulg. *sunt*.

§. 16. *Tum*.] Pariss. 3. 5. 10. *tamen* cum Guelf. Iens. Tarv. Cf. ad §. 14. pr.

continuas] „Hoc ipsum quid sit, explicat quae sequitur similitudo." Wolff.

continuas: ut, si per] Turic. *continua sunt super*. Flor. (a pr. m.) *continuas si super*. Ex Alm. *super* pro *si per*. Mox Flor. *quae fiunt quae semper in ea circa quae*, a sec. m. *quae fiunt in ea circa quae*.

intuemur] Turic. Flor. (hic a pr. m.) Alm. *intuemur omnis*. Volebant profecto *int. oculis*: quamquam tali additamento hic quidem minime opus erat. Necessarium id erat Cic. Epist. ad Fam. V, 17, 8. „Nec enim minus nostra sunt, quae *animo complectimur*, quam quae *oculis intuemur*." Cf. Tusc. Disp. I, 30, 73.

Ad dicendum] Sic Spald. cum Camp. Goth. Voss. 2. Colbert. Sed Turic. Flor. *addiscendum*. Flor. (a sec. m.) anteponit *addit*. Reliqui *Addit ad dic.*

habet] Sic Spald. cum Flor. Guelf. Camp. Goth. Voss. 2. al. Turic. Flor. (hic a pr. m.) Alm. Voss. 1. 3. haec omnia *habet — laus* omittunt. Vulgo *addit*.

congestu] „Flor. Camp. [Colon. 1527. cod. Paris. 11.] *concentu* cum Andr. Ald. Basil. Gryph. (1536.) *contentus* Alm. (cf. §. 14.) *cum gestu* Voss. 1. Valde obnoxium permutationi vocabulum (cf. X, 3, 17. ubi Turic. *concestis*, a sec. m. *contextis* cum Flor., qui a pr. m. *contestis* pro *congestis*), nec est quod aversemur *concentum signorum*, quae totics apud Livium aliosque scriptores *canere* dicuntur. Sed, id quod recte monet Badius, aliena hinc fuerit commemoratio eorum, quae auditum feriunt, nec oculos. Signa sua singuli habent manipuli (cf. Duker. ad Liv. XXXIII, 9, 8. lt. Lips. de militia 2, 8. p. 86.);

17 tur. Namque et difficiliorem cogitationem exprimit et expellit dicendi necessitas, et secundos impetus auget placendi cupido. Adeo pretium omnia spectant,

quo plura ergo signa, eo frequentior militum concursus. Burmanno tamen *militem* hic accipienti de duce exercitum alloquente, cuiusmodi exhibitos sape in nummis recte ille demonstrat apud Spanhemium de V. e. P. N. Dissert. 9. circumstantibus signis, nequaquam accedo. Nimium iacet similitudo oratori petita ab oratore et ipso, quanquam militari." Spald. „Quo plura signa in proelio unum in locum congesta miles videt, eo magis excitatur et ardet eius fortitudo. Signa enim bonus miles quam fortissime defendit." Wolff.

§. 17. *Namque*] Vid. ad 1, 15. (ubi γάρ τε Graecorum commemorari poterat) et Ramshorn. Gr. Lat. §. 187. I. 1. p. 563. Miror Zumptium etiamnunc in ea perstare sententia, ut *nam* et *namque* nihil differre existimet, nisi quod *namque* ante vocales poni soleat. Vid. Sallust. Cat. 56, 5. Iug. 41, 5. 85, 35. Hist. Fragm. 3, 11. §. 7. 4, 13. §§. 5. 18. de ord. rep. epist. II. c. 2, 3. c. 12, 7. etc. Cf. supra 6, 2.

expellit] „Turic. *explevit*. Flor. (a pr. m.) *explebit*. In Alm. turbari aliquid narratur. *expolit* Gryphii (1544.) margo, Stoer. Chouet. Leid. recte improbatum Gibsono. — *Expellit*. Auget hoc et intendit id quod praecesserat *exprimendi* verbum, et in utroque est vehementiae et nisus, per quem aliquid eluctamur, significatio. Sic erant X, 3, 6. [quem locum iuvabit contulisse totum,] „„*expulsuri* tela." " Respondent ei contra „„*secundi* impetus." " Spald.

Non male translatio Germanica, quae prodiit Hafniae 1776., hunc locum expressit sic: *Denn die Nothwendigkeit zu reden erzwingt den Ausdruck auch für die schwersten Gedanken, und die Begierde zu gefallen vermehrt die glückliche Hitze.* In alia omnia abiit Reuscherus, ut solet.

pretium] Legebatur *praemium*. „Turic. Flor. Guelf. Camp. [Colon. 1527. et Codd. Pariss.] *pretium* cum Goth. Voss. 2. Vall. Bern. et edd. ante Ald. acc. Basil. Correxit Regius, rectissime et laudabiliter ista aetate. cf. quem demonstrat Burm. Gronovium Observ. 2, 25. item Drakenb. ad Liv. XXVI, 40, 15. et Bentl. ad Terent. Andr. II, 1, 20." Spald. Ego vero non dubitavi restituere *pretium*, quod non raro pro *praemio*, *mercede* dicitur. Vid. Ruhnk. ad Terent. Andr. I, 1, 12. III, 5, 4. et Lexica. Quamquam plerumque additur genitivus.

spectant] Colon. (1527.) cum Camp. Voss. 2. Vall. Goth. et edd. ante Basil. *expectant*.

ut eloquentia quoque, quamquam plurimum habeat in se voluptatis, maxime tamen praesenti fructu laudis opinionisque ducatur. Nec quisquam tantum fidat 18
ingenio, ut id sibi speret incipienti statim posse contingere; sed, sicut in cogitatione praecipimus, ita facilitatem extemporalem a parvis initiis paulatim perducemus ad summam: quae neque perfici neque contineri nisi usu potest. Ceterum pervenire eo debet, 19
ut cogitatio non utique melior sit ea, sed tutior; cum hanc facilitatem non prosa modo multi sint consecuti, sed etiam carmine, ut Antipater Sidonius et Licinius Archias: credendum enim Ciceroni est; non quia

ut — ducatur] „Malim *et — ducitur*, ut sint haec epiphonematis loco, non iustae et a reliquis diremtae sententiae, quae abrupte nimis inducitur. cf. Drakenb. ad Liv. II, 43, 10. Locus Virgilii similis est Georg. 3, 112. *Tantus amor laudis, tantae victoria curae!* cf. nostr. I, 12, 7." Spald. Nihil ego mutandum puto. De *opinione* vid. ad 5, 18.

§. 18. *id*] „ex tempore agere orationem." Wolff.

praecipimus] Sic Spald. cum Turic. Flor. Camp. Goth. Voss. 2. et edd. ante Ald. Reliqui *praecepimus*. Quod praecipere se ait in cogitatione, vid. supra cap. 6. §. 3.

facilitatem extemporalem] Sic Spald. cum Turic. Flor. Camp. pro vulg. *facil. quoque extemp.*

contineri] Cf. ad 6, 3.

§. 19. *pervenire eo debet*] Vid. ad 6, 4. Colon. (1527.) *perveniri*. De *utique* cf. §. 14. adn.

tutior] Turic. *utior*, a sec. m. *utilior*, et sic Flor. Paris. 11. Colon. (1527.) Basil. Gryph. (1536.)

cum — Archias] „Haec adduntur, ut spes sit, eiusmodi extemporalem facilitatem contingere posse." Wolff.

facilitatem] Sic Turic. Flor. Camp. Bodl. Goth. Voss. 2. et edd. ante Gryph. acced. Obrecht. item Colon. (1527.) Vulgo *felicitatem*, quod non debebat probare Spald. qui confert V, 7, 17.

non prosa — etiam carmine] Sic Spald. cum Turic. Flor. Alm. Camp. Goth. et edd. ante Ald. Reliqui *in* bis interposuerunt.

Antipater — Archias] Cic. de Orat. III, 50. pro Arch. c. 8.

enim] Turic. Flor. et Paris. 11. *ergo*, quod defendi sane potest, modo post v. *Archias* maior ponatur interpunctio.

non quia] „Poteram aequales memorare, sed malo Ciceronis auctoritate uti, cui fidem negare nemo audebit." Gesner.

nostris quoque temporibus non et fecerint quidam hoc et faciant: quod tamen non ipsum tam probabile puto, (neque enim habet aut usum res aut necessitatem) quam exhortandis in hanc spem, qui foro praeparantur, utile exemplum. Neque vero tantam esse unquam fiduciam facilitatis velim, ut non breve saltem tempus, quod nusquam fere deerit, ad ea, quae dicturi simus, dispicienda sumamus: quod quidem in

fecerint] Colon. (1527.) *fecerunt*. Perperam. Coniunctivo indicatur caussa non vera, sed quae cogitari tantum possit. At si vera caussa subiiceretur, indicativus opus esset in eo membro, quod h. l. omittitur: *non quia — non fecerint quidam, sed quia maior Ciceronis auctoritas est.* Vid. Zumptii Gr. Lat. §. 78, 6. c.) et adn. 2. it. §. 78, 10. p. 418. Ramshorn. §. 186.

faciant] „Respicit fortasse sui temporis poetas, Statium et Martialem, qui sibi versibus ex tempore fusis placebant, ut notum.“ Burmann.

quod] quam facilitatem, ex tempore carmen fundendi.

non ipsum] Sic Spald. cum Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Iens. Tarv. Reliqui *ipsum non.*

§. 20. *tantam — saltem tempus*] „Turic. Flor. *tantas eum brevem* (Flor. *breve*) *saltem qui foro tempus.* Ex Alm. *tantam breve saltem temp.* (cf. §. 16.) Guelf. *t. e. u. fiducia ut n. b. s. t.* Voss. 1. 3. *e. u. tanta fiducia f. u. n. b. s. t.* Goth. Iens. (tac. Gesn.) *e. u. t. f. — t.* per transpositionem, itemque omittunt *velim* cum Voss. 2. Tarv. et edd. posterr. ante Ald, qui et ipse cum Bad. eodem modo transponit. Bern. *tanta e. u. f. f. ut n. b. s. t.* Camp. *tanta cuiquam esse debet fiducia f. u. n. b. s. t.* (cf. §. 14.) cum Andr. nisi quod hic *euique.* Inseruit Regius *velim*, vere, ut videtur; nam hoc cum abiisset in *vel*, evanuit.“ Spald. Colon. (1527.) *esse unquam tantam fidutiam fac. velim* etc. De Pariss. codd. tacet, ut solet in ré ardua, Dussaultus.

nusquam] Camp. Goth. Paris. 9. *nunquam.*

simus] Sic Spald. cum Turic. Flor. Reliqui *sumus.*

quod quidem] „Turic. Flor. (hic a. pr. m.) omittunt cum Alm. Traiiciendo hic peccatum a librariis suspicor. Verus ordo erat hic: *saltem tempus ad ea, quae dicturi simus, dispicienda sumamus: quod nusquam fere deerit, in iudiciis ac foro datur semper.*“ Spald. cuius rationem probat Wolffius. Mihi et ipsi perplacet; et quoniam semel facta est huiusmodi emendationum mentio, mihi Xenophontis venit in mentem, cuius locum Hier. I, 5. lenissimo transposi-

iudiciis ac foro datur semper. Neque enim quisquam est, qui causam, quam non didicerit, agat. Declamatores quosdam perversa ducit ambitio, ut exposita controversia protinus dicere velint: quin etiam, quod est in primis frivolum ac scenicum, verbum petant, quo incipiant. Sed tam contumeliosos in se ridet invicem eloquentia: et qui stultis videri eruditi volunt, stulti eruditis iudicantur. Si qua tamen fortuna tam subitam fecerit agendi necessitatem, mobiliore quodam opus erit ingenio et vis omnis intendenda rebus et in praesentia remittendum aliquid ex cura verborum, 21 22

tionis remedio sic scribendum censeo: ἔστι δ' ὅτε καὶ κοινῇ (vulg. κοινῇ καὶ) διά τε τῆς ψυχῆς καὶ διὰ τοῦ σώματος. *De emendationibus per transpositionem verborum* egregia exstat Hermanni dissertatio. Cf. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 107. seqq.

non didicerit] Camp. *nec didic.* quod si probandum esset, *nec* fere idem esse crederem quod *ne — quidem* vel ad eiusmodi locos referendum dicerem, quales laudavit Ramshorn. Gr. Lat. §. 179. 1. p. 525. Quod idem proposuit p. 528. Not. 2. est illud quidem verissimum, sed saepe alterum membrum, quod omissum ex reliquis supplendum est, ita delitescit, ut ad *ne — quidem* significatione sua proxime accedere *nec* illud videatur.

§. 21. *ambitio*] hic non est gratiae studium, sed vanae gloriae affectatio. Vid. Observatt. in Sallust. p. 24, et quos illic laudavimus. De *ambitu* cf. Spald. ad III, 8, 45. et Buttmann. ad XII, 7, 6.

scenicum] „In universum quidquid *scenicum* est atque ex arte scenica et lege fit, ab oratore factum improbatur a Quintiliano, ut I, 11, 3. XI, 3, 57. et 123. VI, 1, 38.“ Wolff.

contumeliosos in se ridet] Flor. *cont. irridet*, a sec. m. interponit *in se*, et sic Colon. (1527.)

volunt] Camp. Goth. *velint.*

iudicantur] Sic Spald. Colon. (1527.) cum Flor. Basil. Reliqui *videntur*. De *iudicando* confert Spald. XI, 1, 66.

qui stultis — iudicantur] „Egregia est oppositionis proprietas in hisce *videri volunt — iudicantur*.“ Spald.

§. 22. *tam subitam*] „ut ne breve quidem (cf. §. 20.) sit tempus ad ea, quae dicturus sit orator, dispicienda.“ Wolff.

mobiliore] Flor. et marg. Colon. (1527.) *meliore.*

in praesentia] IX, 4, 109. „sed quid fere acciderat, quod *in praesentia* videretur optimum, ostendi.“ ubi Spaldingius: „Lo-

si consequi utrumque non dabitur. Tum et tardior pronunciatio moras habet et suspensa ac velut dubitans oratio: ut tamen deliberare non haesitare videamur.
23 Hoc, dum egredimur e portu, si nos nondum aptatis satis armamentis aget ventus: deinde paulatim simul euntes aptabimus vela et disponemus rudentes et impleri sinus optabimus. Id potius quam se inani verborum torrenti dare, quasi tempestatibus quo volent auferendum.
24 III. Sed non minore studio *continetur* haec facul-

cutioni *in praesentia* inest levis contemnendi color, quasi acquiescentis quidem in re, quam tamen non probet, quamque aliquando futuram meliorem expectet, cf. X, 7, 22."

si consequi] „Flor. *si non sequi*. Guelf. *si* solum cum Bern. et edd. Steph. Rognii, Gryph. (1544.) Stoer. Chouet. Leid. Reliqui *si sequi*. Nostrum ex coniectura." Spald. Codd. Pariss. alii *si sequi*, alii solum *si*; sed unus pro *si* praebet *sic*, quod ipsum aliquod vestigium pristinae lectionis ostendit, quam non dubito quin Spaldingius restituerit. Paullo post Flor. (a pr. m.) omittit *non* ante verbum *dabitur:* et profecto debebat omittere, utpote quod modo posuisset.

tardior pronunciatio] „Hanc igitur in tali necessitate non improbat, immo in parte commendat." Wolff.

§. 23. *Hoc*] „fieri potest." Wolff. Similis loquutio VI, 4, 10. „*Hoc*, dum ordo est et pudor: contra turbantes audendum et impudentiae fortiter resistendum." ubi cf. Spald.

dum egredimur e portu] „Minus apte huc advocat Gallaeus loca Virgiliana 2, 312. 352. 3. In hac egregia quidem similitudine, insignem tamen naevum agnosco incuriam illam, qua in idem verbum *aptandi* Qu. noster relabitur, cf. §. 7." Spald. De comparatione subito oborta vid. §. 1.

armamentis] „*Armamenta* paulo post dicit *vela — rudentes. Sinus* velorum." Wolff.

potius] Turic. Flor. Guelf. Voss. 1. 2. 3. *protinus*.

quam se — dare] Vid. ad §. 25.

quo volent] Turic. Flor. Guelf. Camp. Voss. 1. 3. Vall. et edd. ante Bad. *qui* (quod esset *quomodo*) *volent*, idemque praebere narrantur omnes Pariss. codd. Sed mox Camp. Ald. *auferentur*, Paris. 12. *auferendus*.

§. 24. *continetur*] Cf. §. 18.

tas quam paratur. Ars enim semel percepta non labitur: stilus quoque intermissione paululum admodum de celeritate deperdit: promtum hoc et in expe-

Ars — non labitur] „Maxime accedit huic *labendi* significatui, quod ministrat Forcellinus ex Virgilio Ecl. 1, 64. ubi *labatur* Servius reddit „„respuatur vel *oblivioni tradatur.*““ In genere quidem, quidquid in animo non est firmum aut rectum, *labare* et mox *labi* dicitur, in quo est *errandi* potestas. Velut Ovid. Fast. 1, 190. *Pars mihi de festo ne labet ulla tuo.* Est etiam *labi* evanescere, ut apud Stat. Theb. 4, 645. Alius est generis et longe expeditius Plin. Epistt. II, 3, 4. *ne verbo quidem labitur.* Ceterum gradus esse in hisce unicuique facile apparet; ars firmissime durat, stilus ipse non multum damni accipit a defectu exercitationis; promtum hoc ex tempore dicendi artificium solo usu tenetur.“ Spald. „Tria sunt in oratore, quorum hic ita mentionem facit Fabius, ut alterum altero facilius vel retineri vel excidere doceat. I. *Ars* ipsa s. via dicendi, ratione ac praeceptis comprehensa. Haec si bene semel percepta fuerit, *non labitur*, aut effluit animo; huic itaque nihil nocet intermissio. II. *Stilus*, sive scribendi facultas. Hic ipse quoque non multum, sed aliquid tamen, amittit de celeritate sua, si intermissus aliquamdiu fuerit. III. Sed extemporalitas, *promtum illud et in expedito positum*, mox perit, nisi perpetua exercitatione contineatur. Ponimus autem veram lectionem esse *labitur.* Si *capitur*, quod habent veteres libri, revocandum alicui videatur, is interpretari poterit ex eo verbi intellectu, quo *captus oculis, mente, membris*, dicitur, qui usum eorum amisit. Sed auctorem eius formulae requiro.“ Gesner.

percepta] Flor. (a sec. m.) Guelf. Goth. Voss. 2. Paris. 11. Stoer. Chouet. Leid. *praecepta*, quae satis frequens confusio est.

non labitur] „Turic. Flor. Guelf. Camp. [omnes Pariss.] *n. capitur* cum Goth. Voss. 2. Bern. Vall. et edd. ante Bad. sec. sed Basil. [Colon. 1527.] *n. rapitur.* Obr. *mora l.* Vnde sit nostrum, nondum reperio. Neque enim Voss. 1. 3., qui tacentur, vindices credo huius scripturae. *capitur* dici posse eo intellectu, quo *captos oculis, mente, membris* usurpemus, si quis defendat, cum auctoritate carere recte monet Gesnerus.“ Spald.

paululum] Sic Spald. cum Turic. Flor. Camp.; *paulum* Guelf. Goth. Iens. Colon. (1527.) cum reliquis omnibus, exceptis Gesn. Bipont. qui per errorem *paulo.* Cf. Spald. ad XI, 3, 63.

deperdit] Goth. Iens. Colon. (1527.) et edd. ante Gryph. *perdit.* Sed Vall. *deperdit.* Cic.

dito positum exercitatione sola continetur. Hac uti sic optimum est, ut cottidie dicamus audientibus pluribus, maxime de quorum simus iudicio atque opinione solliciti: rarum est enim, ut satis se quisque vereatur. Vel soli tamen dicamus potius quam omni-

Verr. II. c. 30. *ut ne quid de libertate deperderet.*

atque opinione] Sic recte Spald. Colon. (1527.) cum Camp. Ald. Reliqui *ac opinione*. Vid. adn. ad 1, 15. Nolten. in Lex. Antibarb. Ruhnk. ad Muret. Tom. I. p. 9. Wolf. ad Sueton. Iul. c. 26. Heind. ad Cic. N. D. p. 4. b. Brem. ad Nep. XVII, 2, 1. Held. ad Iul. Caes. B. C. I, 48. p. 60. Meineri lib. de partice. Lat. p. 10. Horat. Tursell. p. 16. (ed. 5.) Tzschuck. ad Mel. t. II. part. II. p. 253. BCrus. Ind. Latin. Suet. p. 95. et 160. Ochsner. ad Cic. Ecl. p. 269. Spald. ad Qu. V, 2, 3. Zumpt. Gr. Lat. §. 67. p. 272. sq. Sed infinitum est, singulos commemorare, qui *ac* vocali sequente tolerari posse negaverint. Quo magis mirandum videtur, etiam nunc reperiri, quos de hac re, qua nihil fere studiosius ab eruditis agitatum est, ne fando quidem quidquam deprehendas audivisse. Ea vero magna negligentia est et vix ferenda in hominibus, qui se magistrorum numero haberi volunt. Hi tandem aliquando ut desinant barbare et inquinate loqui, Zumptii librum suadeo diligenter inspiciant. Ramshornium enim quominus in hac quidem re commendem, iustis ego causis impedior; quas, quoniam magna et est apud omnes et debet esse viri eximii auctoritas, paucis explicare visum est. Vid. Excvrs. V.

rarum est enim] Cf. 6, 7. Sed Turic. et (a pr. m.) Flor. omittunt *enim*, quo hic quidem aegre caremus.

quisque] Sic Spald. Pariss. codd. praeter unum omnes cum Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Iens. Voss. 3. Bern. et edd. ante Gryph. exc. Bad. Reliqui *quisquam*, iubente Regio. Sed quamquam praecessit *rarum*, in quo inest negatio, recte tamen se habet *quisque*. Neque enim haec est Fabii sententia: *Nemo* (nam hoc oppositum *quisquam* habet) *reperitur, qui se satis vereatur;* sed hoc potius volebat: *Raro omnes omnino satis se verentur; pauci sunt, qui se satis vereantur*, et severum de se iudicium faciant. Plerique sibi indulgere et blandiri solent. Cf. ad 2, 6. et quem laudavimus locum IV, 1, 46.

dicamus — omnino non] „Turic. Flor. (hic a pr. m.) omittunt cum Alm. (a quo tamen *potius* abesse non narratur.) Camp. mox *dicamus* ignorat. Goth. (err. Gesn.) *d. p. q. non animo* cum Voss. 2. Reliqui omnes *non omnino*, quod primi, sua-

no non dicamus. Est et illa exercitatio cogitandi 25
totasque materias vel silentio (dum tamen quasi dicat intra se ipsum) persequendi, quae nullo non et tempore et loco, quando non aliud agimus, explicari potest: et est in parte utilior quam haec proxima.

dente iam Gesnero, transposuimus." Spald.

§. 25, *Est et illa*] Spald. Turic. *Est illa.* Flor. *et alia.* Guelf. Camp. Goth. Voss. 2. et edd. ante Stoer. acc. Gibs. Obr. Roll. *Est alia*, et sic Pariss. quoque, exceptis Avic. Poul., qui *est illa.* Equidem *et* addidi, suadente Spald. (et Flor.) probante Wolffio. *Est* explicant *adest*, *praesto est.* „Structuram vide ad IX, 3, 20. item I, 7, 10. IX, 4, 97. Cave autem hic aliam quandam ab adhuc memoratis *cogitandi* exercitationem agnoscas; est et ipsa *ex tempore dicendi*, sed quae *cogitando* fiat. cf. Plin. Epistt. IX, 36, 2." Spald. Eo faciunt sequentia quoque: *dum tamen quasi dicat intra se ipsum.*

intra se ipsum] Flor. (a pr. m.) Camp. Paris. 8. Vall. Locat. Ven. Rusc. omittunt *se.* Guelf. Voss. 1. 3. Iens. Tarv. *contra ipsum.*

dicat intra se] „*Dicat*, qui hac exercitatione utitur." Wolff. „Malis sane e communi formula *dicas intra te;* sed respondet, quod supra erat §. 23. „„quam *se* dare"" pro „„quam *te.*"" cf. et illum tertiae personae usum, de quo egimus ad II, 15, 12. item XII, 7, 6." Spald. Cf. ad 3, 10. *efferenti se.* et 1, 7. *occupet* pro *occupes.*

quando] Turic. Flor. (hic quidem a sec. m. nostrum, sed praemisso *vel*) Guelf. Voss. 1. 3. Bern. *quomodo.* *Quando* est *wann einmal;* vid. Ramshorn. Gr. Lat. §. 189. IV. Aliter supra 1, 100.; vid. Ramshorn. §. 187. I. 2. p. 565.

explicari] „Inest etymi vis, ut quasi tota aliqua res nullis vel temporis vel spatii angustiis coartata expromi possit. cf. X, 1, 121." Spald.

in parte] i. e. ex parte. Simil. II, 8, 6. „Quod mihi — *in parte* verum videtur." Liv. Hist. XLIV, 9. „Inter cetera sexageni ferme iuvenes, interdum plures, adparitoribus ludi armati inducebantur. Horum inductio *in parte* simulacrum decurrentis exercitus erat; *ex parte* elegantioris exercitii quam militaris artis, propiorque gladiatorium armorum usum."

utilior] Turic. Flor. Alm. Guelf. Bern. *utilitatis.* Sed Voss. 1. 3. *potestate utilitatis* pro *parte util.* Videtur fuisse *maioris utilitatis* vel tale quid; sed quum mox quocunque casu evanuisset ille comparativus, non poterant quin pro genitivo substantivi, qui superstes factus erat, reponerent *utilior.*

haec proxima] „quae in iis, quae proxime antecedunt, est

26 Diligentius enim componitur quam illa, in qua contextum dicendi intermittere veremur. Rursus in alia plus prior confert, vocis firmitatem, oris facilitatem, motum corporis, qui et ipse, ut dixi, excitat oratorem et iactatione manus, pedis supplosione, sicut cauda

proposita." Wolff. Mox dicitur *prior*.

§. 26. *Diligentius — componitur*] „Cum *exercitatio* ipsa dicitur *componi*, intelligendus est animus eius, qui se exercet. Is enim accuratius severiusque ad prudentem rerum dicendarum delectum *componitur* et temperatur; cum contra, simulatque eloqui verba coepimus, si vel soli simus, tamen interrumpere illum cursum et quaerendo saniora interim obmutescere reformidemus, leviora potius et putida infercientes. Mox *rursus* proprie dicitur pro *contra*, *exadverso*: vide Serv. ad Virg. Georg. 3, 138." Spald. Cf. Curt. III, 8, 21. IX, 2, 9. ubi sane licet interpretari *contra*, sed quod Germanice dicas *hinwiederum*.

quam illa] „in qua vere dicimus aut coram aliis aut soli." Wolff.

contextum dicendi] Cf. §. 13. Colon. (1527.) *cont. orationis*.

veremur] Turic. Flor. (hic a pr. m.) Alm. et Paris. 11. *deberemus*.

in alia plus prior] „Sic Turic. Flor. Guelf. Camp. cum marg. Basil. [marg. Colon. 1527.] *i. a. prior plus* Goth. cum Voss. 2. 3. Vall. et edd. ante Ald. qui (err. Burm.) *illa alia pr. pl.* Voss. 1. *in illa pr. pl.* Mox cum Badio reliqui *illa pr. pl.*— Haec ineunda est struendi ratio, ut accusativi illi, *firmitatem*, *facilitatem*, *motum*, epexegesi inserviant, pendeantque a praepositione *in*." Spald.

firmitatem — facilitatem] „Camp. *firmitate — facilitate* cum Goth. Voss. 2. Alm. (nihil tale Flor. cf. §. 16.) et edd. ante Leid. exc. Basil. acc. Roll. Sed post Camp. et *motu* pro *motum*. Inde, pro ea, quam inveniebat, ceterorum constitutione, belle Gesnerus *firmitati — facilitati, motu* (i. e. *motui*)." Spald. quem cf. ad §. 3. de illa dativi forma. *Oris facilitas* Wolffio est *natürliche Leichtigkeit des Sprachorgans*. Cf. XI, 3, 30. 40.

ut dixi] „X, 3, 21. Frustra Gesnerus respicit ad I, 2, 31." Spald.

iactatione manus] Vid. Cresoll. Vacat. Autumnal. lib. II. p. 338. 375.

pedis supplosione] Vid. Ernest. Lex. Techn. Lat. Rhet. p. 391. Cf. XI, 3, 128. *Supplosio* fit, quum pede solum percutimus.

sicut cauda leones etc.] Homer. Iliad. XX, 170. sq. de leone: *Οὐρῇ δὲ πλευρὰς τε καὶ ἰσχία*

leones facere dicuntur, hortatur. Studendum vero 27
semper et ubique. Neque enim fere tam est ullus dies occupatus, ut nihil lucrativae, ut Cicero Brutum fa-

ἀμφοτέρωθεν Μασσίεται, ἐὰ δ' αὐτὸν ἐποτρύνει μαχέσασθαι. Cf. Hesiod. Scut. Herc. vs. 430. sq. Longin. de Sublim. XV. §. 3. qui de Euripide utitur his versibus. Confert Gesnerus Plin. H. N. VIII, 16, 19. „Leonum animi index cauda. — Immota ergo placidus, clemens blandientique similis, quod rarum est: crebrior enim iracundia. Eius in principio terra verberatur: incremento terga, ceu quodam incitamento, flagellantur."

dicuntur, hortatur] „Insuavis soni iteratio. An praestabit scribere *dicunt?*" Spald. Cf. Qu. XII, 2, 2. *simus, habeamus.* 8, 11. *quaerimus — expectavimus, pervenimus.* 9, 13. *dicuntur, videbantur — vocantur.* ibid. §. 16. *fuerint, occurrerint.* (ubi vid. Buttm.) 10, 76. *fefellerant, exuant — pallescant.* (11, 28. *fuisset, defuisset.*) VII, 2, 12. *quaeritur, videtur.* supra adn. ad 3, 12. *enim etiam.* Cic. Tusc. I, 5, 10. „tibi ipsi pro te erit *maxima corona caussa dicenda.*" de N. D. I, 29, 82. „tam hercle, *quam* tibi *illam nostram Sospitam, quam* tu *numquam*" etc. Tacit. Annal. I, 24. „*nullis satis certis mandatis.*" cf. §. 23.

§. 27. *Studendum — ubique*] „Almelovenus et Capperonnerius indicant locum sanctissimi philosophi de Legg. libro 7. assiduum nec intermissum nocte dieque studium commendantem ingenuorum et a reliquis laboribus vacantium p. Steph. 807. d. e." Spald. — *Studere* apud Quinctil. et aequales saepe absolute ponitur de iis, qui diligenter tractant litteras, nobis hodie est *vitae genus sequi, ubi victum quaeras litteris*, ut ait Spald. ad II, 2, 7. Cf. supra 3, 29. Schulz. ad Dial. de Oratt. c. 21. p. 87. Gesner. ad Plin. Epist. III, 5, 5. et in Indice v. *studere.* BCrusii Ind. Latin. Suet. p. 739. Saepe κατ' ἐξοχήν dicuntur *studere*, qui eloquentiae dant operam (cf. Spald. ad VI. prooem. §. 4.) eodemque modo *studiosi* supra 1, 45. qui ibid. sunt *intendentes ut oratores fiant.* Cf. I, 2, 1. 12, 14. Ac *studiosos* quidem Cicero quoque dixit c. 5. de opt. gen. oratorum.

lucrativae — operae] „Sic Guelf. Camp. [Colon. 1527.] cum Goth. Vall. et edd. ante Ald. acc. Basil. eaque posterr. ante Roll. *lucra vel ut — opera* Turic. (sed hic et *tradi* pro *tradit*). *lucretur vel ut — opera* Flor. Reliqui, quorum primus Andreas Alexiensis (1470.), *lucri vel, ut* — (quanquam Ald. *lucri velut* ineptissime), *operae.* Post *lucri* omittunt *vel* Gryph. (1536.) Vidov. — „Primum, ubi hoc tradat Cicero, non est in comperto. Demonstrant quidem VV. DD. locum Oratoris cap. 10. §. 34.

cere tradit, operae ad scribendum aut legendum aut dicendum rapi aliquo momento temporis possit. Siquidem C. Carbo etiam in tabernaculo solebat hac uti

„„Iam quantum illud est, quod „in maximis occupationibus nun„quam intermittis studia doctri„nae; semper aut ipse scribis „aliquid, aut me vocas ad scri„bendum.““ sed ipsi non acquiescunt. Quanquam fateor mihi hoc sufficere, qui perfusoriam illam scriptorum loca commemorandi rationem in nostro toties agnoverim. Deinde *lucrativum* huius aevi vocabulum esse negant, nedum ut eo Cicero usus sit (nam et hoc cavet Burmannus) in ipso, qui respicitur, loco. Ciceroni sane nihil tale obtrudemus; sed nec necesse est ipsa eius verba posuisse nostrum. Vox sane ista nec vetustissimis libris defenditur, neque apud alios quam iuris civilis auctores legitur. Attamen structura, qualis est in vulgata, aptissime decurrit nec quidquam habet peregrini coloris; cum illa aliorum *lucri vel — operae*, plane non sit ferenda. Neque ego huius aetatis scriptores abhorrere video a fingendis talibus adiectivis. cf. dicta ad III, 3, 9. *Lucrum* imprimis est, quod insperatum commodis nostris acquiritur. Itaque *operam lucrativam* a Qu. dici potuisse censeo quidquid operae iniunctis et necessariis laboribus negotiisque velut surriperetur et dilectis studiis accederet. Simili modo *subseciva temporum* dixit I, 12, 13.“ Spald.

aut legendum] Sic Spald. codd. Pariss. 7. 11. cum Turic. Flor. *vel ad leg.* Goth. Vall. Pariss. 8. 9. Camp. Omittit haec Guelf. item Pariss. aliquot. Reliqui *aut ad leg.* nisi quod mox ante *dic.* quoque *ad* interponit Roll. Harl. Vid. Ramshorn. Gr. Lat. §. 161, 2. p. 376.

C. Carbo etiam in tabernaculo] „Hoc ipsum de tabernaculo apud nullum alium invenio auctorem; sed Carbonis industriam in exercitationibus commemorat Cicero Brut. c. 27. (ubi vide Wezelium) et de Orat. 1, 34. Hoc, eloquentissimo sui temporis patrono, percellendo primum inclaruit magnus orator L. Licinius Crassus, unius tum et viginti annorum adolescens. Sed eundem bellicas res gessisse non reperio, ut in tabernaculo meditari potuerit, et vereor quam maxime, ne quid hic turbaverit noster permutatis inter se Cn. Papirio Carbone ter consule, Cinnae amico, Sullae adversario, qui multis rebus gestis turpi supplicio interemtus est a Pompeio, et C. Papirio Carbone, tribuno plebis, mox consule, Gracchanarum turbarum socio. [„Sed Caium pro Cnaeo Carbone ter cos. aberrante memoria Quintilianum dixisse non magis probabile est; nam hunc rursus eloquentiae studuisse non est traditum. Relinquitur igitur ut C. quidem Carbonem

rcitatione dicendi. Ne id quidem tacendum, quod 28
:m Ciceroni placet, nullum nostrum usquam ne-
entem esse sermonem: quidquid loquemur ubi-
que, sit pro sua scilicet portione perfectum. Scri-
dum certe nunquam est magis quam cum multa
nus ex tempore. Ita enim servabitur pondus et
itans illa verborum facilitas in altum reducetur:

averit Quintilianus, sed re-
castrensium commemoratio-
Cn. Carbonis imagine ob-
nte fortuito admiscuerit." Spald. Prolog. ad Cic. Brut. p. VII.] Accedat igitur hoc re- eius erroribus, cf. X, 1, Pseudo-Turnebus non male advocat Brutum in tentorio ante pugnam Pharsalicam ii historias excerpentem, narrat Plutarchus." Spald.

28. *tacendum, quod*] Sic l. cum Turic. et Flor. (a .) Reliqui *tacendum est,*

em] Turic. Camp. *idem.*

:eroni placet] „Frustra ivi, quod reliqui securi :urrerunt, ubi hoc esset Ciceronem. Qui loćus dum eat, ignorabimus, quantum iso- sumserit noster, quid uo addiderit. Id, quod leesse videtur *debere* post ate *esse*, minus necessario eratur, quia praecedit *pla-* [Vid. supra 1, 33. p. 36.] *oquemur* autem nequaquam :ndum est, ne *ubicunque* tum inde pendeat et vacil- Spald.

uemur] Turic. Flor. Goth. . Voss. 2. *loquimur*. Voss. 3. *loqueremur*. Mox Turic. Flor. (hic a pr. m.) *sint* pro *sit:* iidem *perfecte* pro *perfectum* cum Alm. Num forte *sint — perfecta?* ut novo plane modo pluralem verbi post *quidquid* positum credas.

innatans] „Turic. *ina trans.* Flor. Camp. [Colon. 1527. Vall. Pariss. 8. 9. 11.] *intrans* cum Goth. Voss. 2. Andr. Ald. Bad. utraque Basil. et aliquot Gibs. et Burm. *iura trans* Guelf. *una trans* Voss. 1. 3. [Pariss. 3. 5. 10. 11. (hic a sec. m.) 12. sed Poul. *una translata.*] *trans in* lens, cum edd. posterr. ante Ald. *vibrans* Gryph. (1544.) [Vall. a sec. m.] cum aliquot Burm. Meorum primus Stoerius habet nostram, verissimam illam; quanquam unde sumtam iuxta cum Burm. ignoro.

innatans illa verborum facilitas] „Cf. VII, 1, 44. Advocant huc VV. DD. Colum. 4, 8. [IV, 1, 7. Schneider.] qui rusticorum illud artificium amputandi summas radices vitium tangit, de eoque praecipit. cf. et I. II. Vossium ad Georg. lib. 2. p. Comment. 394. *Ablaqueationis* est vocabulum. *Innatare* autem comparant Graeco *ἐπιπολάζειν*." Spald.

sicut rustici proximas vitis radices amputant, quae illam in summum solum ducant, ut inferiores pe-
29 tus descendendo firmentur. Ac nescio an, si utrumque cum cura et studio fecerimus, invicem prosit, ut scribendo dicamus diligentius, dicendo scribamus facilius. Scribendum ergo, quoties licebit; si id non dabitur, cogitandum: ab utroque exclusi, debent tamen anniti, ut neque deprehensus orator neque liti-

„*Innatant*, ἐπιπολάζει, quae in superficie tantum sunt, ad internam rerum naturam non pertinent.“ Wolff.

in altum] in profundum.

reducetur] „Turic. *reducemur.* (cf. X, 2, 24.) Guelf. [Pariss. codd.] *reducatur* cum Voss. 1. 2. Goth. Iens. et edd. posterr. ante Ald.“ Spald. Pro *ducant* Turic. *dicunt;* Flor. Goth. Camp. Colon. (1527.) *ducunt.* Hoc vero nemini obscurum erit, cur praestet coniunctivus.

§. 29. *an, si utrumque* etc.] Adhuc sic legebatur hic locus: *an utrumque, cum cura — fecerimus, invic. pros.* sed omissum *si* ut restituerem, persuaserunt mihi Turic. Flor. qui *ac si utr.* pro *an utr.* et Camp. qui *an si utr.* Et aptior sane conditionalis particula quam *cum* illud (temporale,) quod ex nostra lectione melius coniungas cum *cura.* Vid. Zumpt. Gr. Lat. §. 74, 11. Ramsh. 150, 3. p. 291. — *utrumque:* et scribere et dicere.

exclusi] „Guelf. *exclusu.* Optabat Burm. *exclusus*, sed frustra.“ Spald.

anniti] „Turic. Flor. Guelf. *inicere* cum Bern. (ex quo *iniicere*) [Pariss. fere omnes *iniicere.*] *vincere* Iens. cum edd. posterr. ante Ald. Sed Alm. *micere.* Vall. *initere.* Camp. [Paris. 9. marg. Vall.] *inniti* cum Goth. (err. Gesn.) Voss. 2. (cf. VI, 2, 7.) Ald. Bad. utr. *anniti* [Colon. 1527.] vel *adniti* Basil. et reliqui. Suadet Badius *id agere.* Ego antiquum illud *vincere* reponerem, si aliud eius exemplum ad manus esset pro *efficiendo* usurpati, ut vice versa *efficere* saepissime est pro *vincendo* sive *probando.* Nunc reliqui vulgatum, etsi longa correctionum serie e vestigiis antiquae scripturae derivatum.“ Spald. Mihi nihil eruere contigit nisi hoc: *debent tamen ita (sic) dicere.*

deprehensus] quasi captus et in angustias redactus. Cf. Cic. de Orat. I, 48. pr. Qu. XII, 8, 6. „Deinde *deprehenduntur* et causam, quam discere ex suis litigatoribus noluerunt, ex adversariis discunt.“ Recte Wolfius: „*Deprehendere*, inquit, ut saepe est nil nisi *entdecken, wahrnehmen,* sic saepius est *ergreifen, fangen, ertappen,* in

gator destitutus esse videatur. Plerumque autem 30
multa agentibus accidit, ut maxime necessaria et utique initia scribant, cetera, quae domo afferunt, cogitatione complectantur, subitis ex tempore occurrant.

Quod fecisse M. Tullium commentariis ipsius apparet. Sed feruntur aliorum quoque et inventi forte, ut eos dicturus quisque composuerat, et in libros digesti; ut causarum quae sunt actae a Ser. Sulpicio: cuius tres orationes extant; sed ii de quibus loquor commentarii ita sunt exacti, ut ab ipso mihi in memo-

re parum bona et honesta; *deprehendi, sich fangen, sich verrathen.*" Sed quem affert locum I, 1, 30. is priorem potius significationem commendat, qua *deprehendi* est *vorkommen, angetroffen werden*, pariter ut I, 5, 42.

§. 30. *quae domo afferunt*] „sibi iam ante nota." Wolff. Cf. 6, 6. IV, 3, 33. (ubi vid. Spald.) V, 13, 3. et 36. IV, 1, 20. 5, 4.

commentariis ipsius] Guelf. *comm. suis.* Goth. Voss. 2. Colb. *suis comm.* — „*Commentarii*, ut Ernest. Clav. Cic. dicit, sunt libri, schedae, pugillares, in quibus memoriae causa res quaecunque scribuntur: I, 8, 19. *grammaticorum commentarii;* VIII, 2, 12. *pontificum comm.* Sic III, 6, 59. *comm.* sunt libelli, in quos Cicero retulit, quae discipulus a rhetore praecipiente audiverat; add. II, 11, 7. Sed X, 7, 30. sqq. *commentarii* sunt libri summam causae agendae complectentes, qui ab oratoribus ad rerum dispositionem et memoriam conficiebantur. Interdum eiusmodi rhetorum et grammaticorum commentarii vulgabantur I, 5, 7." Wolff. „Vid. dicta ad IV, 1, 69. it. Sigon. aut Andr. Patric. ad Cic. fragm. Or. pro Gabin." Spald. Cf. Ellendt. Histor. Eloq. Rom. 50. p. XCI. sqq.

feruntur] Cf. ad 1, 24.

et inventi forte] Turic. *et tinuenti f.* Flor. (a pr. m.) *et tumenti fore.* Vides ex his, error errorem quomodo pariat.

in libros digesti] „In verbo *digerendi* cf. *regerere* ad III, 6, 59." Spald.

causarum — tres orationes] „Cum non plures tribus orationes prodierint Ser. Sulpicii, aliquam multas tamen egit causas: quarum cum forte modo servati videri possint commentarii, tamen curam paene posteritati scribentis ostendunt. De ipso cf. X, 1, 116." Spald.

ii] Sic Spald. cum Goth. Camp. Ald. *iis* Turic. Flor. Reliqui *hi.* Mox pro *loquor* Turic. Flor. Alm. *locis*, sed Flor. (a sec. m.) *locor.* Cf. 1, 45. extr.

exacti] Vid. ad 2, 14.

31 riam posteritatis videantur esse compositi. Nam Ciceronis ad praesens modo tempus aptatos libertus Tiro contraxit: quos non ideo excuso, quia non probem, sed ut sint magis admirabiles. In hoc genere prorsus recipio hanc brevem annotationem libellosque, qui vel manu teneantur et ad quos interim respicere fas sit.
32 Illud, quod Laenas praecipit, displicet mihi, quae scripserimus, in summas sive commentarios et capita

videantur esse] Sic Spald. cum Turic. Flor. Guelf. Camp. Goth. Iens. et edd. ante Stoer. exc. Bad. et Colon. (1527.) qui omittunt *esse*. Reliqui *esse videantur*.

§. 31. *Nam*] Guelf. et Voss. 3. *Iam*. Vid. Heindorf. ad Cic. N. D. I, 12, 30. Ellendt. ad Cic. Brut. 43, 159.

aptatos] commentarios.

ideo] Turic. Flor. (hic a pr. m.) Alm. Ald. *in eo*.

quia non etc.] Cf. supra §. 19.

in hoc genere] i. e. in hac re, in dicendo ex tempore; in iis, quae scripserimus, non item.

recipio] „i. e. accipio et probo; *hanc*, de qua iam dixi.“ Wolff.

annotationem] „qua summa orationis habendae est conscripta.“ Wolff.

qui vel manu teneantur] „*Id quoque permittam, ut ipsa manu teneat orator eiusmodi libellos et subinde* [inter agendum] *inspiciat*.“ Spald. Sed idem fatetur displicere sibi *vel* illud, quod sane ignorant Flor. Ald. et Paris. 11. Mihi vero non supervacaneum videtur.

§. 32. *praecipit*] Turic. *praecepit*, sed idem mox *displicit*.

mihi, quae] „Turic. Flor. Guelf. Camp. inserunt *ne in his* cum Bodl. Alm. Goth. Voss. 2. (horum uterque *nec*) 1. (hic *hoc ne in his*) 3. Bern. et edd. ante Bad. (post Camp. quidem *iis*,) *ea* solum inserit Obr.“ Spald.

scripserimus, in] „Turic. Guelf. Goth. (tac. Gesn.) Camp. inserunt *vel* cum Voss. 2. et edd. ante Bad. Sed Flor. Obr. *velut*.“ Spald.

summas, sive commentarios] „Turic. *summas commentarium*. Flor. (a pr. m.) *s. sine c.* Guelf. *s. in commentarium* cum Voss. 1. 3. Badius multum sibi licere ratus eam, quae hodie obtinet, invexit scripturam. Nimis leviter ille, cum de loco desperasset Regius. Equidem sic eum restitui posse arbitror: *mihi, vel in iis quae scripserimus velut in summas commentarium et capita conferre*. Hyperbaton quod est in accusativo *commentarium* locum dedit erroribus. Neque enim cuiquam credam, *commentarios* esse posse pro synonymo *summarum* et *capitum*. *Conferre* autem *commentarium in summas et capitu* nihilo aut

conferre. Facit enim discendi negligentiam haec ipsa fiducia et lacerat ac deformat orationem. Ego autem

paulo durius dictum censeo quam *conferre ea quae scripserimus in summas et capita*. Alias quidem *conferre aliquid in libros* perhibentur, velut Prooem. tot. op. §. 25. III, 3, 10. VIII. Pro. 1. Erit igitur hic *conferre* idem quod *digerere*. cf. §. 30. *Vel in iis* interpretor, quia convenientius magisque probandum erat, eorum quae cogitaramus modo, non autem scripseramus, commentarium condere in capita et summas digestum." Spald. „Mire haec leguntur. An *commentarios* et *capita* pro synonymo *summis* esse credamus? Plurima, ut ex Spald. not. crit. discimus, hic est in MSS. lectionis varietas; unde equidem haec eruo: *Illud, quod Laen. praec., displicet mihi, vel in iis, quae scripserimus, summam in commentarium et capita conferre.* (*Vel in iis*, non modo in dicendo ex tempore. Cum semel commentariorum mentionem iniecerit, a dicendo ex tempore transit Fabius ad oratorem, qui ante scribit." Wolff. Ego autem sic legendum suadeo: *displicet mihi, nec in his, quae scripserimus, velim* [cf. ad §. 20. it. 5, 19. 3, 17. Spald. not. crit. ad X, 3, 11.] *summas in commentarium et capita conferri* [sic modo §. 26. Turic. Flor. *explicare* pro *explicari*. cf. ad 2, 4. adn. 4. it. ad 1, 126. etc. Neque enim si retinere *conferre* malueris, apte satis admittere licet eiusmodi rationem, qualis est 1, 3. ubi vid. adn. 2. extr. et alibi.] Posterioribus his *nec — velim — conferri* explicatius dicitur, quid displiceat et quid Laenas praeceperit. Is igitur eorum etiam, quae ante actionem scripta essent ab oratore, summas in commentarios conferri voluerat. Sed in his brevem illam adnotationem non recipit Fabius, et cur non recipiat, explicat sequentibus: *Facit enim* etc. Caeterum in praecipiendo Quinctilianus saepe utitur *volendi* verbo, velut supra §. 20. 1, 30. 3, 32. 5, 5.

enim discendi] Sic Spald. cum Turic. Flor. Camp. pro vulg. *enim et disc.* Goth. Voss. 2. Ioann. *edisendi:* unde facile est suspicari scriptum oportuisse, quod mihi et ipsi hoc loco magis probatur, *ediscendi* verbum. Nam quod actores *discere* dicuntur fabulas, id aliam, opinor, rationem habet. Cf. Ruhnk. ad Terent. Heaut. prol. vs. 10. add. Hecyr. prol. 2. vs. 48.

lacerat ac deformat] „quod, qui orat, male didicit, et elaboratis immiscet, quae ex tempore dicit." Wolff. „Cum enim „quaedam eorum, quae scripta „sunt in commentariis ampliori„bus, memoriae adhuc obversen„tur, quaedam exciderint, quae„dam ex parte tantum se osten„dant, emergantque: hinc tene-

nec scribendum quidem puto, quod non simus memoria persecuturi. Nam id quoque accidit, ut revocet nos cogitatio ad illa elaborata nec sinat praesentem
33 fortunam experiri. Sic anceps inter utrumque animus aestuat, cum et scripta perdidit et non quaerit nova.

„rem orationis multum interpel„lari, ac dissimilitudinem quan„dam oriri necesse est, quin illa „*concurrentis oris* vitia existere, „de quibus XI, 3, 121.“ Gesnerus.

quod non simus] Spald. *quod simus* cum Guelf. Camp. (sed hic *scimus*) it. codd. Pariss. et edd. ante Capper. exc. Ald. Colin. Sed Turic. *non simus*. Flor. (a pr. m.) *quae simus*. Alm. *n̄ simus* (cf. §. 26.) Reliqui dant nostrum, in quorum numero est Goth., et apertum est, favere huic lectioni Turicensem quoque, quem nollem deseruisset Spaldingius. Sed is quomodo scripturam suam tueatur, operae pretium est cognoscere: „*quod simus — persecuturi. Vbi satis fidere possumus memoriae, ne scribendum quidem esse censeo.* Talia sunt X, 6, 2. *memoriae — laxatur*. item ibid. §. 4. de Hortensio aliisque. Igitur indigere locum negatione non puto, quam inserunt post *quod*. Et hanc fidelitatem memoriae significari credo verbo *persequendi*, non *prosequendi*. Alioqui sane edisci vult quae scripta sint ab oratoribus, velut, quod refert Capper. XI, 2, 2. 44.“ Sed recte Wolfius negat sine *non* illo cohaerere sequentia. Quam enim interpretationem tentaverit Spaldingius, eam parum ad sequentia aptam videri. Et negationem necessariam esse, proxima quoque superiora clamant. — Modo pro *nec — quidem*, quod dedi sequutus Turic. Flor., scriptum erat *ne — quidem*. Vid. ad 1, 33.

persecuturi] Sic Spald. cum Flor. (qui a pr. m. *persecutura*) Guelf. Iens. et edd. posterr. ante Bad. item a Stoer. inde ante Obr. *persecuturia* Turic. Reliqui *prosecuturi*. Sed illud nostrae quoque lectioni, quam in praecedd. modo vindicavimus, convenit quam maxime.

id quoque] Sic Spald. cum Turic. Flor. Alm. Camp. Ex reliquis alii *hic quoque*, alii *hoc quoque* scriptum habent.

illa elaborata] quae scripsimus, sed non sumus memoria persequuti. Cf. ad §. 2.

experiri] „dicendo ex tempore.“ Wolff.

§. 33. *et scripta perdidit*] „quod noluimus ediscere.“ Wolff. Pro *perdidit* Flor. (a sec. m.) Goth. Voss. 2. Iens. Colon. (1527.) et edd. posterr. ante Stoer. *perdit*. Pariss. 7. 11. *perdiderit*.

Sed de memoria destinatus est libro proximo locus nec huic parti subiungendus, quia sunt alia prius nobis dicenda.

libro proximo] Colon. (1527.) *proximo libro.*

locus] Turic. Flor. Alm. omittunt. Paullo post Turic. *sali pius* pro *sunt alia prius.*

dicenda] Turic. Flor. Alm. Camp. Voss. 1. 3. subiiciunt *de his* (Turic. *deis*, Alm. *de is*, Camp. *de iis*) *quae sunt;* sed Goth. et Guelf. *de his* modo. De quibus quid faciendum sit, me sagaciores ad suspicandum viderint.

EXCVRSVS I.

SERRANVS *videtur laudari a Quinctiliano inter epicos Latinos.*

„Renovata scriptoris Latini [Fabii Rustici; vid. Ex„curs. II.] memoria, videamus, an nobis aliquando con„tingat, quasi de inferis excitare poetam Romanorum epi„cum, modice ab nonnullis Fabii librariis mulcatum, ab „eiusdem autem editoribus prope omnibus (quod pace vi„rorum ingenio atque eruditione excellentium dixerim!) „tam atrocissime tractatum, ut in tenuissimam particu„lam et vilissimum pronomen evanuerit. Quas quidem „eius reliquias cernimus apud Quinctil. X, 1, 89.

Cornelius autem Severus, etiamsi versificator quam poeta melior, si tamen, ut est dictum, ad exemplar primi libri bellum Siculum perscripsisset, vindicaret sibi iure secundum locum. Sed eum consummari mors immatura non passa est: puerilia tamen eius opera et maximam indolem ostendunt et admirabilem, praecipue in aetate illa, recti generis voluntatem.

„Spaldingius non dubitat, quin verum hic viderit Bur„mannus, cui placeat, pro *sed eum* legere *Varenum*. Egre„gie! poetae enim inventum est nomen in poetarum choro „numquam visi, numquam auditi. Sed probabilius idem „addit: *eum, quem modo versificatorem appellarat, „tantis profecto laudibus Q. non mactavit.* Ad finem an-

„notationis sic exclamat: *quis vel Bentleius, vel Ruhnke-*
„*nius, vel Porsonus nobis eum demonstraturus est, qui*
„*hic delitescit?* Donec viri principes audierint, reponа-
„mus SERRANVM. Primum enim proxime hoc no-
„men abest ab lectione Florent. *ferrenum*, Almelov. *Ter-*
„*renum*, Voss. 1. et 3. *farrenum*, Velferbyt. *Varrenum;*
„nam, Turicensis lectione silentio praetermissa, his con-
„tenti simus testimoniis*). Deinde huius nominis poeta,
„ne epico Latinorum veluti canoni eximeretur, epicorum
„nominibus quasi stipatus et vallatus est apud Iuvenalem
„VII, 79. seqq.

Contentus fama iaceat Lucanus in hortis
Marmoreis; at Serrano, tenuique Saleio
Gloria quantalibet quid erit, si gloria tantum est?

„Etsi codices Iuvenalis valde variant in huius nominis
„scribendi ratione (vid. Rupertius ad h. l.); numi et mar-
„mora modo *Sarranum*, modo *Serranum* nobis ostendunt, ut
„monet Burmannus et Heynius ad Virgil. Aen. VI, 845.:
„non dubitavi tamen eam rationem sequi, quam Perizo-
„nius proposuit in animadvv. histt. p. 34. Apud Plinium
„quoque in epp. I, 14. nominatur *Serrana Procula* quae-
„dam (in ed. Rom. quidem est *Sarrana*); et nuper Gara-
„tonius, nisi fallor, Ciceronis orationi pro Plancio, 5.,
„reddidit ex optimo codice Bavarico *Serranum*.

„Non longa de viro, cui multa et viventi, et mortuo
„fata inviderunt, nostra erit commentatio. Haec enim
„paucissima de illo Scholiastes Iuvenalis ad verba *at*
„*Serrano, tenuique Saleio: nomina sunt poetarum*
„*pauperum*. A Martiali quidem, epigramm. IV, 36., in-
„ter Afri debitores numeratur Serranus; sed, an intelli-
„gatur noster, haud affirmarim; — quamquam *Grangaeus*
„affirmat ad Iuvenalis locum.

---

*) De Pariss. libris tacet Dussaultus, quae est intolerabilis eius negligentia. Fr.

„Tamen ipsa haec scribenti visum est, si potest fieri, „iusta facere poetae, praemature quidem defuncto, sed „maximae indolis. Supersunt enim ex antiquitate poemata, „si quid tribuimus Renati Rapini iudicio, in diss. de carm. „pastor. p. 193., *rudia atque imperfecta;* si Iulii Caesa„ris Scaligeri, in poetices lib. VI, 5., *laxa, tumida, pue„rilia, rustica;* si Quinctiliani, *puerilia*, sane puerilia, „nonnumquam nimis. Nam quae opuscula *Calpurnio* cui„dam, *Caio* aut *Tito*, *Iulio* aut *Iunio*, et seculo post „Chr. tertio vergenti assignantur, ea, si quid video in his „litteris, iure summo adiudicabuntur tempori Neronis." Haec Sarpius Quaest. Philol. c. II. p. 11. sqq. idemque non unius poetae esse ea carmina existimat: quae quum viro doctissimo intra annum 54. et 58. aut 59. p. Chr. (id quod probare studet accurata disputatione, quae continetur Quaest. capp. III. IV. et V.) composita videantur; deinde quum puerile ingenium, quod iam alii viderint et novis argumentis facile confirmare liceat, in rebus et verbis redoleant: in eam ille inclinat sententiam, ut ad Persii amicum, Calpurnium, (quem, hoc vivo, iuvenem defunctum legas apud Sueton. in vita Persii,) referenda putet. Quod enim Calpurnius ille dicatur *Sura*, id ei cognomen datum esse ex coniectura Isaaci Casauboni; libros mss. eum appellare *Straturam*, *Staturam* etc. in quibus nominibus *Serranum* delitescere.

His expositis (cap. VI. p. 47.) sic pergit Sarpius:

„Componamus Calpurnii vitam. Qui cum esset a prima „adolescentia (vid. Persii vita) amicus Persii, et, quemadmo„dum ipse prodit in ecl. IV, 18., Lucano aequalis; natus erit „circa annum Chr. 36. Poesi puer adhuc operatus est, ut „anno aetatis 19. primam eclogam caneret, anno aetatis 22. „septimam, et sequente anno quartam. Virgilium qui„dem imprimis imitans, ad Senecae tamen ingenium et „rationem simul se applicuit. Liberalitate huius viri sus„tentatus (vid. ecl. IV, 31. seqq.) vixit (vid. ecl. IV, „88. seqq.) in vicinia urbis, ad Gallinas. Senecae indul-

„gentia si forte, id quod cupiebat, innotuit Neroni; non „fuerit tamen in poetarum iuniorum numero, qui cum „Caesare versus pangebant. Dubium enim est, an vi„vendo Calpurnius pervenerit ad annum Chr. 59.; quo „anno, tradit Tacitus ann. XIV, 16. eiusmodi poetas a „Nerone contractos esse. Quem Taciti locum addam, „sed emendatum: *carminum quoque studium* (Nero) *ad„fectavit, contractis, quibus aliqua pangendi facultas; „necdum insignis aetatis. Vocati considere simul, et „adlatos, vel ibidem repertos versus connectere, atque ip„sius verba, quoquo modo prolata, supplere. Vocati* „erundum putavi e lectione codd. *nati:* nam litterae *u* „(v) et *n* commutantur a librariis sexcenties; et, quod „monet Ernestius in praefat. ad Tacit. p. X. ed. Oberl. „atque ad Tacit. ann. II, 63., subinde peccatur in codicibus „Taciti Florentinis omissione syllabae mediae. — Spiritu „sive divino, sive poetico se afflatum sentiens, ante epulas, „neque certis horis, Nero istos poetas vocabat; at post „epulas, ut Tacitus ibidem narrat, tempus impertiebat sa„pientiae doctoribus. Quae coniectura si displicet, per „me addatur decem illis apud Oberlinum nihil perficien„tibus! — Exspiraverit Calpurnius anno Chr. 58., agens „vix annum tertium et vigesimum; fortasse quia corpora „humana, quae cito crescunt et valde, quale fuit Cal„purnii, (vid. ecl. I, 26.) cito flaccescunt. Sed potius „audiamus Cestium ap. Senec. contrr. I, 1. p. 90. *ma„ture magnum ingenium non est vitale.* et Quinctilianum „VI. praef. *maturitas festinata celeriter occidit.* et Statium „silvv. II, 7, 90. seqq.

O numquam data festa longa summis!
Cur plus, ardua, casibus patetis!
Cur saeva vice magna non senescunt!

„Iam ut redeam, unde oratio nostra deflexit, quaecunque „Fabius de Serrano exponit, ea mirifice omnia conveniunt „Calpurnio. Quem *consummari mors immatura non passa*

„*est*; utpote vigesimo tertio aetatis anno exspirantem. — „Et *puerilia* eius appellari possunt opera. Non semper „enim in hominum aetate designanda Latini sequuntur Var„ronis rationem apud Censorinum de die natali 14. Nam „Cicero Philipp. IV, 1., minime Octavium obiurgans, il„lum et exercitui imperantem, et annos XIX ac tres men„ses natum appellat *puerum: laudo, laudo vos, Quirites, „cum gratissimis animis prosequimini nomen clarissimi „adolescentis, vel pueri potius. Sunt enim facta eius im„mortalitatis; nomen aetatis.* — Nec *consummata* sunt „Calpurnii opuscula, ingeniosa illa quidem, et recti generis „ostendentia voluntatem. Emendasset sane plurima, si „vixisset diutius. Et facile feret humanitas pueros, in „poematis tantummodo peccantes.“

EXCVRSVS II.

AD CAP. I. §. 104.

De eloquentissimo quodam Latino historiarum scriptore necdum satis cognito.

Superest adhuc et exornat aetatis nostrae gloriam vir seculorum memoriae dignus, qui olim nominabitur, nunc intelligitur. Habet amatores, nec imitatores; ut libertas, quamquam circumcisis quae dixisset, ei nocuerit. Sed elatum abunde spiritum et audaces sententias deprehendas etiam in his, quae manent.

In tractando loco, quem nemo non agnoverit esse difficillimum, sic versabor, ut enumeratis variis librorum lectionibus, quid doctissimi homines de eo faciendum iudicaverint, ipsorum verbis referam, denique meam quoque sententiam qualemcunque subiiciam.

Superest. Turic. *super eius*, a sec. m. *sermone superior eius.* *adhuc et.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *ad hoc*, omisso *et.* *memoriae.* Sic Turic. Flor. (hic a pr. m.) Reliqui *memoria.*

Habet. Turic. *habent.* *imitatores*; *ut.* Turic. *inmerito remitti.* Flor. (a pr. m.) *inmerito remuti.* Ex Alm. affertur *immerito remitti;* ex Voss. 1. *immeritorem ut*; ex Voss. 3. *immeritores ut.* Guelf. *imitatores* (hoc vocabulum in marg. ed. Colon. 1527. appositum voci

amatores) uti, et sic Flor. (a sec. m.) Camp. (et *uti* Goth. quoque cum Voss. 2.) *immerito ut* Bodl. Ald. Colon. (1527.) item marg. Basil. (unde per errorem refert Burm. *H. imitatores nec immerito,*) et Gryph. cum aliquot apud Burm. *ei.* Turic. Flor. (hic a pr. m.) *vel.* Alm. *illa* praebere dicitur. In quo ut in illo *uti* latere aliquid suspicatur Spald. probante Buttmanno. *nocuerit.* Guelf. Goth. Voss. 1. 2. 3. *nocuerat*, item Pariss. exceptis 7. 11. qui *nocuerit.*

Sed elatum. Turic. Flor. *se latum*; hic a sec. m. *se elatum.* Camp. *sed latum. et audaces.* Turic. Flor. *ut audaces.* Huius quidem secundam manum non satis agnoscere se fatetur Spald., et fortasse nil esse nisi receptam. *deprehendas.* Turic. Flor. *deprehendenda sed iam in his;* a sec. m. uterque *deprehendendas*, Flor. solus *etiam*, alter ibi relinquit priorem. Colon. (1527.) *deprehendes*; eadem *in his* pro vulg. *in iis.*

Superest adhuc — vir seculorum mem. dignus. „Illa „Quinctiliani fortasse ad Tacitum referuntur. Ambigo „ideo, quia haec vivo Domitiano Fabius scripsisse videtur. „Atqui noster tunc, ut opinor, nil vulgaverat.“ Lipsius in testimoniorum de Tacito recensione.

„Plinium maiorem significari eum aliis putat et de„fendit Gesnerus. Burmannus (quae et Gedoyni sen„tentia) neutrum intelligendum censet, idemque suspicatur „in isto *rem* vel *remitti* (cf. nott. crit.) latere nomen alicuius „historici. „„Nam haec verba,““ inquit, „„necesse est „„capere de aliquo, qui historiam suam, antequam ede„ret, recitavit; quae cum liberrime esset scripta, fuere „„quaedam quae dixerat circumcisa, et ita libertas ei nocuit.““ „Plinium quidem, quidquid ad commendandum talem loci „intellectum eruere sibi videtur Gesnerus e Pliniana, quam „modo indicavi, epistola [III, 5, 6.], manifesto arcet tem„porum ratio, cum nimis incredibile sit, haec a Qu. scrip„ta iam fuisse ante Domitiani imperium (cum Tito impe„rante Plinius perierit), illo autem rerum potiente retrac-

„tata modo atque edita. Sic enim hanc difficultatem amo-
„liri conatur Gesn. Quidquid nobis offertur in hisce In-
„stitutionum libris, quanquam meditatum diu et probatum
„a maturo scribentis ingenio, speciem tamen habet sponte
„et illico nascentis, non praeparati, operisve tanquam ex
„pridem artificiose politis edolatisque frustis compositi et
„tessellati. Nec poterat ferri talis commemoratio, velut
„viventis, quam nulli certo homini esset assignaturus vel
„peritissimus lector, cum praesertim *intelligi* eum, quem
„nunc quidem non nominet, tam confidenter dicat scriptor.
„Id quoque excludi videtur his tam effusis scriptoris lau-
„dibus, intercidisse temporum iniuria et nomen et famam
„eius, quem hic commendarit noster. Aliqua tanti ingenii
„memoria ad nos quoque erat perventura, si maxime scrip-
„ta sublata essent. In illo *intelligendi* verbo cf. VI, 3, 38.
„Tacitum autem quo minus hic inveniamus, multa sane
„possunt vetare; quorum tamen illud, quod a tempore editi
„ab eo operis repetitur, argumentum satis infirmatur, si, id
„quod Burm. monet, recitantem inter amicos quae nondum
„vulgaverit fingamus. Quales non solis poetis et oratori-
„bus consuetas fuisse recitationes nemo dubitaverit; cf. in
„Servilio Noniano Plin. Epist. 1, 13. l. e. Sueton. Claud. 41.
„Remanet scrupulus, quod ipsa illa Taciti libertas Domi-
„tiano maxime timenda erat, nec videtur eo superstite a
„tam obnoxio cultore cum ulla laude potuisse commemorari.
„Etiam hoc assensum cohibet, quod ampliora fere sunt,
„quae hic in hominem congeruntur encomia, quam quae
„cadant in aliquem conditionis et ordinis eius, cuius fuit
„Tacitus. Dicas principis domum contingere eum vel mag-
„na rerum gestarum gloria florere, quem sic laudat noster.
„Alioqui tempora belle congruunt, cum ex Dodwellianis
„rationibus scribendi huius libri Quintilianei annus incidat
„in quartum et trigesimum vitae Taciti. Si quis lentam
„illam et fere timidam dicendi rationem, quam maxime
„probat Fabius, abhorruisse iudicet a vehementia et novi-
„tate Taciti, eum recordari velim, insignem in aliquo

„genere, quamvis improbato, praestantiam vix repudiari ab „intelligentissimo pulchrique et honesti studiosissimo iudice, „qualem nemo neget nostrum. Praeterea, quanquam rei „manifesta non reperio testimonia, nihil habet alienum a „veri similitudine, disciplina quoque Quintilianea fuisse „usum Tacitum, cui cum Plinio Fabii discipulo familiari- „tatem intercessisse novimus. Saltem conciliatum magistri „animum et generosis quibusdam vitiis minus infensum „mihi fingo in eo, quem fortasse Plinius commendarit. „Cum primum autem victum esset illud periculosae elo- „quentae odium, non poterat non vehementer amplecti et „admirari noster impressas ingenio Corneliano altissimae „sapientiae et magni animi notas. Sic equidem quo magis „hunc scriptoris mei locum animo revolvo, tanto facilius „in eam concedo sententiam, ut Tacitum hic quasi posteris „promissum et annunciatum putem. Multum tamen abest, „ut verba ipsa Quintiliani recte planeque interpretari mihi „videar, qui ne sana quidem aut emendata hic omnia cen- „seam.“ Spalding.

Habet amatores — nocuerit. „Mirum dictu est, quam „insolita etsi diversa ratione verba *ut — nocuerit* in hoc „loco acceperint Badius et Burmannus; et Gesnerus magis „etiam insperata affert. Badius *ut* idem esse ait ac *post- „quam*. Burmannus, hoc improbans, particulam inter- „pretatur *quamvis* „„quamvis libertas ei nocuerit““. „Annon sentiebat huic rationi obstare „„*quanquam* circum- „„cisis““? Nam omittere se id vocabulum nusquam di- „cit. Et quomodo credibile erat „„eum, cui libertas „„nocuerit, habiturum imitatores““? Gesnerus ita or- „dinat sententias: „„Scriptor hic a Qu. laudatus nullum „„habet imitatorem, ut nec ipsa libertas habet imitato- „„rem, quanquam huic libertati, circumcidendo nocuit.““ „Quanquam enim non his ipsis verbis interpretationem „profert, quae si ponere voluisset, ipse eam reiecturus „erat, eo tamen res redit. Adeone, quod in promtu est, „Latine doctissimos viros non vidisse! Nempe Gedoynus

„non ignoravit, *ut* — *nocuerit* esse frequentatissimam „illam appendiculam, in qua ante *ut* subauditur *ita*: „„l'a„„mour de la vérité lui ayant été fatal.““ Ego tamen „et in eo haereo, quod nocuisse dicitur libertas ei, cui „amatores quidem dederit, sed imitatores abstulerit; nec „omnia haec manifesto sic praestat vetustissima scriptura. „Ex ea quidem *imitatorem* magis eruas quam pluralem; „quo tamen ipso non multum proficimus. Paulo clarius „videbatur, si transponeretur: *II. imitatores nec amato„rem:* volunt multi similes videri tanto ingenio, sed ei„dem laudes debitas invident; tantum nocuit ei, quod „multos, libere vitia notando, laesit. Sed quo ablegat „Gesnerus §. 126. geminam nimis ostendit orationem, quam „ut hic quidquam solicites. Fateor tamen, me mihi non „satisfacere in hisce. Rollinus sumit, Tacitum multa „tunc e scriptis suis metu temporum detraxisse, quae „postea restituta sint.“ Spalding.

„Non temere Spaldingius eius, qui emendare hunc „locum vellet, animum intendit in illud librorum *uti* et „in variationem *ei*, *vel*, *illa*. Mihi quidem tria haec pa„riter insititia videntur, et illud *uti* natum e dativo *cui*. „„Habet amatores, nec imitatores; cui libertas quanquam „„circumcisis quae dixisset nocuerit,““ h. e. „„cum — „„ei nocuerit.““ — Tacitum autem quo minus hic agnos„cam, tum illa faciunt, quae Spaldingii quoque fidūciam „infregerunt, tum alia, in quibus non infimum locum oc„cupat illud „„Superest adhuc““; quibus verbis homi„nem iuniorem, suum fortasse discipulum, futuris tem„poribus nuntiare non potuit Qu. Quis vero fuerit, in „eo non multum desudabis, si timidam nostri naturam „reputaveris: qui quamvis satis manifestum fecerat, vivo„rum neminem sibi attingi; tamen non potuit, quin sati„ricos non solum sed lyricos etiam sui temporis, non no„minatos illos, tanta laude mactaret (§. 94. 96.) Qua „cum ne unum quidem dignum nominare possimus, quid „mirum si illum quoque ignoramus, quem longe alia,

„quam quae praetenditur, causa hic indigitatum esse, ipsa „elogii forma, quod sensit etiam Spaldingius, demonstrat.“ Buttmann.

„*Bey* §. 104., *in welchem Q. einen Zeitgenossen, der „in der Historiographie sich auszeichnete, andeutet, führt „eine lange Anmerkung nicht zum Ziele. Tacitus, wel- „cher noch kein Geschichtswerk herausgegeben hatte, als „Q. dieses Buch schrieb, kann nicht gemeint seyn. Es „bleibt sogar höchst unwahrscheinlich, dass der vorsich- „tige Tacitus einen Theil seiner, für die Ewigkeit bestimm- „ten Werke vorlas, während Domitianus die Stimmen der „Wahrheit zu unterdrücken alle Gewalt aufbot. An den „Curtius zu denken, welcher einen, in den Rhetor- „schulen sehr beliebten Gegenstand rhetorisch behandelte, „der kriegerischen Unthätigkeit des Tiberius durch longa „pax* (Lib. IV, 4, 21.) *schmeichelt, den Wirrwarr in „Babylon nach Alexanders Tode so beschreibt, als sollte „er die Unruhe in Rom nach Caligulas Ermordung dar- „stellen, vom blödsinnigen Aridaeus, aller Geschichte zum „Trotze,* (X, 8, 21.) *schreibt: ingentem spem indo- „lis ante eum diem fratris claritate sup- „pressam, ea moderata excitavit oratio — „dem blödsinnigen Claudius sollte ein Schmeichelwort ge- „sagt seyn! — und endlich* (X, 9.) *die Nacht vom 24. Ja- „nuar 41. und den Regierungsantritt des Claudius auf- „kenntlichste schildert; an diesen unbedeutenden Curtius „hier zu denken, ist mehr als gewagt. Auch dürfen wir „nicht, wie neulich geschehen ist, hier eine Andeutung „auf den Herennius Senecio*) *finden wollen. Denn „Q. spricht hier von einem Historiker, welcher damals „noch lebte, und die Geschichte damaliger Zeit beschrieb; „aber Herennius Senecio war schon hingerichtet, und lie- „ferte, soviel wir wissen, nur eine Biographie des Helvi-*

*) Vid. I. C. F. Manso in programm. Vratislav. 1821. edito: *Ueber einige, den Quintilian betreffende Meinungen der Gelehrten.* Fr.

„*dius Priscus. Nach der Erzählung des Dio Cassius p.* „*IV. ed. Reim. war die Hinrichtung des Senecio vor der* „*letzten Verbannung der Philosophen, oder mit derselben* „*gleichzeitig, also entweder im J.* 95 *oder kurz vorher.*“ Ienensis Censor Quinctil. Spald. p. 242.

„Quaesitum est saepenumero, nec, quod intelligenti- „bus satisfaciat, responsum, quem historiarum scriptorem „M. Fabius Quinctilianus de instit. orat. X, 1, 104. in- „tellexerit. Dignissima sane, non propter insignem rei „difficultatem solum, haec videbitur causa, quae rursus „in disceptationem vocetur, doctorumque studia occupata „teneat aliquamdiu. Illum enim scriptorem censor inge- „niorum acerrimus tanta exornat gloria, ut in errore ho- „minum, qui Cornelium Tacitum ibi laudatum esse vo- „lunt, conniveamus facillime. Deinde Thucydideum „exemplar etsi ita secutus est Tacitus, ut, quae Diony- „sius Halicarnasseus disputat de Thucydide, ad Tacitum „possint referri propemodum omnia, ac Sallustianum ge- „nus etsi idem ille expressit frequentissime, ut merito „inter Sallustianos ab Dav. Ruhnkenio in praefatione ad „Velleium recenseatur: avemus tamen, non ignorantes „quidem, divinam huius scriptoris magnificentiam non ex „sola imitatione aliorum emanasse, — avemus tamen, in- „quam, scire, quem proxime in stadio eiusdem laudis Ta- „citus habuerit praecurrentem. Minime vero illustrium „virorum error nos deterrebit, quo minus investigare sus- „cipiamus verum: *patet enim*, ut L. Annaeus Seneca pro- „fitetur, *omnibus veritas; nondum est occupata, mul-* „*tum ex illa etiam futuris relictum est.*

„Locus autem, quem supra laudavi, apud Spaldin- „gium quoque sic legitur:

Superest adhuc, et exornat aetatis nostrae gloriam, vir seculorum memoria dignus, qui olim nominabitur, nunc intelligitur. Habet amatores, nec imitatores; ut libertas, quanquam circumcisis quae dixisset, ei nocuerit. Sed elatum abunde

spiritum, et audaces sententias deprehendas etiam in iis, quae manent.

„Emendatis explicatisque singulis, quae quidem aut „emendatione, aut explicatione indigere videantur, sol„vere conabor, quam supra posui, quaestionem.

„Locutus de Romanorum historicis iam defunctis, „scripsit Fabius: *superest*, i. q. superstes est. Quo ipso „verbo significatur, quam ob causam eximius ille scriptor „non laudetur nominatim. Viventium enim neminem, „excepto tamen Germanico Augusto, in hac ingeniorum „censura nominat rhetor, rationem sequens Aristarchi et „Aristophanis, ne in Apollonio quidem, ἀπτώτῳ illo Ar„gonauticon poeta, hanc legem migrantium. Et profite„tur idem lib. III, 1, 21. *parcere se nominibus viventium; „venturum eorum laudi suum tempus.*

„Minime illud *adhuc*, *et* agnoscit Turicensis, male „repositum pro illius lectione *ad hoc*. *Ad hoc* esse prae„terea, docet Cortius ad Sall. Cat. p. 36. et 267.; interpp. „ad Flor. III, 9, 2.; Arntzenius ad Plin. paneg. p. 25.; „idem ad Pacati paneg. p. 20.; Schwarzius ad Plin. paneg. „p. 383.; et quis non? Qui excogitarunt illud *superest „adhuc, et*, pessime profecto rhetorem faciunt comme„morantem, quod in senibus non facile significare solent „homines politi, longam temporis peracti seriem.

„*Exornat* rerum scriptor, qui non simpliciter narrat, „sed copiose et diserte. Vnde *exornatores rerum* apud „Cic. de orat. II, 13, 54. appellantur eloquentes histo„riarum scriptores, *rerum narratores* ceteri. Laudatur „ergo historici illius eloquentia.

„*Aetatis nostrae gloria* quae erit? Est, qui non „tantum „„muscas stilo praeacuto configebat,““ sed cum „genere humano bellum gerebat atrocissimum, „„cuius „„pulsi fugatique non aliud maius habebatur indicium, „„quam si triumpharet,““ ,,„morum sanctissimus censor,““ „T. Flavius Domitianus Germanicus Augustus. Quemad„modum enim Homerus μέγα κῦδος Ἀχαιῶν (Il. I, 673.

„K, 544. Od. M, 184. Il. K, 87.) appellat Vlyssem, et „Nestorem; sic Latini usi sunt voce *gloriae* et in numis, „(vid. Raschii lexicon numism. s. h. v.) et alibi. Sic apud „Valerium Max. V, 4, 5. ext. Amphinomus et Anapus ap„pellantur *Aetnaei montis gloria*; apud Valer. Flacc. „Argonn. IV, 162. Otreus:

decus ille, et laeta suorum
Gloria;

„sic apud Martialem II, 90. est:

Gloria Romanae, Quinctiliane, togae;

„et, quod vel unum nostrae causae sufficiat, apud eun„dem II, 91. in epigrammate ad Domitianum legitur:

Rerum certa salus, terrarum gloria, Caesar;
Sospite quo magnos credimus esse Deos.

„Advertamus quoque illud, bellicae virtuti propriam esse „*gloriam*; ut monet Burmannus ad Valer. Flacc. Argon. I, „77. et Burmannus Sec. ad Propert. p. 261. Cui glo„riae istum inhiasse, ostendit Martialis, Plinius in panegy„Suetonius, Tacitus (Agr. 39.), Quinctilianus X, 1, 91. „et 92., aliique. Si qui adulationis petunt Fabium, re„volvant animo et quod Ruhnkenius scribit in praef. ad „Vell. †† 4, et quod his quasi crustulis deliniendum fuit „monstrum, nullam ferens civium libertatem. Nimirum, „ut Claudianus canit;

— nunquam libertas gratior exstat,
Quam sub rege pio.

„Audiendus erit Turicensis, pro *memoria dignus* propo„nens *memoriae dignus*. „„Nam *dignus* genitivo iun„„gitur more Graecorum, non apud Ciceronem quidem, „„sed apud alios cet.““ — sic vir pie venerandus, F. A. „Wolfius ad orat. de haruspp. respp. p. 376.; cf. Burm. „ad Phaedr. IV, 20, 8. atque ad Quinct. I, 5. p. 52.*)

*) Vid. Heusing. ad Mall. Theodor. p. 17. ad Vechn. Hellenolex. p. 291. Burm. Sec. ad Anthol. Lat. tom. II. p. 86. Goeller. ad Plaut. Trin. p. 131. Spald. ad Qu. I, 5, 6. Balb. in epist. ad Cic. (ad Att. VIII, 16.) „suscipe curam et cogitationem *dignissi-*

„*Habet amatores.* Quin potius legatur *habeat* „*amatores;* nam in Turic. est *habent,* quod commutatum „in eodem scimus cum *habeat* lib. X, 4, 3. et alibi. No„ster autem cum problematice loquendi genus frequentans, „tum, Domitianum ne pungeret, pertimescens usurpavit „coniunctivum. Fortasse tamen libenter feres *habent,* „intelligens *ἀπὸ κοινοῦ scripta illius.* Equidem fero; „improbe enim facit, qui in alieno libro ingeniosus est. „Quam figuram arroganter et inepte sustulit Raph. Regius „ap. Quinct. IX, 2, 79. ubi vid. Gesnerum. Conf. Spal„ding. ad X, 1, 29.

„Ex Turic. *immerito remitti* primus elicuit Spaldin„gius, invento quidem suo non multum ipse tribuens, „optime tamen, *imitatorem,* i. e. ne unum quidem imita„torem. Sed non vidit ille, quod non fugit Florentini „scriptorem, in *itti* latere *uti.*

„*Libertas* est h. l. ut §. 94. et apud Senecam controvv. „V. p. 351. ed. Gronov. ult.: *Haec, quae transeo, post* „*mortem meam legentur. Quanta in illis libertas fuit,* „*quam etiam Labienus extimuit!* — et sexcenties alibi, „*παῤῥησία;* vid. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 59.

„*Vti libertas* i. q. uti libertas solet habere. Quot ama„tores autem habeat haec scribendi libertas, vel ex his „colligas: Cicero pro Planc. 23. *nihil citius excipitur,* „*nihil latius dissipatur,* (quam maledictum); Tacitus „histt. I. ineunte: *obtrectatio et livor pronis auribus acci„piuntur; quippe — malignitati falsa species libertatis* „*inest;* scriptor dialogi de causis c. eloq. 10. *hinc* (i. e. „ex hac libertate) *existere assensus; haec in ipsis audi„toriis praecipue laudari, et mox omnium sermonibus*

mam tuae virtutis.“ Nec vero dubito, quin apud ipsum Ciceronem orat. pro Balb. c. 2. recte scriptum sit: „Ac mihi quidem hoc *dignum rei* videtur.“ Quodsi optimorum scriptorum codices mss. Spaldingiana diligentia excussos haberemus, longe plures loci hunc genitivum praeberent, quem apud poetas quidem saepe reperias, ubi salvis metricis rationibus ablativus poni poterat. Fr.

„*ferri;* Quinctil. II, 12, 5. *libentissime homines au-*
„*diunt, quae dicere ipsi noluissent.* Ac, quod imitato-
„rem haec libertas dicitur habere nullum, nequaquam
„videbitur mirum cogitanti, quod legimus apud Macchia-
„vellum in dispp. ad Livium princip.: *admirationi potius*
„*sunt virtutes,* (quarum e genere sane est libertas) *quam*
„*ad imitandum exemplo:* et apud Tacitum ann. IV, 33.
„*reperies, qui ob similitudinem morum aliena malefacta*
„*sibi obiectari putent. Etiam gloria ac virtus infensos*
„*habet, ut nimis ex propinquo diversa arguens.*

„Posito semicolo post *imitatorem*, et puncto post illud
„*libertas*, nova incipiet periodus, pariter in interpunc-
„tione hucusque claudicans. Cui quidem rei, emen-
„data simul lectione, ita erit succurrendum: *Quamquam*
„*circumcisis (quae dixisset, vel nocuerit); sed elatum*
„*abunde spiritum, ut audaces sententias, deprehendas*
„*etiam in his, quae manent.* Similem locum habemus
„apud Tacitum hist. I, 83. *Otho, quamquam tur-*
„*bidis rebus et diversis militum animis, cum optimus quis-*
„*que remedium praesentis licentiae posceret — : sed dis-*
„*crimine urbis, et periculo senatus anxius, postremo ita*
„*disseruit* cet. Nam, antecedente *quamquam*, particula
„*sed* est pro *tamen;* vid. Wopkens. in misc. obss. critt.
„IX. p. 55. et Tursellin. de particc. CCVIII, 1.

„*Circumcisis.* Eleganter: minus necessaria enim si
„delentur, Latine circumciduntur; conf. Burmann. ad
„Phaedr. IV, 19, 25. Schulting. ad Senec. controvv. p. 213.
„Similiter Latini utuntur verbis *amputandi, circumscri-*
„*bendi, resecandi, coercendi.* In *circumcisis* intelligemus
„*nonnullis*, aut *quibusdam*, aut *multis;* vide Cortium
„ad Sallust. Cat. p. 222. et, quem laudat, Gronov. ad
„Senec. de ira II, 34. Adde Oudendorp. et Ernest. ad
„Sueton. Claud. 15.

„*Quae dixisset* erit: sed ea si dixisset. *Quae* fre-
„quentissime est pro *sed ea;* neque raram esse ellipsin
„particulae *si*, vel modica demonstrabit lectio, vel mag-

„num illud agmen philologorum, quos laudat Arntzenius „ad Mamertini grat. action. 18. p. 716. Addo Manutium „ad Cic. Philipp. XI, 8. Heusinger. ad Vechneri hellenolex. p. 147. atque ad Cic. de off. p. 709.

„*Dicere* non tantum apud poetas idem valere, quod „scribere, historiam componere, ostendit Sallust. Cat. 8, „5. *optimus quisque facere, quam dicere* (malebat) „cet.; Plin. in H. N. praef. *nos quidem omnes, patrem, „te fratremque diximus opere iusto, temporum nostro„rum historiam orsi a fine Aufidii Bassi;* Tacit. ann. I, „1. *temporibus Augusti dicendis non defuere decora „ingenia;* idem hist. I, 1. *nec amore quisquam, et sine „odio dicendus est.* Hìc tamen *dixisset* est in publi„cum emisisset, s. edidisset.

„*Vel nocuerit* revocavi ex Turic. pro inepto commen„to *ei noc.* Cui autem nocuerit? Aut sibi, aût aliis, aut „utrisque. — Verbo monuisse satis erit, Vossiani 3. lec„tionem *quae dixisse* mihi non placere; utpote auctorita„tem illius libri ignoranti, difficilioremque lectionem prae„ferenti perlibenter.

„Pro *et audaces* legamus secundum Turic. *ut au„daces.* Particula enim *ut* per ellipsin voculae *sic* quasi „pro copula est. Multis autem in locis ita fluctuat animus, „ut, nisi externis confirmati testimoniis, nihil certi de „particulis *et* atque *ut* pronunciare possimus. Sic Quinctilia„nus X, 3, 23. scribere potuit aeque *mihi, ut Demostheni, „videtur,* ac *mihi et Demostheni videtur.* Scripsit tamen „*ut Dem.* Nam, si quid tribuimus Florentino et Almelo„veniano, tacentibus iis, qui excusserunt Turicensem, „legendum erit: *Mihi certe, ut Demostheni, iucun„dus hic magis, quam studiorum hortator, videtur esse „secessus.* Est enim apud Florent. *vim demoni*, apud „Almelov. *videmoni.* An κακοδαίμονα metuerunt, haec „verba nihil nocentia omittentes?

„Denique pro *in iis* scribamus ex Turic. *in his;* quem-

„admodum ex eodem libro frequenter fecit Spaldingius, „et Latinitatis leges non prohibent.

„Vt autem, quae sequitur disputatio, examinetur fa„cilius, totum hic addam locum, et a verbis, et ab in„terpunctione aliquanto emendatiorem:

„Superest, ad hoc exornat aetatis nostrae gloriam, „vir seculorum memoriae dignus, qui olim nominabitur, „nunc intelligitur. Habent amatores, nec imitatorem; „uti libertas. Quamquam circumcisis (quae dixisset, „vel nocuerit); sed elatum abunde spiritum, ut auda„ces sententias, deprehendas etiam in his, quae manent.

„Sed quis tandem est ille, qui olim nominabitur, nunc „intelligitur? Nemo profecto eorum, quos nominarunt in„terpretes aliique, — non Plinius maior, nedum Tacitus. „Plinius enim ille, cum haec scriberentur, iam dudum „exspirarat, iam dudum nomen adeptus erat, Imperato„risque Domitiani res condere non potuit. Gesnerus ta„men intelligit Plinium, a cuius nomine, quod Domitiano „fortasse invisum esset, Quinctilianus abstinuerit. At, si „ita esset, neutiquam noster tantis laudibus tollendum „eum suscepisset, vel hac ipsa nominis omissione mentes „legentium nimis allecturus.

„Qui Tacitum hic intelligunt, iis satis responsum puto „ab Lipsio in testimoniis de Tacito, ab Ryckio ad Tac. „ann. III, 24. p. 67., a Gesnero ad h. l. et a Moneta in „Menagiorum tomo I. p. 213. ed. 3. Et, si qui alium „intelligunt scriptorem, qui, cum haec componeret Fa„bius, opus suum tantummodo recitasset, ii non cogitarunt, „rhetorem optimos recensentem scriptores, unde copia re„rum et verborum sumeretur, ridicule studiosis, non prae„monitis, commendaturum fuisse libros, quos non editos „adire non possent. Verba autem *deprehendas etiam in „his, quae manent*, licet mare coelo confundas, num„quam in eum sensum contorquebis, ut opus indicent non„dum absolutum atque editum.

„Nemo tamen interpretum maiorem ridendi in hac „causa praebuit materiam, quam, cui alii scriptores plus „debent, Burmannus, sic scribens: *forte latet nomen ali- „cuius historici in illo rem vel remitti.* Scilicet nunc „nominatur, qui nunc non nominatur, sed intelligitur!

„Tam insignite autem illum noster deformat, ut, spre- „tis litteris olim nuperque ad eum deprehendendum emis- „sis, haud difficulter eum deprehendamus. Vixit enim, „cum haec scriberentur, scripsit historiam sui temporis, „excelluit arte scribendi, ac fuit oris liberrimi. Est idem, „cuius nomen et perpauca fragmenta servavit solus ille „Tacitus, qui suarum virtutum fulgore ei quasi tenebras „obduxit, FABIVS RVSTICVS.

„Cuius viri memoriam hic renovari, haud alienum du- „xerim; cum praesertim non satisfaciat Vossius de histt. „Latt. I, 25. huic institutae quaestioni.

„Quando hic Fabius Rusticus natus sit, haud temere „colligas ex eo, quod (auctor est Tacitus ann. XIII, 20.) „Annaei Senecae amicitia floruit. Quo Seneca si minor „fuerit annis viginti, et philosophus ille natus est anno „Chr. 3. aut 4.; genitus erit anno 23. aut 24. p. Chr. „Impedit vero nihil, quo minus Rusticum putemus vel tri- „ginta annis minorem fuisse; praesertim cum sciamus, iu- „niorum amicitiae Senecam tribuisse multum. Quo tem- „pore autem haec noster componebat, qui fuit annus Chr. „93., ut probabiliter ostendit Dodwellus in annalibus „Quinct. p. 1147. et 1176. ed. Burm., sane vivere po- „tuit Rusticus, anno Chr. 24. aut 34. in lucem editus.

„Neronis res ab illo esse compositas et in publicum „emissas, testatur Tacitus ann. XIII, 20. XIV, 2. XV, „61. An Galbae, Othonis, Vitellii, Vespasianorum, „Domitianique historiam condiderit ac publicarit, id me- „moriae proditum nusquam videatur. Nam quod de Bri- „tannia ab illo narratum legimus apud Tacitum in Agric. „10., id commemorari potuit, cum illius insulae mentio „facienda esset gravem cladem anno Chr. 61. illic acceptam

„narranti. Senectute tamen non fuerit impeditus, quo mi-
„nus Domitiani tempora ab oblivione vindicaret. Bene
„igitur ad eum referri potest, quod Quinctilianus scribit:
„*exornat aetatis nostrae gloriam.*

„Quae Rustici fuerit eloquentia, non cognoscitur qui-
„dem ea ex paucissimis eius, et minime magnis apud Taci-
„tum particulis, laudatur tamen a viro, cuius iudicium
„etiam in hac re valere debet plurimum, Cornelio Tacito.
„Hic enim ita in Agricolae 10.: *Formam totius Britanniae*
„*Livius, veterum, Fabius Rusticus recentium elo-*
„*quentissimi auctores, oblongae scutulae, vel bi-*
„*penni adsimulavere.* Propter eloquentiam autem, nisi
„omnia fallunt, Quinctilianus illum, qui intelligitur, laudat;
„minime quod principis domum contigerit, vel magna re-
„rum gestarum floruerit gloria.

„Libertas denique huius viri vel in eo conspiciatur,
„quod, cuius atrocissimi flagitii meditationem alii tribuunt
„Agrippinae, Neroni dare crimini, teste Tacito ann. XIV,
„2., non dubitat. Constantis vero animi haec est ratio:
„nam insectari malos principes, sub malo principe non est
„tutum; non permittebat Domitianus, famam vitamque
„carpi Neronis, cuius mortem ulciscebatur; atque ut de se
„dicta interpretabatur idem, quae de simillimo dicebantur.
„Haec fere Plinius in panegyr. 53., Traiani principatum
„celebrans. Magnus autem huic libertatis testimonio acce-
„deret cumulus, si fortiter affirmare possemus, apud Pli-
„nium epp. IX, 27., qui intelligatur, esse Rusticum no-
„strum. Temporum quidem ratio minime hoc prohibet;
„utpote Domitiano regnante epistola illa conscripta vi-
„deatur.

„Quae illi fuerit cognatio cum C. Fabio Rustico, quem
„commemorant Gruteri inscriptt. p. CIↃIↃCI. et CCCCXXXVII.,
„(eadem inscriptio bis ita proposita est, ut vix sit eadem!)
„id viderint alii. — Equidem omni librorum et Graecorum,
„et Latinorum copia, quae quidem mihi pateret, atque
„ad hanc disputationem facere videretur, perlustrata,

„quae supra scribebam, aliis rationibus confirmare non „potui.“ Sarpius Quaest. Philol. c. 1:

Reliquum est, ut quid ipse sentiam, dicendum videatur. Atque in eo quidem facile assentiar Sarpio, quod *Fabium Rustiaum* putavit intelligendum esse; sed quam ille proposuit loci lectionem, eam vereor ut quisquam valde probaverit. Quo magis laetor, posse me de hoc loco, quem ipse propemodo desperassem, talia in medium proferre, quibus nemo non cogatur plaudere. Namque Hermannus, cui quam multa debet Quinctilianus meus, quum de his quoque consultus ab me esset, benevole mecum communicavit, quae aliquando in adversariis scripserat his verbis:

„Sarpius in Quaestt. philol. pauca vera ad h. l. attulit: „ut cum constituit, scribere Quintilianus non potuit, ne per „linguae leges quidem. Etiam vulgata valde laborat. Pri„mo, si vir ille saeculorum memoriae dignus est, sponte „consequitur, olim nominatum iri: ut hoc ineptum sit ad„ditamentum. Comparanti §. 94. *Sunt clari hodieque et „qui olim nominabuntur*, non videbitur dubium, quin isto „ex loco petitam habeamus adnotationem interpretis, quid „esset *saeculorum memoria* declarare volentis. Non multo „aptius illa adduntur, *nunc intelligitur*. Nam si non in„telligeretur, nomen ipsum proferri debebat; si intellige„batur autem, inutile erat dici, intelligi eum. Porro ad„miratores talis viri potius, quam amatores commemorari „exspectares. *Nocuerit* male interpretes ita acceperunt, „ut libertate sua ille vel alios lacsisse, vel sibi nocuisse „putetur. Vtrumque alienum. Nam si circumcidit, non „potuit id facere, nisi quod aut nocuisset iam, aut metue„ret nocere. Itaque addi hoc plane supervacaneum est. „Ex vestigiis cod. Turic. aliorumque veterrimorum libro„rum sic scribendum videtur:

Superest et adhuc exornat aetatis nostrae gloriam vir saeculorum memoriae dignus, cui intelligitur, habenti amatores, nec immerito, re-

mitti libertas, quamquam circumcisis quae dixisset vel nocuerit. Sed elatum abunde spiritum et audaces sententias deprehendas etiam in his quae manent.

„I. e. Scribit adhuc vir eximius, quem apparet, quoniam „merito placet nonnullis, remittere libertatem, licet de„lenda parte eorum, quae scripserat, non auxerit, sed „potius imminuerit laudem scriptorum suorum. Sed ta„men etiam in his quae non delevit satis multa relicta „sunt quae quis admiretur.

„Indicare videtur, illum, quod Caesari placere scripta „sua intelligeret, circumcidisse, quae ille iusto liberius „dicta censuisset."

EXCVRSVS III.

AD CAP. I. §. 124.

PLAVTVS *in Stoicis rerum cognitione utilis.*

„*In §. 124. wird seit 300 Jahren ein Plancus erwähnt „als Schriftsteller über die stoische Philosophie; aber ohne „hinreichenden Grund, wie Sp. genügend darthut. Da„gegen zieht er aus Plaustus des Turic. und Florent. „einen P. Faustus hervor, von welchem er jedoch so „wenig nachweist, dass er ein Stoiker war, als dass er Bü„cher schrieb. Wahrscheinlicher muthmasst Hr. Butt„mann auf den Rubellius Plautus, welcher sich „zur Stoa bekannte, und vom Tacit. Ann. XIV, 57. u. 59. „erwähnt wird. Aber war dieser Plautus auch Schrift„steller? Rec. versteht hier jenen Plautus, welcher οὐ„σία durch essentia übersetzte, und vom Q. II, 14, 2. „III, 6, 23. erwähnt wird; wenn anders das Zeugniss der „besten Handschriften und ältesten Ausgaben Gehör ver„dient. Seneca epp. 58. bemerkt zwar, dass zuerst Cicero, „und nachmals Fabianus, jenes essentia gebrauchten; „aber diess verhindert nicht, anzunehmen, dass dieser Fa„bianus auch den Namen Plautus führte, und vollständiger „Papirius Fabianus Plautus genannt wurde. Vom „Papirius Fabianus spricht häufig Seneca Rhetor, wie „Schottus de claris ap. Senecam Rhetoribus „nachweist. L. Ann. Seneca rühmt ihn als Philosophen „und Schriftsteller, Epp. 100. de brevit. vit. 10., und ge„denkt seiner noch anderwärts, als Epp. 40. 52. 58. NN.*

„QQ. III, 27. *Auch erwähnt ihn Plinius mai. (vid. in-*
„*dex Harduini), Solinus cap.* 12. *ed. Salmas., Chari-*
„*sius p.* 81. *u.* 115. *ed. Putsch., Diomedes p.* 372. *der-*
„*selben Ausgabe. Aus keiner Stelle, welche über ihn han-*
„*delt, oder aus seinen Schriften übrig ist, kann die Mei-*
„*nung der Gelehrten widerlegt werden, dass er der Schule*
„*des Zeno angehörte. Fälschlich nennt ihn Lipsius ad Se-*
„*necae Ep.* 58. *Ser. Flavius Papirius Fabianus,*
„*und Muretus in Varr. Lect.* XV, 20. *Servius Fla-*
„*vius Fabianus: denn beym Q. VIII,* 3, 33. *darf aus*
„*Sergio Flavio nicht ein Servius Flavius gemacht*
„*werden, da Appuleius περὶ ἑρμηνείας pr. und Fronto*
„*p.* 245. *ed. Francof. einen Sergius erwähnen. Jener*
„*bemerkt, was allein schon seinen Namen beym Q. sichern*
„*muss, dass er πρόταϭις durch effatum übertrug; und*
„*dieser stellt ihn dem Philosophen Seneca in der Schreibart*
„*gegenüber. Vielleicht erwähnt ihn Seneca desshalb nir-*
„*gends, weil er, wie aus Fronto sich ergiebt, in der Schreib-*
„*art sehr von ihm abwich. Ob Sergius Paulus, des-*
„*sen Plinius in H. N. einigemal gedenkt, derselbe sey, ist*
„*noch Gegenstand der Untersuchung. Dass Maius diesen*
„*Sergius für einen Rhetor hält, ist Schuld der Ausleger*
„*Q's.*" Ienensis Censor Quinctil. Spald. p. 242. sq.

EXCVRSVS IV.

AD CAP. I. §. 130.

Si parum non concupisset.

„Hic cum plerique, contra MSS. quidem, omittant *non*, „eorum solus Rollinus dignatus est explanationis aliquid „aspergere: *Si quaedam*, ait ille, *orationis lenocinia „minus studiose sectatus esset.* Praeter neglectum hic „accusativum ad *concupisset*, qui omitti ita Latine quidem „non poterat, *parum* nimis leviter accipitur pro *minus*, „vel *non*. Gedoynus multa licere sibi ratus, nostrum in„cisum priori continuat: *s'il eût méprisé certaines beautés, „qui à le bien prendre ne sont pas des beautés* (vide mihi „Francogallos istos omnia in veteribus vertendis circum„loquentes!); *s'il en eût médiocrement desiré quelques „autres.* Extundit sibi sententiae obiectum! Standum „autem est auctoritate MSS. qui omnes vindicant *non**). „Inde ego, timidus tamen, nec mihi satisfaciens, haec „interpretando eruo: *si non consulto quaesivisset ea, quae „nimis tenuia infraque dignitatem rerum posita essent. „Parum* igitur accusativi loco habeo et interpretor *id „ipsum quod non est satis, quod est exile et minutum.* „Fateor interim hoc quod confeci sententiae nimis simile „videri illi alteri *rerum pondera — — non fregisset.* „Verum eadem accusatio providenda est in altero senten„tiarum pari. Quid enim est *omnia sua amare* nisi hoc

*) Vindicant Pariss. quoque codd. exceptis 7. 11. et Put. Vall. sec. man. Fr.

„*nihil eorum, quae succurrant scribenti, contemnere?* „Nisi illud fortasse discrimen agnoscas, ut *contemnere ali-* „*qua* sit, transire omnino aliqua nec in scripto ponere; „*non omnia sua amare*, quaecunque inveneris, iis non „ad taedium usque indulgere omnibus, aut multifariam „variando et figurando lectoribus ea obtrudere. Et sane „horum quoque vitiorum bona est copia apud Senecam. „Vellem tamen in cultissimo hoc de Seneca loco nihil pa- „rum effectum aut pondere suo vacuum a nobis inveniri. „Quare nec sufficio mihi in iis, quae protuli. Fortasse „reconditius aliquid latet in nostris ipsis, quae potuerunt „et corrupta esse, antequam ad nos perferrentur. Nihil „minus fero, quam quod Gedoynus: *si non omnia sua* „*amasset* vertit: *s'il n'eût pas été amoureux des toutes ses* „*productions*. Neque enim *sua* ista ad iusta opera refero, „sed ad subnatas inter scribendum quascunque sententias. „Ad *fracta* illa *minutissimis sententiis rerum pondera* Colo- „mesius verba Gelliana ponit, non aliena sane, sed quo- „rum mentionem supra iam iniecisset Pseudo-Turnebus „ad 126. (cf. III, 1, 14. et quae Burmannus eidem expro- „brat ad IV, 1, 61.); quod Almeloveno quoque, doctiori „quidem illi, accidit in voce illa Caligulae *calcem sine* „*arena* appellantis Senecae orationem (Suet. Cal. c. 53.), „itidem a Turnebo memorata.“ Spalding.

„Equidem de sententiae repetitae crimine, quod suae „ipse rationi Spaldingius obiicit, sollicitus non sim; cum „non haec modo, sed omnia quae quadruplici illo *si* intro- „ducuntur, nonnisi leviter variatam eandem sententiam ex- „hibeant; ita tamen ut quidam per gradus ascensus existat, „quem hac sermonis forma manifestiorem reddam: *Seneca* „*levia etiam et vero oratore indigna lenocinia non sem-* „*per contempsit; imo concupiscebat illa, atque,* „*ut verbo dicam, omnia sua amabat: quo factum,* „*ut rerum pondera minutissimis sententiis fran-* „*geret.* Sed durus est ille vocis *parum* usus, quem Sp. „fingit. Mihi illud exploratum est, excidisse post illam

„vocabulum sensus boni, a cuius primis litteris facilis ab„erratio esset ad similia quae sequuntur, in hunc modum: „*si parum concupiscenda non concupisset* vel *si pa„rum convenientia non concupisset.* Cf. Cic. Famil. „15, 6. *honos non nimis concupiscendus.* Noster infra „XI, 3, 180. *parum conveniens personae risus.*“ Buttmann.

„Pro corruptissimo illo *si parum non concupisset* (Se„neca), vel codicum vestigia anxie legens maluerit (quis): „*si prava non concupisset,* aut *si parva non concu„pisset,* (cf. Bentl. ad Terent. Eunuch. I, 2, 117. quocum „facit cod. Halens.) vel Quinctiliani morem intuens, ac „gradationem, quae, nisi alteram adiunctam haberet in „verbis *contempsisset, non concupisset, non amasset,* pul„cherrima gauderet sorore apud Ciceronem personatum in „orat. post red. in sen. 1., respiciens coniecerit: *si plura „non concupisset;* cf. de hoc comparativi usu Heusing. ad „Cic. de off. III, 32, 9. Quis enim ferat miram illam Spal„dingii ad h. l. animadversionem; quis plaudat Philippo „Buttmanno parum convenienter coniectanti p. 712.: *si „parum concupiscenda non concupisset,* aut: *si pa„rum convenientia n. c.?*“ Sarpius *Epist. ad nuperrimum Quinctil. editorem* p. 17. sq.

„*In der vielbesprochenen Stelle §. 130. über den „Seneca, verlangt der Text keine Veränderung, sondern „nur Erklärung. Sp. möchte richtig parum in den „Worten si parum non concupisset als Accusativ „genommen haben; wiewohl Hr. Buttmann p. 712. „sagt: sed durus est ille vocis parum usus, „quem Sp. fingit. Stellen übergehend, wie Q. XII, „11, 28. an parum in vita dignitatis ha„buerunt, parum ad posteros gloriae tra„diderunt, begnügt Rec. sich, an Sall. Iug. 31, 9. „haec talia facinora impune suscepisse, pa„rum habuere, und an Corte's Anmerkung da-*

„selbst zu erinnern*). Verstehen wir unter *parum* „den Beyfall der Menge: so urtheilt Q. mit dem Ta„citus übereinstimmend, welcher Ann. XIII, 3. schreibt: „*fuit illi viro (Senecae) ingenium amoenum, et temporibus eius adcommodatum.* „Uebrigens hat es den grössten Anschein, dass Q. durch „die Farbe des Ausdrucks in den Worten: *si aliqua contempsisset, si parum non concupisset, si non omnia sua amasset, si rerum pondera minutissimis sententiis non fregisset*, den „Seneca persiflirt habe, welcher häufig seine Leser mit „ähnlichen Stellen beschenkt, in welchen das Wort läuft, „der Gedanke aber langsam hinschreitet." Ienensis Censor Quinctil. Spald. p. 243. sq.

Quem ego in adnotat. adscripsi locum Plinianum, conferre nunc cum similibus quibusdam placet. Qu. III, 1, 5. „Sed nos veremur, ne *parum* hic liber mellis et absinthii *multum* habere videatur, sitque salubrior studiis quam dulcior." ubi Spaldingius: „Opponuntur, inquit, plerumque *parum* — *nimium*. Sed et alibi *parum* est pro *paulum*." atque iisdem illis Plinii verbis utitur. Cic. de Rep. IV, 8. (p. ed. pr. 286.) „Non enim facile valenti populo resistitur, si aut *nihil* impertias iuris aut *parum*." Id. Tusc. V, 14, 41. „Volumus enim, eum, qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, septum atque munitum; non ut parvo metu praeditus sit, sed ut nullo. Vt enim innocens is dicitur, non qui leviter nocet, sed qui nihil nocet: sic sine metu is habendus est, non qui *parum* metuit, sed qui omnino metu vacat." Porc. Latr. declam. in Catil. c. 29. „Cethegus inferior nobilitate atque ingenio, vehementia furoris longe immanior, *parum* a Lentuli somnio discedere visus est." Auct. libri de bell. Afric. c. 2. „ipse *parum* commoratus, bona paucorum vendit

*) Cf. Sallust. Hist. fragm. III, 22, 1. ibique Cort. it. Iugurth. 85, 31. Fr.

publice." Atque his sane locis quamquam videatur effici posse, ut *parum* pro *paullum* accipias, ipse tamen ne nunc quidem multum tribuo explicationi meae, nec me infitior Spaldingianam rationem magis putare probabilem. Itaque non dubito, quin *parum* illud obiecti vicibus fungatur, pariter ut *satis* in formula *satis habeo*, quod est *satis esse puto*, cui opponitur *parum habeo* i. e. *non satis esse puto*. Neque enim *parum*, sed *parumper* proprie est adverbium.

EXCVRSVS V.

AD CAP. VII. §. 24.

Quas Ramshornius (§. 179., B.*) pag. 515.) affert inscriptiones, ex iis haud facile quisquam mihi persuaserit, ut AC vocali sequente tolerari posse existimem. Neque enim magna eiusmodi monumentorum dignitas statui recte potest, nisi si, ad quos auctores referenda sint, exploratum habeas: quoniam, quod accidere solet nostris artificibus, ut vel moniti a peritioribus, in eiusmodi operibus inscribendis frequenter peccent, idem dubitari nullo modo potest quin veteribus acciderit. Cuius rei quam multa exempla exstant, quae non placet ambitiose colligere. Atque ipsa illa inscriptio, quam primo loco posuit Ramshornius, quum referatur inter *spuria ac supposititia* pag. 15, 5. Grut., vel propterea non potest non suspecta videri. Nolo hunc ad Ant. Augustinum provocare, qui eam deridet Dialog. XI. Antiq. pag. Antwerp. 181. Immo melius, quid de ea sentiendum sit, intellectum iri confido, si, transcriptis singulis verbis, ut apud Gruterum pag. 789, 6. leguntur, varias lectiones ex ed. Pithoeana, quae putatur, atque ex Adversar. Barth. (lib. 52. cap. 1. pag. 2423. sq.) accurate enotavero.

SEMICAPRI. QVICVMQ. SVBIS. SACRARIA. FAVNI
HAEC. LEGE. ROMANA. VERBA. NOTATA. MANV
HERSILVS. HIC. IACEO. MECVM. MARCELLA. QVIESCIT
HAEC. SOROR. HAEC. GENITRIX. HAEC. MIHI. SPONSA. FVIT

FICTA. PVTAS. FRONTEM. TRAHIS. AC. AENIGMATA SPHINGES
CREDIS. SVNT. PYTHIO. VERA. MAGIS. TRIPODE
ME. PATER. E. NATA. GENVIT. MIHI. IVNGITVR. ILLA
SIC. MIHI. SPONSA. PARENS. SIC. FVIT. ILLA. SOROR

Vs. 3. *Hersilus.* Barth. *Hergilus.* *Marcella.* Pith. *Maralla,* Barth. *Maralda.*

Vs. 4. Pith. *Quae soror et genetrix,* (*et genetrix* Barth. quoque) *quae mihi* etc.

Vs. 5. Pith. *Vera negas, frontemque trahis? aenigmata Sphingos Credis! Sunt* etc. Barth. *Miraris frontemque trahis? Aenigmata Sphing. Credens? Sunt* etc.

Vs. 7. *e nata.* Pith. *ex nata.* *illa.* Barth. *ipsa.*

Vs. 8. Pith. et Barth. *Sic soror et coniux, sic fuit illa parens.*

Nec vero non est idoneus auctor Barthius, quippe quum quas dedit inscriptiones, ex libro protulerit Iac. Beyelii Spirensis, qui anno 1533. variis in locis magna cum fide illas descripserat.

Sequitur altera inscriptio (Gruter. pag. 585, 6.) quam miror adhibuisse Ramshornium, ut sententiam suam tueretur:

D. M.
P. AELIVS. AVG. LIB
LYCVS. PAEDAGOG
PVERORVM. AC. APVT
AFRICAS*)

Sed hunc lapidem Iacobus Sponius (Miscellan. Eruditae Antiquitatis pag. 227.) ex alio longe plenius et emendatius editum proposuit in hunc modum:

IMPERATORI CAESARI
M. AVRELIO ANTONINO
AVG.

*) *Africae* Vrsin.

L. SEPTIMI SEVERI PII
PERTINACIS AVG. FILIO
DOMINO INDVLGENTISSIMO
PAEDAGOGI PVERORVM A CAPITE
AFRICAE QVORVM NOMINA INFRA
SCRIPTA SVNT
etc.

De his digna est quae cum iis, qui haec legent, communicetur Sponii adnotatio:

„*Exscripsi.*"

„Ara sive basis statuae Marco Aurelio Antonino *Caracallae* „dicata a *Paedagogis puerorum a capite Africae*, quorum „Paedagogorum nomina ibidem inscripta sunt. *Caput* „*Africae* erat locus Romae in regione secunda, cuius Vic„tor et Rufus in descriptionibus Vrbis meminerunt. Fal„litur ergo Eruditiss. Casaubonus ad Spartianum in Hadria„no, citans lapidem Gruterianum D. M. P. AELIVS AVG. „LIB. LYCVS PAEDAGOG. PVEROR. AC APVT AFRI„CAS. ubi ait: AC *principium est nominis quo patria* „*istorum puerorum declarabatur, sed erant in Africa plures* „*populi quorum nomina ita incipiebant.* Manifestum enim „est ex nostro marmore subesse errorem in praedicto Gru„teriano, legendumque esse A CAPIT. AFRICAS, id est „*a capite Africae: Africas* enim scribi potuit Graeco modo „in genitivo pro *Africae:* nihilque aliud designabat, quam „Collegii locum ubi docebant praedicti Paedagogi."

Superest tertia (Gruter. pag. 1120, 8.):

OCVLOS. PAVLVM. CONVERTE. VIATOR. ET. LEGE. QVOD
..... ENT. AC. ANTONII. FRATRES. VIVORVM. PLAGA
..... FATO. HIC. TENVERE. LOCVM. AMBO. PER. INVI-
DIAM TI. RVFINVS. PRIOR. ET. RVFINILLA. DEHINC

quae apud Raphael. Fabrettum (Inscriptt. Antiq. cap. III. pag. 188.) emendata legitur his verbis:

QVISQVIS. ES. HVC. OCVLOS. PAVLVM. CONVERTE. VIATOR
ET. LEGE. QVOD. NOMEN. HIC. TITVLVS. TENEAT
ANTONI. FRATRES. VIVORVM. PLAGA. PARENTVM
PERFVNCTI. FATO. HIC. TENVERE. LOCVM
AMBO. PER. INVIDIAM. CRVDELI. FVNERE. RAPTI
RVFINVS. PRIOR. ET. RVFINILLA. DEHINC

Quod vero ad editos libros provocat Ramshornius, in quibus passim aut manserit AC particula aut sine ulla auctoritate in alteram ATQVE mutata sit, eo argumento nihil effici videtur. Nec vero in eiusmodi locis ex numero codicum manuscriptorum diiudicari potest, utrum AC scribendum sit an ATQVE. Hoc enim vel invitis libris omnibus restituendum ante vocales censeo. Facile enim illud potest fieri, ut quo loco centum codices AC praebent vocali sequente, ibi collatus primus et centesimus ATQVE corrigendum fuisse doceat*). Quam ob rem non fere nisi ex iis libris sat validum argumentum repetere licuerit, quorum quae exstent edd. et codd. mss. omnes omnino non collatos modo, sed summa diligentia et religione excussos esse probaveris. Neque enim facile negaveris, si quis varias lectiones e collatis iam libris denuo enotare instituerit, fore ut in multos locos optimorum scriptorum incidat, ubi ATQVE illud neglectum esse vel silentio praetermissum

*) Sic apud Cic. Epist. ad Fam. I, 9, 67. in scripto libro, quo utor, et ipso clare scripta exstant haec verba: *et omnem antiquorum.* Apud Marcianum Capell. (hoc enim uti placuit, quippe cuius mentionem fecerim ad 1, 15. pag. 21, b.) Nupt. Phil. et Mercur. pag. 17. Goetz. quod legitur *ac fulgurum iactus ac ipsius meatus coeli* ex antiquo cod. qui asservatur in Bibl. Ampl. Senatus nostri, scribendum est *atque ipsius.* Ibid. pag. 18. codex ille bis praebet *ac* (*ac monilibus — ac volatiles*, vulgo *atque mon. — atque vol.*); ne credas librarium *atque* illud in deliciis habuisse. Idem innumeris locis recte scriptum habet *atque*, iuxta cum caeteris exemplaribus. Sed mitto nunc Marcianum, cui tractando aliud commodius tempus erit.

ab doctissimis hominibus deprehendat. Quod quidem nequaquam mirandum videtur, quum haec res nostra demum aetate diligentius a nonnullis agitari coepta sit. Accedit quod, quum pro ATQVE saepissime scriberetur ADQ. vel *adq.* (vid. Noris. Cenotaph. Pisan. diss. IV. pag. 453. Cellar. Orthograph. Lat. tom. I. pag. Harl. 54. tom. II. pag. 215. sqq.) multis modis a librariis errari poterat. Ac memini etiam me ipsum ACQ. pro ADQVE scriptum legisse; sed ubi huiuscemodi scripturam viderim, peream equidem, si mihi nunc in promptu est referre: quamquam in antiquo monumento vidisse me, omni tibi asseveratione affirmare possum.

Quae quum ita sint, non erit sane cur de locis a Ramshornio citatis valde sollicitus sis. Quibus sexcentos alios addere possum, si opus videtur. Sed ex illis etiam, quibus utitur vir clarissimus, multi iam bonorum ope librorum emendati sunt: velut Quinctil. XII, 10, 30. (ubi vid. Spald.) Sallust. Iug. 100, 1. (Ibid. cap. 85, 12. *Ac ego scio* ex Havercamp. libris corrigere non dubitavimus.) Apud Caes. B. G. 2, 19. admodum incerta lectio est, de qua vid. interpp. Livianos locos Drakenborchius partim ex codd. restituit. In loco Silii Ital. XV, 147.

Tum vero capere arma iubent, genibusque salutant
Submissi augurium, ac iret, qua ducere Divos
Perspicuum, et patrio monstraret semita signo.

solus Colon. cod. *ac* praebet, reliqui omnes *atque*. Ibid. X, 544. sqq. de Carthaginiensibus corpora civium suorum in hostili terra (Italia) cremantibus haec dicuntur:

Subit horrida mentem
Formido incerti casus, tacitusque pererrat
Intima corda pavor, si fors ita Martis iniqui
Mox ferat, ac ipsis inimica sede iacendum.

ubi pro *ac ipsis* Villebrun. dedit *atque ipsis;* in vett. edd. et scriptis codd. erat *ast ipsis;* sed Heins. *haec ipsis* bene coniecit scribendum esse.

Denique, ut semel dicam, quod est omnium gravissimum, AC sequente vocali valde insuavem oris hiatum afferebat, quem, quum haberent quo uterentur alterum ATQVE*), studiose vitabant veteres: quorum quam teretes et religiosae aures fuerint, nondum satis a nostris hominibus pensitatum est. Sed hoc superbissimo quod erat aurium iudicio factum est, ut Cicero pro Balbo cap. 3. sic diceret: *si denique aliquid, quod non contra ac licoeret, factum diceretur, sed contra atque oporteret: tamen esset omnis eiusmodi reprehensio — repudianda.* quod vitati insuavis soni luculentum exemplum esse, nemo non agnoscat necesse est.

Quod vero NEC dicunt ante vocales positum reperiri, id quantumvis non repudiaverim, longe tamen aliam quam AC rationem habet. Quis est enim, quin sentiat, AC ANGVSTA et NEC ANGVSTA quantum sono differant. Meo certe sensu posterius altero tanto mollius iudicandum videtur.

Atque ita expositis omnibus, quae h. l. necessaria viderentur, ego quidem temperare mihi non possum, quin, qui AC pro ATQVE ante vocales ponant, eorum consuetudinem, utpote barbare et inquinate loquentium, tanquam pestem aliquam, iudicem fugiendam esse.

*) In aliis verbis *non poterant* ubique vitare, quod insuave esset; veluti si *hac* pronomen usurpare cogerentur.

ADDENDA

Cap. I. §. 19. *tractemus*] „singula verba, singulas sententias, tropos, figuras plus semel examinemus; ita virtutes cuiusque loci in succum et sanguinem vertemus, ut cibum minime crudum, sed bene mansum, mollitum et dentibus confectum.“ Gierig.

— §. 22. Servi Sulpici] „*Primus ex Poetis qui hodie extant Propertius bis vel ter, Ovidius saepissime, et post eum alii omnes geminum i usurpant. Sub Augusti scilicet senescentis aetate mutatio ista facta est.*“ Verba sunt Bentleii ad Terentii And. II, 1, 20. Propertius III, 3, 9.

Victricesque moras Fabii.

III, 11, 47.

Quid nunc Tarquinii *fractas iuvat esse secures.*

E contrario Horatius I. Carm. 12, 34.

Pompili *regnum memorem, an superbos*
Tarquini *fasces, dubito, an Catonis*
Nobile letum.

Vbi ne illud quidem ferendum, quod Bentleius edidit, nec Fea abiecit, *Pompili, Tarquini.* Neque enim per contractionem haec fiunt, sed per veteris linguae consuetudinem. Recte autem monet Wolfius ad Inscript. tabulae Placentinae p. 35. ex adiectivo *Tarquinius* veteres non formasse *Tarquini*, sed *Tarquinii*, ut v. c. *egregii.* Egregie igitur fallitur vir doctus, qui huic regulae opponit exemplum Horatii I. Carm. 6, 2. Maronii *carminis alite;* atque adeo Virgilii III. Aen. 399. Naryci *posuerunt moenia Locri.* sumens pro genitivo nominativum, et omnes scriptorum aetates confundens, *Classic. Journal* No. XXIII. p. 19. *Sulpicii* scripsisset Tibullus, si hoc nomine pro adiectivo usus esset, sicut

Horatius IV, 12, 18. *Sulpiciis horreis.* Nunc sermo est de *Servi Sulpici* filia *Sulpicia.* Caeterum Propertius non *bis* vel *ter*, sed pluries geminum *i* usurpavit, si ultra nomina propria progrediaris. Graviora quaedam de Bentleii animadversione, quae ne cognita quidem fuit *Classico Censori*, leguntur in Anall. Litt. T. I, P. I, p. 61." Huschk. ad Tibull. IV, 10, 4. Cf. Ellendt. ad Cic. Brut. 1, 1. pag. 12. sq.

Cap. I. §. 23. *Verre*] Turic. *Verri*, quod nescio an praeferendum sit: quamquam VI, 3, 98. omnes libri in vulgari forma consentiunt.

— §. 24. *defenderunt eosdem*] Sic uterque dixit pro Liburnia. Vid. Quinctil. IX, 2, 34. et Fest. p. 283. v. *Tabes.*

— §. 25. *si vitia magnorum consequantur*] Cf. Cic. de Orat. II, 22.

— §. 27. *in rebus spiritus*] „Etiam Horatius Sat. I, 4, 46. sq. poësi proprium esse ait *acrem spiritum ac vim* (sublimitatem) *in verbis et rebus.*" Gierig.

— §. ead. *decor*] Cic. de Off. I, 28, 97. „Sed tum servare illud poetas, quod deceat, dicimus, quum id, quod quaque persona dignum est, et fit et dicitur. Vt, si Aeacus aut Minos diceret:

Oderint, dum metuant:

aut:

Natis sepulcrum ipse est parens:

indecorum videretur, quod eos fuisse iustos accepimus. At, Atreo dicente, plausus excitantur: est enim digna persona oratio." Cf. Horat. A. P. vs. 157.

— §. 30. *visusque praestringitur*] Vide quae dixi in *Observatt. Critt. in quosd. locos Quinctil.* pag. 24. sq. Add. Huschk. ad Tibull. I, 10, 37.

— §. 32. *saepius ineruditum*] *quam eruditum.* Similiterque in aliis locis comparativi ratio explicari potest.

Quod quomodo faciendum sit, cuiusque loci contextus docet. Cf. infra §. 120. 2, 27. 4, 3. Ramshorn. Gr. Lat, §. 155, 5. A. p. 310. sq. Sed eiusmodi comparativum frequentissime usurpant nostri, ubi talis explicatio inepta est. Cf. Krebsii *Anleit. zum Lateinischschreiben* pag. 585. *(Plures milites.)*

Cap. I. §. 33. *digressionibus*] Vid. *Observatt. Critt. in quosd. loo. Qu.* pag. 24.

— §. 41. *aliud — sentio*] Cf. Cic. IV. Catilin. cap. 7, 14. *in qua omnes sentirent unum atque idem.* Caes. B. G. V, 31. *si modo unum omnes sentiant ac probent.*

— §. 45. *fiant, existimem, persecor*] Notent tirones tria haec iuxta se collocata verba.

— §. 47. *ac consiliorum*] De *ac* particula ante vocab. posita, quod a C littera incipiat, vid. Zumpt. Gramm. §. 67, 1. pag. 273. Held. ad Caes. B. C. 1, 48. pag. 60, a.

— §. 53. *proximum — secundum*] Cum loco Nepotis in adn. laudato cf. haec Eumenii (Panegyr. Constantii cap. 14.) verba: „Fronto Romanae eloquentiae non *secundum*, sed *alterum* decus."

— §. 60. *vibrantesque sententiae*] Add. Ellendt. ad Cic. Brut. 95, 326.

— §. 64. *sermone proprio*] Non dubito, quin legendum sit *sermone se proprio — commendare potest.* Nam ut subiectum habeatur ipse Simonides, totius loci conformatio flagitare videtur.

— §. 67. *hoc opus*] Cf. Ellendt. ad Cic. Brut. 54, 200. p. 144, b. sq.

— §. 70. *eduntur, a*] De *addicendi* verbo cf. Ruhnk. ad Vell. 2, 25.

— §. 72. *obduxit*] Camp. *induxit.* Cf. Vell. Paterc. 2, 36. ubi rhetoris nostri loco utitur Ruhnkenius.

— §. 76. *tam nihil otiosum*] Vid. Ellendt. ad Cic. Brut. 60, 217. p. 156, b. sq.

Cap. I. §. 77. *minus lacertorum*] Vid. Ellendt. ad Cic. Brut. 16, 64. p. 51, b.

— §. 85. *Homerus, sic*] Ex vestigiis veterrimorum codd. scribendum puto: *Homerus fuit, sic* etc.

— §. 89. *etiamsi versificator*] Vid. *Observatt. Critt. in quosd. loc. Qu.* pag. 19.

— §. 96. *Iambus — reperietur*] Egit de hoc loco censor Quinctiliani Wolffiani in Ephem. Litt. Ien. 1825. Num. 72. pag. 94. cuius verba transcribere placuit: Qu. I. 1. „§. 3. *Praestat tamen ingenio alius alium. Concedo, sed, ut plus efficiat aut minus, nemo tamen reperitur, qui sit studio nihil consecutus.* Nach GEDICKE's *Vorgange wird der Sinn aufgefasst, und bemerkt, dass aus nemo zu ziehen sey aliquis als Subject für den Satz: ut plus efficiat; aber es ward nicht dargethan, dass bisweilen aus dem negirenden Satze, welcher folgt, Bejahendes für den vorhergehenden zu entlehnen sey. Man vergleiche Gronov. in Obss. p. 534. ed. Lips. Nach dieser Bemerkung ist die unglaublich besprochene Stelle beym Q. X, 1, 96. zu erklären, jedoch durch Muthmassungen, zu welchen auch handschriftliche Spuren sehr berechtigen, vorher also lesbar zu machen:* cuius (Iambi) acerbitas in Catullo, Bibaculo; *in* Horatio, quamquam illi epodos *intervenit, non reperietur. Für in Horatio giebt zwar nur Cod. Guelf. durch sein wunderbares Macro, d. i. in oratio, eine leichte Spur; aber aus wie vielen Handschriften ist uns die monströse Lesart vorenthalten? Leider verwalten oftmals die Hände, welche mit Vergleichung der Handschriften sich beschäftigen, unberufen das Amt des Kritikers, und erschweren unverantwortlich das Geschäft, Verkrüppelungen abzuhelfen. Intervenit findet sich im Voss. 1. und Guelf.; Turic., Florent. und eine bisher nicht bekannte vorzügliche Handschrift geben uns interve, und non reperietur für intervenire reperiatur.*

Bey in Catullo, Bibaculo denke man sich reperietur; wie bey Liv. II, 33: *in his (Tribunis plebis) Sicinium fuisse, seditionis auctorem; de duobus, qui fuerint, minus convenit* — *zum ersten Satze convenit zu denken ist. Das Asyndeton in Catullo, Bibaculo darf nicht auffallen; denn über carmina Bibaculi et Catulli, referta contumeliis Caesarum, wie Tacit. Ann. IV,* 34. *sie bezeichnet, hinwegzueilen rieth unter Domitian die Klugheit. Die acerbitas Iambi in den Epoden des Horaz nicht findend, stimmt Q. mit ihrem Verfasser überein, welcher in den Briefen I,* 19, 23. *schreibt:*

Parios ego primum Iambos
Ostendi Latio, numeros animosque secutus
Archilochi, non res et agentia verba Lycamben.

Ueberhaupt sind die Kunsturtheile beider Männer übereinstimmender, als bisher nachgewiesen ist. Die Worte quamquam — intervenit bekommen ihr volles Licht durch Horat. ad Pisones 79:

Archilochum proprio rabies armavit Iambo.

Leicht wird nun berichtigt, was Hr. W. über illi und Epodos bemerkt hat, wir aber der Kürze halber übergehen müssen."

Cap. I. §. 96. *legi dignus*] Cf. Wunderlich. ad Tibull. IV, 6, 10. Ramshorn. Gramm. §. 168. | B, 1) Not. pag. 425.

— §. ead. et *variis figuris*] Spaldingii rationem ut improbarem, mea me impulit religio. Sed quum iam collatis Pariss. codd. (RR. 14. et 15.) comprobata illa coniectura sit, eam mihi unice placere profiteor.

— §. 99. *plus adhuc*] Qu. VII, 2, 14. *Liberior adhuc.* ubi Spaldingius: „Comparativo, inquit, subiicitur *ad-*

huc, contra quam dixi ad II, 19, 2. cf. II, 10, 2. VIII, 5, 34. XII, 10, 7."

Cap. I. §. 106. *illic — hic*] Sallustii et Xenoph. locis adde Quinctil. VI, 1, 6. ubi vid. Spald.

— §. 117. *plus stomacho — dedit*] *Dare* qua elegantia dicatur, disci potest ex Ruhnk. adn. ad Vell. 2, 7.

— §. 122. *Sunt enim summa* etc.] Lepida est Billerbeckii (pag. 564.) adnotatio haec: „*Der ehrliche Schulmeister von Calahorra fand es gerathen, sich selbst als Bildner einmahl wohlmeinend in Erinnerung zu bringen. Help Gott in Gnaden, hier werd ok gue Sepe gesaden!*" Adde: *In der Zwiebel ist's auch nicht übell!* Cuius dicti qui mihi in mentem venerit, erunt sane quibus haud obscurum sit.

Cap. II. §. 5. *generarent*] Cf. Brem. ad Sueton. Ner. cap. 52. Quinctil. IX, 4, 114. ubi vid. Spald. VIII, 6, 32. VI, 2, 3. I, 1, 36. 12, 12.

— §. 10. *ne ipsa quidem natura — evaluerit*] „Ergo Quinctil. iam vidit, quod hodie docent philosophi, non esse duo in rerum natura similia. Verum incredibilis illa varietas non defectum virium naturae declarat, sed summam potius potentiam creatoris et sapientiam." Gierig.

— §. 17. *qui carent cultu atque sententiis, Attici scilicet*] „Ita et Calvus ap. Cic. Brut. cap. 82. *Atticum se Calvus noster dici oratorem volebat: inde erat ista exilitas, quam ille de industria consequebatur.* Nempe Attico dicendi generi tribuebant veteres subtilitatem et tenuitatem, quae nil redundantiae admittit, quam eandem Cic. et *siccitatem* et *salubritatem* appellat Brut. 82. Hinc multi putarunt, anguste et exiliter dicere esse Atticorum. Brut. 84." Gierig.

Cap. III. §. 3. *subitos quoque*] Paris. cod. 13. *subitos quosque:* quod restituendum arbitror.

— §. 7. *si feret flatus*] „Si postulabit impetus animi,

obsequemur ei et celeriter scribemus; si modo illud obsequium nos non fallat et ad male scribendum impellat." Gierig.

Cap. III. §. 8. *die composuisse*] Fortasse minus opus coniectura videbitur, ubi comparaveris hos locos: Cic. N. D. II, 9, 24. *negat enim ullum esse cibum tam gravem, quin is die et nocte* [i. e. unius diei et noctis spatio] *concoquatur.* Liv. Hist. 25, 39. *Ita nocte ac die bina castra hostium expugnata ductu L. Marcii.* Cf. Müllerus ad Cic. I. de Orat. 62, 260. Bremius ad Corn. Nep. II, 8, 7.

— §. 9. *Oratoris quidem alia conditio est*] „quippe cui plerumque non multum spatii ad scribendum concedatur." Gierig.

— §. ead. *facilius se ostendent*] „Verbis delectis usus est. Res *se ostendunt*, dum inveniuntur; verba *respondent*, dum convenientia verba adsunt, compositio *sequitur*, quae facili negotio nobis cedit. [Cf. ad 2, 26.] Horat. A. P. 311. *Verbaque provisam rem non invita sequentur.*" Gierig.

— §. ead. *familia bene instituta*] „servi ita edocti, ut patrisfamilias auctoritati pareant, eiusque voluntati satisfaciant." Gierig.

— §. 11. *singulis actionum partibus insenescat*] Vid. *Observatt. Critt. in quosd. loc. Qu.* pag. 14. sq.

— §. 12. *familiariter amatum*] Plin. Epist. II, 13, 5. *Hunc ego, quum simul studeremus, arcte familiariterque dilexi.*

— §. 25. *velut tectos*] Quod proposui *erctos*, non caret auctoritate. Certe Scaliger ad Festum (*herctum citum:* quod ex Festo et Donato ad Serv. de *patrimonio divíso, haereditate divisa*, explicant:) et Forcell. in Lex. glossas veteres afferunt has: *herctus citus*, διαίρεσις τῶν ὑπαρχόντων. Nec vero opus est hoc voc. ab ἔρκος derivare, quum, si alios etymologos sequaris, ab εἴρ-

κτός, ή, όν, queat repeti. Nota vox est εἰρκτή, de carcere vel quovis septo dicta.

Cap. V. §. 18. *etiam Porcio*] Lego: *Quod accidisse etiam in Porcio Latrone* etc.

Cap. VII. §. 3. *imparatus ad casus*] Si cum Burmanno facerem, sic legendum dicerem: *ut quisquam possit orator aliquando mutire ad casus;* vel sic: *ut quisquam sit orator aliquando mutus ad casus.* At vid. *Observatt. Critt. in quosd. loc. Q.* pag. 26.

— §. 18. *superfluere*] Ad Cic. locum Brut cap. 46. defendendum illa quoque faciunt, quae scripsi *Observatt. Critt. in Qu.* pag. 29. vs. 20. sqq. Caeterum cf. Calpurn. Ecl. V, 16.

Vere novo quum iam tinnire volucres
Incipient.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ

ΤΟΥ

ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΕΩΣ

ΤΩΝ

ΑΡΧΑΙΩΝ ΚΡΙΣΙΣ

CAPVT I.

Ἔτι δεῖ τοῖς τῶν παλαιῶν ἐντυγχάνειν συγγράμμασιν, ἵν' ἐντεῦθεν μὴ μόνον τῆς ὑποθέσεως τὴν ὕλην, ἀλλὰ

In ed. Sylburg. huic libello praescripta leguntur haec verba: *Ταῦτα εὗρον ἔν τινι παλαιῷ ἀντιγράφῳ τῆς τοῦ Διονυσίου Ἁλικαρνασέως τέχνης, ἐν τῷ περὶ τῆς τῶν λόγων ἐξετάσεως κεφαλαίῳ.* quae Sylburgio perperam tribuunt editores, quum ex H. Stephani ed. (Lutet. 1554, 8.) deprompta sint. Cf. infr. pag. 275. adn. Stephani.

„In scripto codice, quem doctissimus vir *Pompilius Amasaeus* ad me Bononia misit, libello huic viridi pigmento praefixus erat hic titulus: *Διονυσίου Ἁλικαρνασέως περὶ τῶν χαρακτήρων τῶν γραφόντων*: et rubrica seorsum additum *βιβλίον*. Quae inscriptio etsi ab auctore ipso non est profecta, tamen non omni ex parte reiicienda est. Brevior et verior haec fortasse fuerit: *Διονυσίου Ἁλικαρνασέως τῶν παλαιῶν χαρακτῆρες*, seu *τῶν ἀρχαίων κρίσις*: ex 126, 5." Sylburg.

Cap. I. *Ἔτι δεῖ*] „In scripto cod. Pompilii Amasaei non *ἔτι* legitur: sed posterioribus duabus litteris *τι* atramento exaratis, in vacuo spatio viridi pigmento praescriptum est *ο*: quasi libellus hic non ab ipso Dionysio conscriptus sit, sed e Dionysii plenioribus commentariis excerptus. Nam in *Ἐκλογαῖς* atque *Ἐπιτομαῖς* abbreviatores usurpasse particulam *ὅτι*, (subaudito *φησὶν ὁ συγγραφεὺς*) satis manifestum est e Ctesiae, Agatharchidae et Theophrasti quibusdam Epitomis ab Henr. Stephano editis. Sed sequentia praefationis verba diversum videntur arguere: ubi scilicet scriptor non in tertia, sed in prima et secunda persona loquitur. nec veri est absimile, Dionysium in hoc ultimo *τέχνης* capite, quod est *περὶ λόγων ἐξετάσεως*, cum bonorum scriptorum magna fuerit multitudo, (ut infra in praefatione ad Ammaeum testatur 81, 39.) cursim ac breviter hic attingere voluisse, quae alioqui copiose ac plene disseri potuissent. quod si hoc loco facere voluisset, *κεφάλαιον* in *βιβλίον* contra decorum ei vertendum fuisset; 112, 9. nisi forte aliquis hoc velit esse fragmentum eorum librorum, quos de imitatione se scripsisse testatur infra 128, 37. Verum hac de re iudicent doctiores." Sylb.

„Non videtur hoc opusculum Dionysii nostri esse, quod dictio ipsius statim praefationis docet." Reisk.

τῶν παλαιῶν] „Scriptus liber habet *τῶν ἀρχαίων*, ut inf. 81, 31.

καὶ τὸν τῶν ἰδιωμάτων ζῆλον χορηγηθῶμεν. Ἡ γὰρ ψυχὴ τοῦ ἀναγινώσκοντος, ὑπὸ τῆς συνεχοῦς παρατηρήσεως, τὴν ὁμοιότητα τοῦ χαρακτῆρος ἐφέλκεται· ὁποῖόν τι καὶ γυναῖκα ἀγροίκου παθεῖν ὁ μῦθος λέγει. Ἀνδρὶ, φησὶ, γεωργῷ τὴν ὄψιν αἰσχρῷ παρέστη δέος μὴ τέκνων ὁμοίων γένηται πατήρ· ὁ φόβος δὲ αὐτὸν οὗτος εὐπαιδίας ἐδίδαξε τέχνην· καὶ εἰκόνας πλάσας, οἶμαι, εὐπρεπεῖς, ὡς αὐτὰς βλέπειν εἴθισε τὴν γυναῖκα· καὶ μετὰ ταῦτα συγγενόμενος αὐτῇ, τὸ κάλλος εὐτύχησε τῶν εἰκόνων. Οὕτω καὶ λόγων μιμήσεων ὁμοιότης τίκτεται, ἐπὰν ζηλώσῃ τις ὃ παρ' ἑκάστῳ τῶν πολλῶν βέλτιον εἶναι δοκεῖ· καθάπερ ἐκ πολλῶν ναμάτων εἴ τις κομίσας ῥεῦμά τι, εἰς τὴν ψυχὴν μετοχετεύσει. Καί μοι παρίσταται πιστώσασθαι τὸν λόγον τοῦτον ἔργῳ. Ζεῦξις ἦν ζωγράφος, καὶ παρὰ Κροτωνιατῶν ἐθαυμάζετο, καὶ αὐτῷ τὴν Ἑλένην γράφοντι γυμνὴν, γυμνὰς ἰδεῖν τὰς παρ' αὐτοῖς ἔπεμψαν παρθένους· κἀκ πολλῶν μερῶν συλλογίσαντι

---

et 112, 17. Idem habet τοῦ γινώσκοντος [pro τοῦ ἀναγινώσκοντος]: minus recte." Sylb.

εἰκόνων] „Εἰκόνων habet etiam scriptus Amasaei liber: sed haud scio an convenientius sit ἐκγόνων, *prolis*. [„Et quidem recte, si quid mutandum censeas. Sin vero vulg. lectionem retinere malueris, locus fortasse hoc modo intelligendus: *Deinde cum ea congressus, eam pulchritudinem* (*in prole* sc.) *feliciter obtinuit, quam habuerunt figurae, ea de causa uxori ob oculos positae.*" Holwell.] Mox etiam malet fortasse aliquis λόγων μιμήσεως, contra scripti et pressi codicis consensum." Sylb. „Verum (inquit Rutgersius Var. Lect. lib. 2. c. 10.) pusillum mendum deformavit elegantissimum locum. Scribendum ideo: οὕτω καὶ λόγων μιμήσει, ὧν ὁμοιότης τίκτεται etc. *Similiter in oratione facienda; cuius similitudo tum demum paritur, si quis aliquid imitari studuerit, quod in unoquoque praestantissimum esse videatur.*" Hudson. „Sed, mea sententia, locus simplicior multo et per se clarus satis erit, si vocem corruptam μιμήσεων penitus deleas, glossam utpote verbi ζηλώσῃ, margini primo adscriptam, in textum deinde iniuria receptam." Holwell.

Ζεῦξις] Vid. Cic. de Inv. II, 1.

συνέθηκεν ἡ τέχνη τέλειον καλόν. Ἰδοὺ πάρεστι καί σοι καθάπερ ἐν θεάτρῳ, καλῶν σωμάτων ἰδέας ἐξιστορεῖν, καὶ τῆς ἐκείνων ψυχῆς ἁπανθίζεσθαι τὸ κρεῖττον· καὶ τὸν τῆς πολυμαθείας ἔρανον συλλέγοντι, οὐκ ἐξίτηλον χρόνῳ γενησομένην εἰκόνα τυποῦν, ἀλλ' ἀθάνατον τέχνης κάλλος, ἵνα τε ἐκδήλους καὶ σαφεῖς τοῖς ἀκροωμένοις τὰς ἐκλογίας ἔχῃ τὸ μίμημα.

CAPVT II.

DE POETIS.

ΟΜΗΡΟΣ.

Τῆς μὲν Ὁμηρικῆς ποιήσεως οὐ μίαν τινὰ τοῦ σώματος μοῖραν, ἀλλ' ἐκτύπωσας τὸ σύμπαν, καὶ λάβε ζῆλον

συνέθηκεν ἡ τέχνη] „In iisdem libris est *συνέθεικεν*, per *ει*, contra regulam.“ Sylb.

πολυμαθείας] „Scriptus liber habet *πολυμαθίας* sine diphthongo: sicut *ὀψιμαθία* quoque supra legitur 62, 30. et *ἀμαθία* infra 81, 12.“ Sylb.

ἐκλογίας] „Rectius fortasse legemus *ἐκλογάς*: nam *εὐλεξίας* vereor ne sit insolentius.“ Sylb.

„Cuius sint censoris ea, quae hic apposui de scriptoribus Graecis Elogia, ne te lateret, lector, locum, unde ea sumpsissem, tibi indicavi. Nam quum studiose cum alios libros, tum Dionysii Halicarnassei exemplaria conquirerem de Arte Rhetorica, quae passim in Italiae bibliothecis extant, idque, ut animo meo satisfacerem: venit tandem in manus meas unum, in quo non ea, quae maxime reperta desiderabam, sed haec de scriptoribus Graecis elogia inveni. Cui tamen exemplari si quis fidem derogare velit, Dionysio haec adscribenda negans, fateatur certe necesse est alicuius esse, qui ab eo acceperit: quum eadem hic de multis scriptoribus dicta reperiantur, quae alibi apud ipsum Dionysium: nullumque sit inter haec atque illa discrimen, nisi quod quae hic breviter perstringuntur, fusius illic tractentur. Verum ut incertus sit auctor, Quintilianum profecto, qui quamplurima alia e libris Dionysii in suas Institutiones transtulit, multa hinc etiam mutuatum constat: quibus modo nomine suppresso, pro suis utitur, modo addito verbo *Putant*, sua non esse declarat. Sed quum alicubi etiam verbum

ἠθῶν τε τῶν ἐκεῖ καὶ παθῶν, καὶ μεγέθους, καὶ τῆς οἰκονομίας, καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἁπασῶν εἰς ἀληθῆ τὴν παρά σοι μίμησιν ἠλλαγμένων· τοὺς δὲ ἄλλους, ἐν οἷς ἀλλήλων πλέον ἔχουσι, χρὴ μιμεῖσθαι.

ΗΣΙΟΔΟΣ.

2. Ἡσίοδος μὲν γὰρ ἐφρόντισεν ἡδονῆς, καὶ ὀνομάτων λειότητος, καὶ συνθέσεως ἐμμελοῦς.

ΑΝΤΙΜΑΧΟΣ.

3. Ἀντίμαχος δὲ εὐτονίας, καὶ ἀγωνιστικῆς τραχύτητος, καὶ τοῦ συνήθους τῆς ἐξαλλαγῆς.

ΠΑΝΥΑΣΙΣ.

4. Πανύασις δὲ τάς τε ἀμφοῖν ἀρετὰς ἠνέγκατο, καὶ αὐτῶν πραγματείᾳ καὶ τῇ κατ' αὐτὸν οἰκονομίᾳ διήνεγκεν.

ΠΙΝΔΑΡΟΣ.

5. Ζηλωτὸς δὲ καὶ Πίνδαρος ὀνομάτων καὶ νοημάτων εἵνεκα, καὶ μεγαλοπρεπείας καὶ τόνου, καὶ περιουσίας καὶ κατασκευῆς, καὶ δυνάμεως καὶ πικρίας μετὰ ἡδονῆς· καὶ πυκνότητος καὶ σεμνότητος, καὶ γνωμολογίας καὶ ἐνεργείας, καὶ σχηματισμῶν, καὶ ἠθοποιΐας, καὶ αὐξήσεως καὶ δεινώσεως· μάλιστα δὲ τῶν εἰς σωφροσύνην καὶ εὐσέβειαν καὶ μεγαλοπρέπειαν ἠθῶν.

ΣΙΜΩΝΙΔΗΣ.

6. Σιμωνίδου δὲ παρατήρει τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων, τῆς συνθέσεως τὴν ἀκρίβειαν· πρὸς τούτοις,

---

de verbo expressisse videatur, utriusque verba hic adscribere, et inter se conferre operae pretium putavi: tum ut alter alteri lucem afferat, tum etiam ut intelligas, Graeca haec, cuiuscunque sint, non poenitendi auctoris esse; siquidem et Fabius eius iudicium et testimonium sequi, turpe sibi non putaverit." Henr. Stephanus. Vid. tamen supra ad Quinctil. cap. 1. §. 48. et 54. adn. 1. 2.

Cap. II. §. 4. αὐτῶν πραγματείᾳ etc.] Reiskius malebat: αὐτῶν τῇ τε πραγματείᾳ καὶ τῇ κατ' αὐτὴν οἰκ.

καθ' ὃ βελτίων εὑρίσκεται καὶ Πινδάρου, τὸ οἰκτίζεσθαι μὴ μεγαλοπρεπῶς, ἀλλ' ὡς ἐκεῖνος, παθητικῶς.

ΣΤΗΣΙΧΟΡΟΣ.

7. Ὅρα δὲ καὶ Στησίχορον ἔν τε τοῖς ἑκατέρου τῶν προειρημένων πλεονεκτήμασι κατορθοῦντα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὧν ἐκεῖνοι λείπονται κρατοῦντα· λέγω δὲ τῆς μεγαλοπρεπείας τῶν κατὰ τὰς ὑποθέσεις πραγμάτων, ἐν οἷς τὰ ἤθη καὶ τὰ ἀξιώματα τῶν προσώπων τετήρηκεν.

ΑΛΚΑΙΟΣ.

8. Ἀλκαίου δὲ σκόπει τὸ μεγαλοφυὲς καὶ βραχύ, καὶ ἡδὺ μετὰ δεινότητος, ἔτι δὲ καὶ τοὺς σχηματισμοὺς, μετὰ σαφηνείας, ὅσον αὐτῆς μὴ τῇ διαλέκτῳ τι κεκάκωται· καὶ πρὸ ἁπάντων τὸ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἦθος. Πολλαχοῦ γοῦν τὸ μέτρον τις εἰ περιέλοι, ῥητορικὴν ἂν εὕροι πολιτείαν.

9. Ἴωμεν ἐπὶ τοὺς τραγῳδούς, οὐκ ἐπειδὴ μὴ προσήκει πᾶσι τοῖς ποιηταῖς ἐντυγχάνειν, ἀλλ' ἐπεὶ μὴ πάντων καιρὸς ἐν τῷ παρόντι μεμνῆσθαι· τὸ δὲ τῶν ἐξαιρέτων, ἱκανόν ἐστι.

ΑΙΣΧΥΛΟΣ.

10. Ὁ δ' οὖν Αἰσχύλος, πρῶτος καὶ τῆς μεγαλοπρεπείας ἐχόμενος, καὶ ἠθῶν καὶ παθῶν τὸ πρέπον εἰδὼς, καὶ τῇ τροπικῇ καὶ τῇ κυρίᾳ λέξει διαφερόντως

---

§. 6. ἀλλ'; ὡς ἐκεῖνος, παθητικῶς] Vid. ad Quinctil. cap. 1. §. 64.

§. 7. τῆς μεγαλοπρεπείας] „Scriptus Amasaei liber habet τῇ μεγαλοπρεπείᾳ: ambigue." Sylb.

§. 8. μετὰ σαφηνείας] „Scriptus Amasaei liber habet καὶ τὰς σαφηνείας, minus convenienter: et mox corrupte σεῇ διαλέκτω. Seq. v. ἦθος abest ab eodem libro. Ibidem mox fortasse inverso verborum ordine legendum: πολιτικὴν ἂν εὕροι ῥητορείαν." Sylb. Vid. supra ad Quinctil. cap. 1. §. 63.

κεκοσμημένος· πολλαχοῦ δὲ καὶ αὐτὸς δημιουργὸς καὶ ποιητὴς ἰδίων ὀνομάτων καὶ πραγμάτων· Εὐριπίδου δὲ καὶ Σοφοκλέους καὶ ποικιλώτερος ταῖς τῶν προσώπων ἐπεισαγωγαῖς.

ΣΟΦΟΚΛΗΣ ΚΑΙ ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

11. Σοφοκλῆς δὲ ἐν τοῖς πάθεσι διήνεγκε, τὸ τῶν προσώπων ἀξίωμα τηρῶν. Εὐριπίδης μέν γε οὐ τὸ ὅλον ἀληθὲς καὶ προσεχὲς τῷ βίῳ τῷ νῦν ἥρεσεν· ὅθεν τὸ πρέπον αὐτὸν καὶ κόσμιον πολλαχοῦ διέφυγε· καὶ οὐχὶ τὰ γενικὰ καὶ μεγαλοφυῆ τῶν προσώπων ἤθη καὶ πάθη, καθάπερ Σοφοκλῆς, κατώρθωσεν· εἰ δέ τι ἄσεμνον καὶ ἄνανδρον καὶ ταπεινὸν, σφόδρα ἰδεῖν ἐστιν αὐτὸν ἠκριβωκότα. Καὶ Σοφοκλῆς μὲν οὐ περιττὸς ἐν τοῖς λόγοις, ἀλλ' ἀναγκαῖος· ὁ δὲ Εὐριπίδης πολὺς ἐν ταῖς ῥητορικαῖς εἰσαγωγαῖς. Καὶ ὁ μὲν ποιητικός ἐστιν ἐν τοῖς ὀνόμασι, καὶ πολλάκις ἐκ πολλοῦ τοῦ μεγέθους εἰς διάκενον κόμπον ἐκπίπτων, οἷον εἰς ἰδιωτικὴν παντάπασι ταπεινότητα κατέρχεται· ὁ δὲ Εὐριπίδης οὔτε ὑψηλός ἐστιν, οὔτε μὴν λιτὸς, ἀλλὰ κεκραμένῃ τῆς λέξεως μεσότητι

---

§. 11. τῷ νῦν ἥρεσεν] „Forsan rectius ἥρμοσεν, aptavit, accommodavit. Seq. etiam v. fortasse γενναῖα malet aliquis pro γενικά. sed vocabulum hoc sic usurpatum etiam infra 109, 37." Sylb. Reiskius pro Εὐριπίδης legendum proposuit Εὐριπίδῃ. Holwellus haec adnotavit: „Fortasse locus hoc modo legendus, levissima [*sic*] correctione, Εὐριπίδῃ, vel potius more Attico Εὐριπίδην — ἥρεσεν· quae constructio magis convenire videtur cum seq. ὅθεν τὸ πρέπον αὐτὸν — διέφυγε.

ὅθεν τὸ πρέπον αὐτὸν — διέφυγε] „Comice prorsus et amare Aristophanes in Batr. Act. IV. Sc. 1.

> Εὐρ. Ἔπειτ' ἀπὸ τῶν πρώτων ἐπῶν, οὐδὲν παρῆκ' ἂν ἀργόν·
> Ἀλλ' ἔλεγεν ἡ γυνή τέ μοι, χὠ δοῦλος οὐδὲν ἧττον,
> Χὠ δεσπότης, κἠ παρθένος, κὴ γραῦς ἄν.

quae ibi sunt scripta de Aeschylo, Sophocle, Euripide, lectu quidem dignissima." Holwell.

κέχρηται. Τῶν δὲ κωμῳδῶν μιμεῖται τὰς λεκτικὰς ἀρετὰς ἁπάσας· εἰσὶ γὰρ καὶ τοῖς νοήμασι καθαροὶ καὶ σαφεῖς καὶ βραχεῖς καὶ μεγαλοπρεπεῖς καὶ δεινοὶ καὶ ἠθικοί. Μενάνδρου δὲ καὶ τὸ πρακτικὸν θεωρητέον.

CAPVT III.

DE HISTORICIS.

ΗΡΟΔΟΤΟΣ ΚΑΙ ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ.

Τῶν μέντοι συγγραφέων Ἡρόδοτος μὲν ἐξείργασται τὸ βέλτιον, τὸ πραγματικὸν εἶδος· τῷ δὲ λεκτικῷ ποτὲ μὲν πλεονεκτεῖ Θουκυδίδης, ποτὲ δὲ ἔμπαλιν· ἔστι δ' ἐν οἷς ἐξισοῦνται. Τῇ μὲν ἀκριβείᾳ τῶν ὀνομάτων, ἐν οἷς ἑκάτεροι προῄρηνται διαλόγοις, ἀποσώζουσι τὸ ἴδιον· τῆς δὲ σαφηνείας ἀναμφισβητήτως Ἡροδότῳ τὸ κατόρθωμα δέδοται. Καὶ τὸ μὲν σύντομόν ἐστι παρὰ Θουκυδίδῃ, τὸ δὲ ἐναργὲς παρ' ἀμφοτέροις. Ἐν μέντοι τοῖς ἠθικοῖς κρατεῖ Ἡρόδοτος, ἐν δὲ τοῖς παθητικοῖς ὁ Θουκυδίδης. Πάλιν καλλιλογίᾳ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ διαφέρουσιν οὐδὲν ἀλλήλων, ἀλλ' ἑκάτεροι τούτων τε καὶ τῶν τοιούτων ἀρετῶν κρατοῦσι· ῥώμῃ δὲ καὶ ἰσχύϊ καὶ τόνῳ καὶ τῷ περιττῷ καὶ πολυσχηματίστῳ παρηυδοκίμησε Θουκυδίδης· ἡδονῇ δὲ καὶ πειθοῖ καὶ χάριτι καὶ τῷ ἀφελεῖ αὐτοφυεῖ ἀβασανίστῳ, μακρῷ διενεγκόντα τὸν Ἡρόδοτον εὑρίσκομεν· καὶ μετὰ τοῦτον τὸν τρόπον, πραγματείαν καὶ προσωποποιΐαν μᾶλλον οὐ τετήρηκε.

ΦΙΛΙΣΤΟΣ ΚΑΙ ΞΕΝΟΦΩΝ.

2. Φιλίστου δὲ καὶ Ξενοφῶντος, ὁ μὲν Ξενοφῶν Ἡροδότου ζηλωτὴς ἐγένετο κατά τε τὰς πραγματικὰς ἀρετὰς καὶ τὰς οἰκονομικὰς, καὶ τὰς ἠθικὰς τῶν διαλε-

---

μιμεῖται] „Procul dubio infinitive legendum μιμεῖσθαι, subaudito impersonali χρή: ut satis manifestum est ex seq. v." Sylb.

Cap. III. §. 1. „Scriptus liber pro πραγματικὸν habet πρακτικὸν, ut paulo ante, v. 31. [cap. II. §. 11. extr.]" Sylb.

§. 2. τὰς ἠθικὰς τῶν διαλεκτικῶν] „Opinor posita post τὰς ἠθι-

κτικῶν, πῇ μὲν ὅμοιος, πῇ δὲ ἐλάττων. Ἐλεγκτικὸς μὲν γὰρ καὶ καθαρὸς τοῖς ὀνόμασι καὶ σαφὴς καὶ ἐναργὴς, καὶ κατὰ τὴν σύνθεσιν ἡδὺς καὶ εὔχαρις, ὡς καὶ πλεῖον ἐκείνου· ὕψους δὲ καὶ μεγαλοπρεπείας καθόλου τοῦ ἱστορικοῦ πράγματος οὐκ ἐπέτυχεν· ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῦ πρέποντος τοῖς προσώποις· πολλάκις ἐστοχάσατο, περιτιθεὶς ἀνδράσιν ἰδιώταις καὶ βαρβάροις ἔσθ᾽ ὅτε λόγους φιλοσόφους, λέξει χρώμενος λόγοις πρεπούσῃ μᾶλλον ἢ στρατιωτικοῖς κατορθώμασι. Φίλιστος δὲ μιμητής ἐστι Θουκυδίδου, ἕξω τοῦ ἤθους· τὸ μὲν γὰρ, ἐλεύθερον καὶ φρονήματος μεστόν· τοῦτο δὲ, θεραπευτικὸν τῆς τυράννων καὶ ἄλλων πλεονεξίας. Ἐζήλωκε δὲ πρῶτον μὲν τὸ τὴν ὑπόθεσιν ἀτελῆ καταλιπεῖν, τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ τρόπον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν ἀταξίαν αὐτοῦ τῆς οἰκονομίας καὶ δυσπαρακολούθητον τὴν πραγματείαν τῇ συγχύσει τῶν εἰρημένων πεποίηκε. Τῆς δὲ λέξεως τὸ μὲν γλωσσηματικὸν

κὰς hypodiastole, pro *τῶν διαλεκτικῶν* rectius legi *τῷ διαλεκτικῷ*, seu *τῷ δὲ λεκτικῷ*." Sylb.

Ἐλεγκτικὸς] „*Ἐλεγκτικὸς* legitur etiam in scripto libro. sed mihi non est dubium, quin vera lectio sit *ἐκλεκτικός*: ut colligere licet ex 131, 5. ubi plenius haec tractantur. Seq. v. scriptus liber habet: *καὶ εὔχαρις, καὶ πλεῖων ἐκείνου*. sed verius fortasse, *οὐ μεῖον ἐκείνου*, ut inf. 131, 6. [„ὡς videtur delendum, aut leg. *ὥς ἐκεῖνος, καὶ πλεῖον ἐκείνου*." Reisk.] — Pro *πράγματος* in scripto libro est spatium vacuum." Sylb. „Nescio, a quo profectum sit illud vocabulum, h. l. id quidem alienum. Videtur *ἐπάρματος*, *elatione*, aut *προσχήματος*, *maiestate*, melius convenire." Reisk.

λόγοις πρεπούσῃ μᾶλλον] „Ad *λόγοις* videtur desiderari epitheton conveniens, e. c. *φιλοσοφικοῖς*, aut *δημηγορικοῖς*." Reisk.

Φίλιστος] „Ὁ *Φίλιστος* (inquit Theon) *τὸν Ἀττικὸν ὅλον πόλεμον ἐν τρισὶ Σικελικοῖς ἐκ τοῦ Θουκυδίδου μετενήνοχε*: unde intelligimus, ut observavit Cl. Schefferus, quid voluerit Tullius, quando Philistum in Epistola ad Quintum fratrem *pusillum Thucydidem* appellat." Hudson.

τὸ μὲν γὰρ — τοῦτο δὲ] Reiskius coniecit: *τῷ μὲν γὰρ, illi enim* (Thucydidi) — *τούτῳ δὲ, huic autem* (Philisto.)

ἄλλων πλεονεξίας] „Scriptus liber pro *ἄλλων* habet *δούλων*. sed convenientius *δοῦλον*. infra *ταπεινὸν* est pro eodem 131, 18." Sylb.

καὶ περίεργον οὐκ ἐζήλωκε Θουκυδίδου· τὸ δὲ στρογγύλον καὶ πυκνὸν καὶ εὔτονον καὶ ἐναγώνιον, πάνυ ἀκριβῶς ἀπεμάξατο· οὐ μὴν ὁμοίως τὴν καλλιλογίαν καὶ τὴν σεμνότητα καὶ τὴν ἀφθονίαν τῶν ἐνθυμημάτων, καὶ τὰ βάρη καὶ τὰ πάθη καὶ τοὺς σχηματισμούς. Μικρὸς δέ ἐστι καὶ ταπεινὸς κομιδῇ ταῖς ἐκφράσεσιν, ἤτοι τόπων, ἢ ναυμαχιῶν, ἢ πεζῶν παρατάξεων, ἢ οἰκισμοῦ πόλεων· οὐδὲ ὁ λόγος τῷ μεγέθει τοῦ πράγματος ἐξισοῦται· συνετὸς μέντοι, καὶ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν, Θουκυδίδου πρὸς τοὺς ἀληθεῖς ἀγῶνας ὠφελιμώτερος.

ΘΕΟΠΟΜΠΟΣ.

3. Θεόπομπος δὲ ὁ Χῖος πρῶτον μὲν ἐν τῷ προελέσθαι τοιαύτης ἱστορίας ὑποθέσεις, ἄξιος ζήλου· μετὰ δὲ οἰκονομίας· ἔχει οὖν τὸ εὐπαρακολούθητον καὶ σαφὲς ἡ γραφή· ἔτι δὲ καὶ τῆς ποικιλίας τῆς ἐν τοῖς πράγμασιν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς ἐφ' ἑκάστοις παῤῥησίας· καὶ μὴν οὐδὲ τοῦ τὰς ἀπορῥήτους τῶν γενομένων ἢ λεχθέντων αἰτίας ἐγκρύψασθαι, στοχάσασθαι δ' ἀκριβῶς τῆς τῶν εἰπόντων ἢ πεποιηκότων γνώμης. Τὸ λεκτικὸν αὐτῷ τῷ Ἰσοκρατικῷ παραπλήσιον, πλὴν ὅσον μικρόν ἐστι καὶ σφόδρα εὔτονον, τὰ δ' ἄλλα ὁμοία ἡ λέξις. Καὶ γὰρ κοινὴ, καὶ σαφὴς, καὶ μεγαλοπρεπὴς, καὶ σεμνὴ, καὶ πομπικὴ, συνθέσεως τετυχηκυῖα τῆς πρὸς ἡδονήν. Πονηρὰ δὲ καὶ πολλή τις τῶν φωνηέντων ἡ σύγκρουσις· καὶ κατ' ἐπιτή-

---

§. 3. *Θεόπομπος*] „In scripto libro est *Θεόπεμπτος*, bis. sed perperam; nam infra quoque *Θεόπομπος* nominatur 151, 33. et alibi.“ Sylb.

μετὰ δὲ, οἰκονομίας] „Scriptus liber habet *μετὰ οἰκονομίας*, sine coniunct. *δέ*.“ Sylb.

μικρὸν] „Pro *μικρὸν* legendum potius *πικρὸν*, ut infra 152, 20. *μικρὸν* certe minus huc quadrare, indicant etiam sequentia.“ Sylb.

πολλή τις] „Steph. editio habet *τῆς*, Amasaei liber *τις*, ut nos. sed talis quaepiam huius membri lectio requiritur: *πονηρὰ δὲ ἡ πολλὴ τῆς τῶν φωνηέντων συγκρούσεως εὐλάβεια*: ut Cicero quoque [Orat. cap. 44. §. 150.] Theopompum a quibusdam reprehensum scri-

δευμα μὲν αἱ κυκλικαὶ περίοδοι καὶ ὁμοιοειδεῖς τῶν σχηματισμῶν. Διήμαρτε δὲ καὶ ὃ μάλιστα ἐντὸς πρακτικῆς, κατὰ τὰς τῶν παρεκβάσεων ἐπεισαγωγάς. Καὶ γὰρ ψυχρῶς ἔνιαι καὶ ἀκαίρως λέγονται· καθάπερ τὰ περὶ τὸν ἐν Μακεδονίᾳ Σεληνὸν ἱστορηθέντα, καὶ τὰ περὶ τὸν δράκοντα τὸν πρὸς τῇ τριήρει ναυμαχοῦντα.

CAPVT IV.

DE PHILOSOPHIS.

Τῶν φιλοσόφων δ' ἀναγνωστέον τούς τε Πυθαγορικοὺς, τῆς σεμνότητος καὶ τῶν ἠθῶν καὶ τῶν δογμάτων εἵνεκεν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς ἀπαγγελίας. Μεγαλοπρεπεῖς γὰρ τῇ λέξει καὶ ποιητικοί· καὶ οὐδὲ παραλείπουσι τὴν σαφήνειαν, ἀλλὰ κεκραμένῃ τῇ διαλέκτῳ χρώμενοι. Μιμητέον δὲ μάλιστα Ξενοφῶντα καὶ Πλάτωνα, τῶν τε ἠθῶν χάριν καὶ τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς μεγαλοπρεπείας. Παραληπτέον δὲ καὶ Ἀριστοτέλη εἰς μίμησιν τῆς τε περὶ τὴν ἑρμηνείαν δεινότητος καὶ τῆς σαφηνείας, καὶ τοῦ ἡδέος καὶ πολυμαθοῦς· τοῦτο γάρ ἐστι μάλιστα παρὰ τοῦ ἀνδρὸς λαβεῖν. Φιλοτιμώμεθα δ' αὐτοῦ καὶ τοῖς μαθηταῖς ἐντυγχάνειν, οὐδὲ ἐλάττονος οὖσι σπουδῆς ἀξίοις.

2. Ἐπειδὴ τοίνυν τὰ περὶ τῶν ἄλλων ἀναγνωσμάτων ἐστὶν ἡμῖν κεφαλαιωδῶς ἐξειργασμένα, ῥητέον λοιπὸν καὶ ὃ παρὰ τῶν ῥητορικῶν ἐστιν ἑκάστου λαβεῖν· ὃ δὴ καὶ μᾶλλον ἡμῖν ἀναγκαῖον.

---

bit, quod vocalium coniunctionem tantopere fugerit. idemque repetit etiam ipse Dion. infra 132, 24." Sylb. „Ita hac de re in genere scribit Hermogenes περὶ Ἰδ. lib. I. Συνθήκη δὲ καθαρὰ, πρῶτον μὲν ἡ ἁπλῆ, καὶ μηδὲν περὶ συγκρούσεως τῶν φωνηέντων μικρολογουμένη· ἐπιμελὲς γὰρ τοῦτό γε, καὶ λόγου κεκαλλωπισμένου μᾶλλον, ἡ ἁπλοῦ τε καὶ καθαροῦ." Holwell.

ἐντὸς πρακτικῆς] „Scriptus Amasaei liber habet ἐν ταῖς πρακτικαῖς. vera lectio procul dubio haec est: διήμαρτε δὲ καὶ ἐν τοῖς πραγματικοῖς, (seu ἐν τῷ πραγματικῷ τύπῳ) καὶ μάλιστα κατὰ τὰς τ. ut satis manifestum est ex 132, 26." Sylb. „Fort. καὶ μάλιστα σεμνότητος πρακτικῆς." Reisk.

CAPVT V.

DE ORATORIBVS.

ΛΥΣΙΑΣ.

Ὁ Λυσιακὸς λόγος πρὸς τὸ χρήσιμον καὶ ἀναγκαῖον ἐστὶν αὐτάρκης, καὶ τὸ μὲν αὐχμηρὸν ἐκπεφευγὼς, πάνυ δὲ οὗτος καὶ στενὸς κατὰ τὴν ἀπαγγελίαν, ἔτι δὲ καὶ κομψὸς καὶ ἀληθὴς, καὶ τῶν ἀττικισμῶν εὔχαρις· οὐ μὴν συνεχῶς αὐξητικὸς, πλὴν τοῦ σκοποῦ λεληθότως ἐπιτυγχάνων, μετὰ κεκραμένης τῆς κατὰ τὴν χάριν ἡδονῆς· ὡς ἀναγινωσκόμενον μὲν, οὐχ ὅλον νομίζεσθαι, χαλεπὸν δὲ εὑρίσκεσθαι ζηλοῦν πειρωμένοις. Μάλιστα δὲ ἐπιτευκτικὸς ἐν ταῖς διηγήσεσιν· ἰσχνότητι γὰρ τῆς φράσεως σαφῆ καὶ ἀπηκριβωμένην ἔχουσι τὴν τῶν πραγμάτων ἔκθεσιν.

ΙΣΟΚΡΑΤΗΣ.

2. Ὁ δὲ Ἰσοκρατικὸς κομψεύεται μὲν, ἀλλὰ μετὰ σεμνότητος, καὶ πανηγυρικώτερός ἐστι μᾶλλον ἢ δικανικώτερος· ἔχει δὲ τὸν κόσμον μετὰ ἐνεργείας, καὶ πομπικός ἐστι μετὰ τοῦ ἀνυστικοῦ καὶ χρησίμου· οὐ μὴν ἀγω-

---

Cap. V. §. 1. „Ab Amasaei scripto libro absunt vv. οὗτος—ἔτι δὲ: minus recte. Malet forsan aliquis σύντομος pro οὗτος: quod ea dicendi virtus in Lysia prae caeteris commendetur infra 83, 15. 85, 43. Seq. v. τῶν ἀττικισμῶν εὔχαρις vel ratione copiae dictum est, vel per ellipsin causalis ἕνεκα.“ Sylb. Reiskius sic scriptum fuisse suspicabatur: *Πάνυ δὲ λιτὸς καὶ στενὸς κατὰ τὴν ἀπαγγελίαν, ἐστὶ δὲ καὶ κομψὸς κ. τ. λ.* Idem ad voc. ἀληθὴς offendere se profitetur: nec videri hoc voc. h. l. convenire. Idem καὶ τῷ Ἀττικισμῷ legendum suadet.

αὐξητικὸς] „Sententia videtur ἐλεγκτικὸς postulare. — ἡ κατὰ τὴν χάριν ἡδονὴ videtur esse suavitas illa, quae in audientium et legentium animis exsistit ex dicentis comitate, verborum comitate, elegantia, venusta collocatione, verbo totius orationis gratiositate.“ Reisk.

οὐχ ὅλον] „Leg. εὔκολον, *facilem imitatu.*“ Reisk.

διηγήσεσιν] „Scriptus liber habet δικάσεσι. sed verum esse vulg. διηγήσεσι, satis declarant quae infra tractantur fusius 87, 35. 89, 20. Seq. v. idem liber habet τῶν προσώπων [pro τῶν πραγμάτων]: nimis anguste.“ Sylb.

§. 2. „Cum ὁ Ἰσοκρατικὸς subintelligendum λόγος, ut pag. praeced. v. 42. [cap. V. §. 1.]“ Sylb.

νιστικός· περιγράφων δὲ τὴν ἀπαγγελίαν ταῖς περιόδοις, καὶ ὅλως μεσότητα σωφρονίζων λιτότητι, τὸ δὲ λιτὸν ἐξαίρων. Καὶ αὐτοῦ μάλιστα ζηλωτέον τήν τε τῶν ὀνομάτων συνέχειαν, καὶ τὸ τῆς ὅλης ἰδέας ἐπιδεικτικόν.

ΛΥΚΟΥΡΓΟΣ.

3. Ὁ δὲ Λυκοῦργος ἔστι διαπαντὸς αὐξητικός, καὶ διῃρημένος, καὶ σεμνὸς, καὶ ὅλος κατηγορικὸς, καὶ φιλαλήθης, καὶ παῤῥησιαστικός· οὐ μὴν ἀστεῖος, οὐδὲ ἡδὺς, ἀλλ' ἀναγκαῖος. Τούτου χρὴ ζηλοῦν μάλιστα τὰς δεινώσεις.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ.

4. Ὁ δὲ Δημοσθενικὸς εὔτονος τῇ φράσει, κεκραμένος τοῖς ἤθεσι, καὶ λέξεως ἐκλογῇ κεκοσμημένος· καὶ χρώμενος τάξει τῇ κατὰ τὸ συμφέρον, καὶ μετὰ τοῦ σεμνοῦ τὴν χάριν ἔχων, καὶ συνεχής· οἷς μάλιστα δικασταὶ κατέχονται.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

5. Ὁ δ' Αἰσχίνης ἀτονώτερος μὲν τοῦ Δημοσθένους,

καὶ ὅλως μεσότητα etc.] „Fort. καὶ ὅλως τὴν σεμνότητα σωφρονίζων λιτότητι." Reisk.

§. 3. διῃρημένος] „Facile assentior Stephano meo, qui pro διῃρημένος legit διηρμένος, ut apud Hermogenem [lib. II. cap. 11. περὶ Ἰδ. in. §. de Critia] est σεμνὸς καὶ διηρμένος πρὸς ὄγκον. de quo errore supra quoque a me bis dictum, ad 34, 21. et 39, 12. est tamen et vera scriptura a me annotata, 41, 4." Sylb.

ἀναγκαῖος] „necessarius, quo carere dicendi studiosus nequit. Quanquam eius ea non est suavitas orationis, ut ultro eum requiras, insunt tamen in eo laudes aliae, ob quas facere non potes, quin oratorem hunc, lepore orationis non valde commendabilem, ames et diligenter lectites." Reisk. Vereor ut haec explicatio valde placeat. Quid sit ἀναγκαῖος, satis, puto, intelligetur ex iis, quae leguntur supra cap. II. §. 11. de Sophocle: οὐ περιττὸς ἐν τοῖς λόγοις, ἀλλ' ἀναγκαῖος. Cf. Ernest. Lex. Techn. Lat. Rhet. pag. 260.

§. 4. „Cum ὁ δὲ Δημοσθενικὸς subaudiendum λόγος, ut supra [§. 2.]" Sylb.

§. 5. τοῦ Δημοσθένους] „Scriptus Amasaei liber habet τοῦ Δημοσθενικοῦ: quod tum demum ferri poterit, si pro antecedenti Αἰσχίνης legamus Αἰσχίνειος, subaudito substantivo λόγος." Sylb.

ἐν δὲ τῇ τῶν λέξεων ἐκλογῇ πομπικὸς ἅμα καὶ δεινός· καὶ οὐ πάνυ μὲν ἔντεχνος, τῇ δὲ παρὰ τῆς φύσεως εὐχερείᾳ κεχορηγημένος· καὶ σφόδρα ἐναργὴς καὶ βαρὺς, καὶ αὐξητικὸς καὶ πικρός· καὶ ἡδὺς μὲν αὐτόθεν ἐντυχόντι, σφοδρὸς δὲ ἐξετασθείς.

Ὑ Π Ε Ρ Ι Δ Η Σ.

6. Ὁ δὲ Ὑπερίδης εὔστοχος μὲν, σπάνιον δ' αὐξητικός· καὶ τῇ μὲν τῆς φράσεως κατασκευῇ Λυσίαν ὑπερηρκὼς, τῇ δὲ τῆς *** πανουργίᾳ πάντας. Ἔτι δὲ τοῦ κρινομένου διαπαντὸς ἔχεται, καὶ ταῖς ἀνάγκαις τοῦ πράγματος

---

§. 6. τῆς φράσεως κατασκευῇ] „Amasaei liber pro κατασκευῇ habet παρασκευῇ. Sequentis versus lacunam, quae in scripto etiam libro est, David Hoeschelius expleri posse putat vocabulo τάξεως. nam ὑποκρίσεως πανουργίαν hic locum non habere; cum Plutarchus e veteribus tradat, hunc oratorem ἄνευ ὑποκρίσεως δημηγορῆσαι. Infra sane in Dinarcho 114, 20. Hyperidem ταῖς τε οἰκονομίαις ἀκριβέστερον, καὶ ταῖς κατασκευαῖς γενναιότερον εἶναι τῶν Λυσιακῶν affirmat Dionysius: eidemque p. seq. v. 2. inter ceteras virtutes tribuit τῶν πραγμάτων τὸ εὔκαιρον. ac cum Demosthenes omnes ceteros dicendi virtutibus superarit, tamen κατὰ τὸ ἐλλειπὲς τῆς οἰκονομίας eum a nonnullis ἄγροικον dictum fuisse scribit 115, 35. ut hac in parte Hyperidem praeferre videatur non tantum Lysiae, sed ipsi etiam Demostheni." Sylb. „Hiatum uniuș vocis vocabulo εἰρωνείας explendum censeo." Tollius ad Longinum p. 186. „Mihi vero cum antecedentia perpendenti, tum ea praecipue, quae scribit ipse Dionysius §. 5. Iud. de Dinarcho: τοῦ δ' Ὑπερείδου, ταῖς τε οἰκονομίαις ἀκριβεστέρου, καὶ ταῖς κατασκευαῖς γενναιοτέρου πως ὄντος τῶν Λυσιακῶν. procul dubio lacuna hoc modo supplenda videtur: τῇ δὲ τῆς οἰκονομίας πανουργίᾳ πάντας. Fallitur etiam, ni ipse fallor, Sylburgius, dicens Demosthenem a nonnullis ἄγροικον dictum fuisse. Ipse erat Dinarchus, cui hoc nomen inditum, ὁ ἄγροικος Δημοσθένης (*le bourgeois Démosthène*): vid. Iud. de Dinarch. §. 8. extr. Huic nostrae coniecturae fidem facit, quod Dinarchus non solum ἄγροικος appellatus fuerit, sed et κριθινὸς Δημοσθένης, Hermog. περὶ Ἰδ. lib. II. Sectionem totam (lectu quidem dignissimam) exscribam: Ὁ δὲ Δείναρχος πολιτικὸς ὢν, ὡς οἷα σαφὴς, καὶ ἀληθὴς, καὶ πιθανὸς, πολὺ τὸ σφοδρὸν ἔχει, καὶ τὸ τραχὺ κατά τε τὴν ἔννοιαν, καὶ τὴν μέθοδον. κατὰ δὲ αὐτὴν τὴν λέξιν ἧττόν ἐστι σφοδρός. κατὰ μέντοι τὰ περὶ τὴν λέξιν, οἷον σχήματα, κῶλα, συνθήκας, ἀναπαύσεις, ῥυθμοὺς, καὶ πάνυ σφοδρός τε καὶ τραχύς ἐστι. διὸ καὶ ἧττον ἐπιμελὴς ὁ λόγος αὐτῷ, γοργὸς μέντοι, καὶ δεινὸς οὐ μετρίως. μᾶλλον δὲ εἶναι δοκεῖ, ἢ ἔστι

πέφυκε, καὶ συνέσει πολλῇ κεχορήγηται, καὶ χάριτος μεστός ἐστι· καὶ δοκῶν ἁπλοῦς, οὐκ ἀπήλλακται δεινότητος. Τούτου ζηλωτέον μάλιστα τῶν διηγήσεων τὸ λεπτὸν καὶ σύμμετρον, ἔτι δὲ καὶ τὰς ἐφόδους, ἐπὶ τὰ πράγματα βαδίζει.

7. Καί μοι καὶ τῶν ῥητόρων οὗτοι κεχαρακτηρισμένοι, καὶ δεδειγμένοι, τίνος ἀρετῆς ἐπειλημμένος εἰς ὠφέλειαν τῶν ἐντυγχανόντων καὶ αὐτὸς συνεισφέρει. Τούτου δὲ ἕνεκα τὰς τῶν προειρημένων ἁπάντων ἰδέας διεξῆλθον, ὥστε δεδεῖχθαι τὸν τρόπον τῆς ἐπιμελοῦς ἀναγνώσεως, ἐξ ἧς ὑπάρξει τὸ παρ' ἑκάστοις κατορθούμενον αἱρουμένην, μήτε παρέργως τοῖς παλαιοῖς ἐντυγχάνειν, μήτε λεληθότως τὴν ὠφέλειαν προσγινομένην περιμένειν, ἀλλ' ἐπιστημόνως, ἄλλως τε καὶ κοσμήσειν μέλλουσι τὸν λόγον τοῖς παρὰ πάντων πλεονεκτήμασιν· ἃ καὶ κατ' αὐτὰ μὲν οἰκεία φύσει τέρπει, εἰ δὲ καὶ κερασθείη διὰ τέχνης εἰς ἑνὸς τύπον λογικοῦ σώματος, βελτίων ἡ φράσις τῇ μίξει γίνεται.

δεινὸς, διὰ τὸ τῆς τοιαύτης μετέχειν δεινότητος μᾶλλον. καθόλου τε ὁ ἀνὴρ ἐμφαινόμενον ἔχει πολὺ τὸ Δημοσθενικὸν, κατὰ τὸ τραχὺ, καὶ γοργὸν, καὶ σφοδρόν. ὥστ' ἤδη τινὲς, καὶ προσπαίζοντες, αὐτὸν οὐχ ἁχαριτως κριθινὸν Δημοσθένην εἰρήκασι. *Hordeaceum Demosthenem.* Colorem quidem habuit panis Demosthenici, sed colorem tantum; veram eius naturam, atque vim nutriendi atque etiam suavitate afficiendi non habuit." Holwell. „Aut ἐπιχειρήσεως, aut οἰκονομίας, aut πραγματείας, deesse videtur." Reisk.

πέφυκε] „Hoeschelius mavult ἐμπέφυκε." Sylb.

τὰς ἐφόδους] „Post τὰς ἐφόδους desideratur relativum αἷς, vel adverbium ὅτε: ut idem Hoeschelius monuit." Sylb.

§. 7. Καί μοι καὶ τῶν ῥητόρων] „Fort. Καὶ δή μοι καὶ τῶν ῥ." Reisk.

κεχαρακτηρισμένοι] „Amasaei liber habet κεχαρισμένοι: minus apte. Mox post ἐπειλημμένος videtur deesse ἕκαστος, ut Stephanus quoque annotavit." Sylb. „Aut ἐπειλημμένοι — καὶ αὐτοὶ συνεισφέρουσι, aut ἐπειλημμένος — καὶ αὐτῶν εἷς ἕκαστος συνεισφέρει." Reisk.

ὥστε δεδεῖχθαι] „Amasaei liber habet ὡς ἐπιδεδεῖχθαι." Sylb.

αἱρουμένην] „Malim αἱρουμένοις, vel αἱρουμένους. Quae mox sequuntur μήτε — περιμένειν, ex Amasaei libro sunt addita." Sylb. „Praefero αἱρουμένοις, propter sequens μέλλουσι." Reisk.

ἃ καὶ κατ' αὐτὰ] „Hoeschelius mavult reciproce καθ' αὑτά." Sylb.

ἡ φράσις] Articulum ex Amasaei libro addidit Sylburgius.

INDICES

I.

INDEX HISTORICVS

Accius (Lucius) poeta tragicus 1, 97. vixit circiter 150 a. Chr. n. Ciceronis editores *Attium* vocant.

Achilles 1, 65. 47. 50.

Aelius (Lucius) Stilo (Praeconinus) M. Varronis praeceptor, grammaticus, rhetor, philosophus, etiam ab Cicerone adolescente studiose auditus 1, 99. Cf. de eo Sueton. illustr. gramm. cap. 3.

Aeschines Atheniensis orator (qui quum Rhodi habitaret, declamationes invenisse fertur) 1, 77. contra Demosthenem dixit 1, 22. vid. Demosthenes.

Aeschylus poeta tragicus 1, 66.

Aetolorum apud Homerum praelium 1, 49.

Afranius (Lucius) Terentii aequalis, poeta comicus 1, 100. de quo Spald. conferri iubet Rutgers. Var. Lect. 4, 19.

Africanus: vid. Scipio, it. Iulius.

Alcaeus Mitylenaeus, poeta lyricus 1, 63.

Anacreon Teius, poeta lyricus 1, 63. Polycratis Samii et Hipparchi Atheniensis tyranni aequalis, apud quos magnam vitae partem transegit.

Annales Pontificum 2, 7. Vid. Cic. de Orat. II, 12, 62.

Antimachus Colophonius, poeta epicus, Xenophonti aequalis, Thebaida fecerat 1, 53.

Antipăter Sidonius poeta laudatur ab extemporali facilitate 7, 19.

Apollonius cuius supersunt *Argonautica* 1, 54. Naucratites Aegyptius; sed sunt etiam quibus Alexandrinus videatur, eam, opinor, ob caussam, quod Alexandrinae bibliothecae aliquamdiu praefuit sub Euergete Ptolemaeo. Vulgo *Rhodius* dicitur, quod apud Rhodios diu vixit docuitque artem rhetoricam. Praeceptorem habuerat Callimachum.

Arātus Solis Siciliae oppido oriundus, Antigono Gonatae Macedonum regi iucundus, vixit circiter 270 vel 278 a. Chr. 1, 55. Eius *Phaenomena* Cicero admodum adolescentulus in Latinum sermonem converterat. In eo carmine Aratus ab Iove incipiendum putaverat 1, 46.

Archias (Aul. Licinius) poeta Antiochenus, Ciceroni in primis familiaris, qui eum eleganti oratione defendit, laudatur ab extemporali facultate 7, 19.

Archilochus Parius, iambici carminis inventor 1, 59. Regnante apud Romanos Romulo vixit, ob acerbitatem iamborum famosus. A Cic. Orat. cap. 2. §. 4. principe loco ponitur: adde quae exhibet Fabricius Bibl. Gr. Vol. II. pag. Harles. 106. sqq.

Aristarchus grammaticus Alexandrinus (natione Samothrax) summo ingenio et singulari doctrina clarissimus (a. Chr. 250.) qui cum Aristophane Byzantio confecit indices scriptorum, qui legi potissimum mererentur 1, 54. 59.

Aristophanes Byzantius, grammaticus Alexandrinus doctrinae laude nobilis, qui cum Aristarcho (vid. supra) classicorum quos vocamus scriptorum delectum habuit 1, 54.— De *Aristophane* nobilissimo poeta comico vid. 1, 65. Socrati aequalem fuisse nemo ignorat.

Aristoteles Stagirites, quem Alexander M. praeceptorem habuit, philosophus praestantissimus 1, 83.

Asinius Pollio (C.) ingenio, doctrina, belli et pacis artibus clarissimus, Virgilio, Horatio et Augusto amicus,

artium et litterarum fautor ac patronus eximius, Parthenis bello devictis primam Romae bibliothecam publicavit de manubiis. De eo iudicium 1, 113. cf. 2, 17. et 25. dixit pro Asprenate 1, 22. defendit eosdem cum Messala 1, 24. De hoc viro digna est quae legatur commentatio Thorbeckii Lugd. Batav. 1820. 8. edita.

Asprēnas (C. Nonius) reus factus a Cassio Severo 1, 22.

Atăcīnus Varro: vid. Varro (P. Terent.)

Athenienses correctas Aeschyli fabulas in certamen deferre posterioribus poetis permisere 1, 66.

Aufidius: vid. Bassus.

Aufidia 1, 22. (Reuschero mas est *Aufidias*. At satis noti Romani homines *Aufidii*, ad quorum gentem quae pertinebant feminae, *Aufidiae* vocabantur.)

Bassus Aufidius 1, 103. Augusti et Tiberii tempore vixit. „Ab Aufidii (historiarum) fine avunculum suum „rerum gestarum libros condidisse XXXI, narrat Plinius „minor Epist. III, 5, 6. Lecti erant hi Aufidii libri iam „Senecae patri, elogia Ciceronis inde haud dubie pro„ferenti in Suasoria VI. Quare illum, cuius quam„quam senis admodum multa cum laude meminit L. „Seneca Epist. 30., filium illius fuisse, suspicantur „Lipsius et Gerh. Io. Vossius (de Historicis Lat. 1, 22.)“ Spalding.

Bassus (Saleius): vid. Saleius.

Bibaculus (M. Furius) 1, 96. Vid. Bentl. ad Horat. Sat. I, 10, 37. Heindf. ibid. et ad II, 5, 40. Voss. de poetis et Spald. ad VIII, 6, 17.

Brutus (M. Iunius) qui fuit inter eos, a quibus interfectus est Iul. Caesar; praestantior philosophus quam orator 1, 123. pro Milone orationem exercitationis caussa scripserat 1, 23. 5, 20. in maximis occupationibus nunquam intermittebat studia doctrinae 7, 27. Vid. Ellendt. Histor. Eloq. Rom. pag. 127. sqq.

Caecilius (Statius) Insuber Gallus, poeta comicus 1, 99. anno post Ennium mortuus, 168. ante Chr.

Caesar (C. Iulius) 1, 114. 2, 25. cum Marcello solus ex omnibus aetatis suae oratoribus a Cicerone in Bruto laudatur 1, 38. Vid. Ellendt. Histor. Eloq. Rom. pag. 126. sq.

Caesar (Domitianus Imp.) 1, 92.

Caesius Bassus poeta lyricus 1, 96. Eodem quo Plinius maior Vesuvii incendio periit, teste Probo ad Scholiasten Persii. Apparet congruentia temporum. Persius ei inscripsit sextam satirarum suarum.

Calidius (Marcus) orator prope singularis, Ciceroni aequalis, de domo Ciceronis dixit 1, 23. Cf. Cic. Brut. cap. 79. 80. Ellendt. Histor. Eloq. Rom. pag. 107. sq.

Callimachus Cyrenaeus, poeta et grammaticus ille notus 1, 58. Vixit Alexandriae sub Ptolemaeo Philadelpho, ubi primum litteras docuit, post in aulam receptus. In discipulis habuit Apollonium Rhodium.

Calvus (C. Licinius) Ciceroni aequalis orator 1, 115. 2, 25. Ellendt. Hist. Eloq. Rom. pag. 118. sqq.

Carbo (C. Papirius) eloquentissimus sui temporis patronus etiam in tabernaculo exercitatione dicendi usus dicitur 7, 27. Fuit tribunus plebis, Gracchanarum turbarum socius; in consulatu senior L. Opimium, qui C. Gracchum interfecerat, ad populum defendit.

Cassius Severus clarus orator sub Augusto et Tiberio. (Vid. Schulz. ad dialog. de oratt. cap. 19.) De eo iudicium 1, 116. Asprenatem Nonium veneficii accusavit 1, 22.

Catius Insuber, Epicureus tempore Ciceronis 1, 124.

Cato (M. qui vulgo dicitur Vticensis) Marciam tradidit Hortensio 5, 13. „Q. Hortensius, nimius et prope in„saniens in admiratione Catonis, cum frustra ex eo pe„tiisset ut Porciam filiam, Bibulo nuptam, divortio fa-

„cto, sibi concederet, ausus est ipsius uxorem Marciam, „Philippi filiam, sibi tradendam rogare, cum fas esse „negaret, Catonis illum sanguinem, plus quam huma„num, una contineri domo, quam saepius pariendo ad „rei tenuitatem esset redactura Marcia, cum sibi con„cessa suam esset gentem Catoniana virtute imbutura. „Neque tam portentosas preces aversatus est Cato, sed „consulto patre Philippo eoque consentiente, uxorem, „sibi magnopere dilectam et ex se cummaxime gravidam, „despondit Hortensio, quo mortuo rediit ad Catonem. „Vid. Lucan. 2, 340. sqq. it. Plut. Cat. min. p. 771. „Conferant tirones et Freinsh. in Suppl. Liv. 114, 57. „et Schroekhium in biographia V. 3. p. 154. seqq. Ve„rissime Lucanus, in hanc ipsam rem, de Catone: *Vrbi „pater est, urbique maritus.* l. c. vs. 388.“ Spalding. ad III, 6, 11. — „Capperonnerius Catoni hoc expro„brantes demonstrat Tertullianum *Apologetic.* 39. et „Augustinum *de bono coniugii* 18. et lib. *de fide et ope„ribus* 7. item mentionem facti habentem Strab. lib. XI. „p. 515.“ Idem ad X, 5, 13.

Catullus (C. Valerius) poeta 1, 96.

Catulus (Volusenus) 1, 24.

Celsus (Aul. Cornelius) cuius ex multis quae scripsit ad nostram aetatem pervenerunt libri VIII de re medica 1, 124. quidam error eius 1, 23.

Cestius 5, 20.

Chalcidico versu condita carmina 1, 56.

Charisius orator Atticus, aequalis Demetrii Phalerei, cuius orationes commendantur 1, 70. Vid. Ruhnken. ad Rutil. Lup. pag. 37. Cf. Cic. Brut. 83, 286.

Cicero (M. Tullius) non hominis nomen, sed eloquentiae 1, 105 — 112. cf. ibid. §. 113. 2, 18. vitiosi eius imitatores 2, 17. ut ubique Graecorum praestantissimi cuiusque, sic in philosophia Platonis aemulus 1, 123. cf. §. 108. ex philosophis plurimum se traxisse eloquen-

tiae confitetur 1, 81. se ab illis quoque vetustissimis auctoribus plurimum fatetur adiutum 1, 40. in poetarum lectione requiescendum putat 1, 27. cf. 5, 16. stilum vocavit optimum effectorem ac magistrum dicendi 3, 1. ei placet, nullum nostrum usquam negligentem esse sermonem 7, 28. libros quosdam Platonis atque Xenophontis in Latinum vertit 5, 2. ei dormitare nonnunquam Demosthenes videtur 1, 24. nec Thucydidem quidem aut Xenophontem utiles oratori putat 1, 33. Demetrium Phalerea in medio genere dicendi praefert omnibus 1, 80. eius de Calvo iudicium 1, 115. Hortensium, Metrodorum et Empylum ab insigni memoriae praestantia laudat 6, 4. ab eximia in litteris assiduitate Brutum 7, 27. veterum oratorum de successu extemporali sententiam prodidisse dicitur 7, 14. extemporalem facultatem praedicat in Antipatro Sidonio et Licin. Archia 7, 19. eius commentarii 7, 30.

Cinna (C. Helvius) 4, 4. Exstat de hoc poeta copiosa commentatio Augusti Weicherti, Grimae 1822. 4. edita.

Clitarchus 1, 74. (cf. Longin. 3, 7. Demetr. de Eloquut. extr., Heyn. *de fontibus Diodori* in fronte Diodor. Bip. pag. 84. sq.) Alexandrum in expeditionibus Persicis comitatus mox eius res exposuerat.

Clodius (P. Pulcher) qui ab Milone occisus est 5, 13.

Coelius (M. Rufus) orator meliore ingenio quam moribus 1, 115. 2, 25. Vid. Ellendt. Hist. Eloq. Rom. pag. 109. sqq.

Cornelius (Caius) tribunus plebis 5, 13. Hic a. u. c. 687. promulgaverat legem, qua Senatus auctoritas minuerctur: quam quum potentissimi quique ex Senatoribus oppugnare omnibus modis laborarent, collega eius P. Servilius Globulus inventus est, qui intercederet nec pateretur legem populo a praecone recitari. Tum vero Cornelius ipse codicem recitavit. Cf. Spald. ad IV, 3, 13.

Cornelius Severus aequalis Ovidio poeta, bellum Siculum carmine descripsit 1, 89.

Crassus (L. Licinius) orator 3, 1. vertit Graeca in Latinum 5, 2. Cf. Ellendt. Hist. Eloq. Rom. pag. 68. sqq.

Cratīnus Atheniensis, veteris comoediae auctor 1, 65.

Crispus Passienus admodum laudatus orator, bis consul, vitricus Neronis, Agrippinae maritus et prioribus nuptiis, Domitiae, sub Claudio Imp. mortuus. (Vid. Spald. ad VI, 1, 50.) Eius oratio pro Voluseno Catulo 1, 24. — Vibius Crispus: vid. Vibius.

Curetum apud Homerum praelium 1, 49.

Decimus Laelius orator, vir bonus et non illitteratus, L. Crasso adolescente floruit. Eius oratio pro Voluseno Catulo 1, 24.

Demetrius Phalereus (Φαληρεύς) Atheniensis, orator suavis, sed parum vehemens, Theophrasti fuit discipulus vixitque Alexandri M. tempore. Ob eximias virtutes Atheniensibus sub Cassandro decem annos praefuit, sed ab Antigono et Demetrio Poliorc. patria pulsus (a. Chr. 307.) Alexandriam ad Ptolemaeum Sotera profugit eique auctor fuisse dicitur, ut bibliothecam et museum conderet. Mortuus est a. 284. ante Chr. (Cf. Ruhnk. Hist. Crit. Orat. Graec. pag. XCI.) Eius mentio fit 1, 33. in primis §. 80.

Demosthenes Graecae eloquentiae princeps 1, 76. omnium Graecorum perfectissimus, aliquid tamen aliquo in loco melius alii 2, 24. Ciceroni interim dormitare videtur 1, 24. comparatur Ciceroni 1, 105. sqq. cf. §. 39. amator secreti 3, 23. 25. 30. pro Ctesiphonte contra Aeschinem dixit 1, 22.

Domitius Afer clarissimus aetatis Quinctiliancae orator, sub Nerone a. u. c. 813. mortuus, quem senem viderat Quinctilianus adolescens 1, 118. 86. eius oratio pro Voluseno Catulo 1, 24.

Empylus Rhodius 6, 4.

Ennius (Quintus) Rudiis in Calabria (a. Chr. 239. vel 240,) natus, a Catone Censorio in urbem deductus, Scipioni in primis Africano dilectus fuit. Scripsit satiras, comoedias, tragoedias; sed praestantissimum eius opus fuerunt annalium libri XVIII carmine hexametro et fide historica scripti, omnem Romanorum historiam complectentes: in quo genere longe superavit Naevium, a quo tamen multa sumpsit. Mortuus est (a. Chr. 169.) articulari morbo, quem immodico vini usu contraxerat. De eo iudicium 1, 88.

Ephorus Cumaeus, ab Isocrate magistro impulsus ad historiam se contulerat 1, 74.

Epicuri figurae (εἴδωλα) 2, 15.

Euphorion Chalcide Euboeae oppido oriundus, grammaticus et poeta haud indoctus, sed nimis obscurus; vixit temporibus Ptolemaei Euergetae, idemque Antiochi M. Syriae regis bibliothecae praefuit. Quantum ille Ciceroni sordebat, tantum probabatur Tiberio (vid. Suet. Tib. cap. 70. ibique BCrus.): non valde placuisse Fabio, ex iis apparet quae dicuntur 1, 56.

Eupŏlis veteris comoediae auctor 1, 65. Cratino vixit posterior.

Euripides poeta tragicus 1, 67.

Florus (Iulius) 3, 13. sq. Videtur ille ipse esse, ad quem scripta est Horatii epistola libri primi tertia. Vid. Spalding.

Gallus (Cornelius) clarus elegiarum scriptor 1, 93. in quem est Virgilii ecloga X. qui Antonium ad Paraetonium oppidum et portum Libyae, destruenda eius classe, affixit et ab Augusto praefectus Aegypto, sed postea

condemnatus, quod multa contra imperatorem et dixerat et fecerat, semet ipse interemit. Cf. Fabric. Bibl. Lat. ed. Ernest. I. pag. 425. sqq. I. H. Vossius ad Virg. Ecl. 6, 64. Spalding. ad I, 5, 8.

Germanicus Augustus (T. Flav. Domitianus) 1, 91.

Gratiae ipsae sermonem Xenophontis videntur finxisse 1, 82.

Herculis acta scripsit Pisandros 1, 56.

Herodotus nobilissimus historicus 1, 73.

Hesiodus poeta 1, 52.

Homerus 1, 46 — 51. et 86. eum semper excipi par est 1, 65. facultas eloquendi Homerica i. e. divina 1, 81. interim dormitare videtur Horatio 1, 24.

Horatius 1, 94. et 96. Pindarum merito credidit nemini imitabilem 1, 61. eius de Homero iudicium 1, 24. de Lucilio 1, 94. Tyrtaeum Homero subiungit 1, 56.

Hortensius (Quintus) nobilissimus tempore Ciceronis orator, ab insigni memoriae praestantia laudatur 6, 4. eius oratio pro Verre contra Ciceronem 1, 23. traditur ei Marcia Catonis 5, 13. Vid. L. C. Luzac spec. histor. iurid. de Q. Hortensio orat. Lugd. Batav. 1810. 8.

Hyperīdes orator Atheniensis, Demostheni amicus 1, 77. dixit pro Phryne 5, 2.

Isocrates Atheniensis (ante Chr. 338. mortuus) clarissimus dicendi praeceptor, cuius domus cunctae Graeciae quasi ludus quidam patuit atque officina dicendi, magnus orator, quamquam forensi luce caruit, infirmitate vocis, mollitie frontis ne in publico diceret impeditus. De eo iudicium 1, 79. cf. §. 108. Panegyricum decem annis elaborasse dicitur 4, 4. de Ephoro quid iudicaverit 1,

Iulius Africanus aevi Neroniani orator, quem viderat Quinctilianus 1, 118.

Iulius Florus: vid. Florus.

Iulius Secundus aequalis Fabii orator 3, 12. 1, 120. cuius praedicatur elegantia XII, 10, 13.

Laelius: vid. Decimus Laelius.

Laenas (Popilius) 7, 32. Cornel. Celsi fuit aequalis, ex gente eius, qui ab Cicerone defensus antea, occidit ipsum. Omnem scripto percensuisse rhetoricen videtur. Cf. XI, 3, 183. III, 1, 21. ubi vid. Spald.

Latro (M. Porcius) Hispanus, laudatissimus aevi Augustei rhetor, quem Seneca pater prooem. lib. I. Controvers. tantis mactat laudibus, ut egregiis declamatoribus, qui Augusti saeculum illustraverunt, praeripuisse gloriam videatur. Primus clari nominis professor dicitur 5, 18. Taedio duplicis quartanae sub Augusto semet interemisse memoriae prodit Euseb. in Chron.

Licinius Archias: vid. Archias.

Ligarius 1, 23.

Livius Andronīcus 2, 7. homo Graecus (Tarentinus) M. Livii Salinatoris libertus, cuius etiam liberos erudivit, ob id libertate donatus. Primus omnium Latine versibus scripsit, Graecorum tragicorum fabulas imitatus in Latinum sermonem convertit: idem comoedias fertur scripsisse. Heroicum certe carmen scripsit Odysseam, Homerici operis interpretationem. (Veterum scriptorum de eo testimonia vid. apud Bothium Poet. Lat. Scen. Vol. V. P. I. pag. 1. sqq.)

Livius (Titus) rerum Romanarum scriptor 1, 101. sqq. et §. 32. in epistola ad filium (*nunc deperdita*) quid de Cicerone et Demosthene dixerit 1, 39.

Lucanus (M. Annaeus) poeta, sed magis orator 1, 90. Alii historicis eum potius quam poetis adnumerant. Cf.

interpp. ad Petron. 118. et Spald. ad III, 8, 23. Vitam eius scripsit Suetonius.

Lucilius (Caius) Suessanus Aurunçanus (alii *Pometinum* dicunt), eques Romanus, magnus avunculus Pompeii M., bello Numantino eques militavit sub Scipione Africano minore eiusque et Laelii Sapientis fuit familiaris, sed Scaevolae Laelii genero subiratus, Neapoli *senex* mortuus. Nam quod Eusebius in Chron. ad Olymp. 169, 2. Lucilium testatur annum aetatis XLVI. non excessisse, id Baylius in Diction. certis de caussis negans tam longam illi aetatem fuisse confirmat, ut iure ab Horatio (Sat. II, 1, 34.) *senex* dictus sit. Quum alia scripsit Lucilius, tum satirarum libros triginta, in quibus ad exemplum veteris Graecorum comoediae multa cum libertate vitia hominum suorum solebat perstringere. Iudicatur de eo 1, 93. sq.

Lucretius (L. Carus) eques Romanus, poeta, qui praecepta sapientiae versibus tradidit et sibimet ipse mortem conscivisse dicitur. De eo iudicium 1, 87.

Lyrici novem (*Graeci, qui ab Aristarcho et Aristophane tamquam in canonem relati fuerunt*) 1, 61.

Lysias orator clarissimus, Cephali Syracusani filius, sed Athenis, quo pater se contulerat, et natus (ante Chr. 458.) et mortuus (a. 379.), quamquam, referente Cicerone, Timaeus eum, quasi Licinia et Mucia lege, repetit Syracusas. Ipse quidem in caussis forensibus non versatus, in aliorum usum conscripsit orationes eisque dicendas suppeditavit. De eo iudicatur 1, 78.

Maecr (Aemilius) Veronensis poeta, Virgilii, Tibulli, Ovidii aequalis, de volucribus, herbis, serpentibus scripserat, item Paralipomena Homeri, quamquam sunt quibus ab herbarum poeta secernendus videatur *Maeer Iliacus* Ovidii (Pont. IV, 16, 5.) Vid. de eo 1, 56. et

87. Cf. Spald. ad VI, 3, 96. et I. H. Voss. ad Tibull. praefat. pag. X.

Marcellum (M. Claudium) cum Caesare solum ex omnibus aetatis suae oratoribus in Bruto laudat Cicero 1, 38. Eum intellige Marcellum, pro quo Cicero orationem habuit, qui ab Magio quodam Cilone Athenis interfectus est.

Marcia: vid. Cato.

Menander Atheniensis, Theophrasti auditor, a. Chr. 342. natus, 290. mortuus, a Terentio dignus habitus, quem prae caeteris imitaretur, valde laudatur et commendatur 1, 69. sqq. Num conditor novae comoediae fuerit dubitans Meinekius (Menandr. et Philemon. reliq. pag. XLV.) Philemonem auctorem affirmat.

Messāla (M. Valer. Corvinus) vir egregius, Brutianarum partium, dum aliqua reip. spes superfuit, postmodum ab ipso Caesare Augusto cultus (Tiberius eum in oratione Latina sequutus est, quem senem adolescens observaverat) et generis non minus quam ingenii splendore clarus. Frequens eius apud scriptores mentio est. Laudatur 1, 113. Graecas orationes in Latinum vertit, in his Hyperidis pro Phryne 5, 2. defendit eosdem cum Asinio Pollione 1, 24. dixit contra Aufidiam 1, 22. (ex cuius loci tota conformatione licet colligere, Messalam *contra Aufid.* dixisse.) Cf. Ellendt. Histor. Eloq. Rom. pag. 130. sqq.

Metrodōrus Scepsius Carneadis auditor, insigni ac prope divina praeditus memoria, laudatur 6, 4. Scepsius vocatur de patria Scepso, Troadis urbe.

Milo (T. Annius) 1, 23. 5, 13. 20.

Minerva familiare Caesari numen 1, 91.

Nicander Colophonius, medicus, grammaticus et poeta (ante Chr. circiter 147.) cuius ad nostram aetatem duo carmina pervenerunt, *θηριακά* et *ἀλεξιφάρμακα*. Geor-

gica quae scripserat, iniuria temporis perierunt. Huno sequuti esse dicuntur Macer et Virgilius 1, 56.

Ovidius (P. Naso) 1, 88. 93. eius Medea tragoedia 1, 98.

Pacuvius (Marcus) poeta tragicus, Brundusinus, Ennii sorore genitus, Laelii amicus et hospes, valde senex mortuus (prope nonagenarius, ut aiunt.) De eo iudicium 1, 97.

Panyăsis Halicarnassensis poeta, Heracleam et Ionica scripsit, quem Apollodorus haud raro sequutus est (cf. Heyn. index scriptorum ab Apollodor. laud.) De eo agitur 1, 54.

Passienus: vid. Crispus Passienus.

Patroclus 1, 49.

Pedo (C. Albinovanus) non ignobilis poeta, Ovidio aequalis et amicus. Reliquae nobis factae sunt huius (si modo) elegiae duae in Maecenatem et in Drusum Neronem. (Vid. Spald. ad VI, 3, 61.) Commemoratur 1, 90. Cf. Ovid. Pont. IV, 10, 71. (ubi Theseida eius, quae et ipsa interciderit, demonstrari ait Spald.) Versus de navigatione Germanici profert M. Senec. Suasor. 1. Cf. Voss. de Poet. Lat. pag. 32.

Pericles cuius in labris sedisse quandam persuadendi Deam dixerat Eupolis 1, 82.

Persius (A. Flaccus) cuius vitam scripsit Suetonius. Magnis eum laudibus prosequitur Fabius 1, 94. eius versus laudatur 3, 21.

Philēmon comicus, Menandri aequalis 1, 72. Cf. quae supra de Menandro diximus. (Appuleii Floridor. XVI.)

Philētas Cous, grammaticus et poeta, Ptolemaei Philadelphi praeceptor, Propertio saepe memoratus et cum Callimacho coniunctus nec tamen nisi fragmentis nobis cognitus 1, 58.

Philistus Syracusius historicus 1, 74. (Σικελικὰ scripserat: quorum libror. fragmenta legas ap. Goellerum in libro *De situ et orig. Syracus.*: cf. Cic. Brut. 17, 66. ad Quint. fratr. 2, 13.) aequalis et familiaris Dionysii tyranni, postea ab hoc in exsilium pulsus, deinde sub Dionysio iun. revocatus, classe comparata illum contra Syracusanos, a quibus pulsus erat, defensurus victoria excidit; quare sibi ipse necem conscivit.

Phryne (Mnesarete) 5, 2. mulier Thespia, nobilis Atheniis et pulchritudine et quaestu meretricio, amata inter alios a Praxitele, qui eius imaginem pinxit, quod praecipuum opus est habitum et in templo Apollinis Delphici collocatum. Apelles quoque ad eius similitudinem, quum nudam in littore conspexisset, Venerem Anadyomenen expressisse traditur. Fuit illa adeo opulenta, ut Thebas ab Alexandro excisas de sua pecunia refecturam se polliceretur, si liceret adscribere haec verba: Ἀλέξανδρος μὲν κατέσκαψεν, ἀνέστησε δὲ Φρύνη ἡ ἑταίρα. In iudicium capitis adducta ab Euthia, non tam Hyperidis actione, quamquam admirabili, quam conspectu corporis, quod illa, speciosissima alioqui, diducta nudaverat tunica, putabatur periculo liberata. Cf. Quinctil. II, 15, 9. Athenaeus Deipnosoph. lib. XIII. pag. 590.

Pindarus princeps lyricorum 1, 61. eius verba quaedam Latine expressa 1, 109.

Pisandros 1, 56. Camiro oppido Rhodi oriundus, Heracleae epici carminis deperditi auctor, de quo vide Heynii Excurs. I. ad Virgil. Aen. II.

Plato philosophus 1, 81. et 108.

Plautus (M. Accius) comicus poeta, cuius sermone Musas locuturas fuisse, si Latine loqui vellent, Varro dixerat 1, 99.

Plautus (Papirius Fabianus) Stoicus 1, 124. Vid. Excurs. III.

Pollio: vid. Asinius.

Pomponius (L. Secundus) vir civilis et poeta tragicus, Fabio iuveni aequalis (cf. Spald. ad Quinctil. VIII, 3, 31.) 1, 98. Claudii principatu bellum Germanicum administraverat et re bene adversus Cattos gesta triumphum adeptus erat. (Tacit. Annal. XII, 28.) De vita eius duos libros scripserat Plinius maior (H. N. XIV, 4, 6. Plin. Epist. III, 5, 3.)

Pontificum annales: vid. Annal. Pontif.

Popilius: vid. Laenas.

Porcius Latro: vid. Latro.

Priami rogantis Achillem preces 1, 50.

Propertius (Sext. Aurelius) 1, 93.

Rabirius 1, 90. is, qui carmine persequutus est bellum Achaicum, ab Ovidio (Pont. IV, 16, 5.) Velleio (2, 36.) et Luc. Seneca (Benef. 6, 3.) eximie laudatus. Nihil eius reliquum. Vid. Voss. de Histor. Lat. 1, 21.

Saleius Bassus poeta Vespasiano Imp. aequalis, quem studiose laudat auctor dialogi de oratt. cap. 5. (ubi vid. Schulz.) et 9. Non valde laudabilem visum Fabio, apparet ex 1, 90.

Sallustius (Crispus) 1, 101. sq. 2, 17. cf. 1, 32. eius in scribendo cura 3, 8.

Scipio Africanus Terentium in scribendis fabulis adiuvisse creditus 1, 99.

Secundus: vid. Iulius et Pomponius.

Seneca (L. Annaeus) philosophus 1, 125. sqq.

Serranus poeta epicus 1, 89. de quo vid. Excurs. I.

Servilius Nonianus 1, 102. homo et morum et ingenii fama florens, qui Romanis rebus tradendis inclaruit, postquam diu foro celeber fuerat (Tacit. Annal. 14, 19.

cf. Dial. de oratt. cap. 23. Plin. Epist. I, 13, 3.) Hunc ut patrem coluit Persius (vid. Sueton. in vita.)

Servius Sulpicius (Rufus) Ciceronis aetati cuppar eiusque amicus, cui in legatione ad Antonium Mutinam obsidentem mortuo statuam ille ponendam censuit (vid. argumentum Philipp. IX.) De eius eloquentia et tribus orationibus iudicium 1, 116. reliquarum quas egerat caussarum accuratissimos confecit commentarios 7, 30. eius in poetis imitandis studium 5, 4. dixit pro Aufidia 1, 22. Vid. Ellendt. Hist. Eloq. Rom. pag. 103. sqq. cuius pag. 106. haec verba legas: „Dubitarunt autem „Burmannus, Capperonnerius et Spaldingius, anne „fortasse contra Aufidiam Sulpicius dixerit, ut omnium „librorum consensu VI, 1, 20. refertur. Sed refra„gantibus locis et pluribus nec unius Quinctiliani hoc „concedi posse non videtur, nec video, quid inutilium „tricarum [?] nuperrimus editor ad X, 1, 22. sibi cre„are voluerit. Si aberravit, ut solet interdum, non li„brarii sed auctoris memoria, credam potius VI, 1, 20. „praepositionem mutari debuisse [at vid. Spald.] quam „Messalae nomen Sulpicio substitui."

Severus: vid. Cassius; it. Cornelius Severus.

Sextii 1, 124. Cf. F. A. Wolf. ad Sueton. de illustr. gramm. cap. 18.

Simonides 1, 64. Vid. de eo prolegomena nostra ad Xenoph. Hier. pag. 4. (ubi allatis locis adde Plat. de rep. 1, 6. pag. HSt. 331.) Wesseling. ad Diodor. Sic. tom. I. pag. 412.

Socraticorum elegantia 1, 83. iidem commendantur 1, 35.

Sophocles poeta tragicus 1, 67. sq.

Stesichorus Phalaridis tyranni aequalis, Himerae Siciliae oppido natus, poeta lyricus, multa fertur scripsisse (in his epica quoque commemorantur, velut Ἰλίου πέρσις) quorum pauca tantum fragmenta ad nos pervenerunt. Ad praestantissima carmina referuntur κατηγο-

ρία Ἑλένης et in primis ἐγκώμιον Ἑλένης, quae fuit palinodiarum apud veteres omnium nobilissima. Laudatur Stesich. 1, 62. Cf. Horat. Carm. IV, 9, 8. *Stesichoriqve graves Camoenae.*

Stilo: vid. Aelius.

Stoici veteres minus indulserunt eloquentiae 1, 84.

Sulpicius: vid. Servius Sulp.

Terentius (Publ.) Afer poeta comicus 1, 99.

Theocritus 1, 55.

Theophrastus Eresius, Aristotelis auditor, post cuius mortem ipse Peripateticae scholae curam suscepit tantoque plausu docuit, ut saepe bis mille discipuli ad eum audiendum confluerent. Multa scripsit (de rhetorica quoque; vid. Quinctil. III, 1, 15.) quorum ea, quae supersunt, maximam partem physici argumenti sunt. Ἠθικοὶ χαρακτῆρες qui feruntur, ab alio, qui postmodo viveret, ex moralibus Theophrasti scriptis excerpti putantur. Plurimum dixit oratori conferre lectionem poetarum 1, 27. divinitate loquendi nomen invenit 1, 83.

Theopompus Chius quum diu fuisset orator, ab Isocrate magistro impulsus ad historiam se contulerat 1, 74. (Cf. Ruhnk. Hist. Crit. Orat. Graec. pag. 87.) Scripserat *epitomen Herodoti*, *Hellenica* (initio facto, ubi Thucydides desierat) et *Philippica*.

Thucydides nobilissimus historicus 1, 73. cf. 2, 17. ei opponere Sallustium non veretur Fabius 1, 101. Ciceronis de eo iudicium 1, 33.

Tibullus (Albius) qualis auctor elegiae 1, 93.

Timagenes 1, 75. Fuit hic amicus Asinii Pollionis, ob libertatem sermonum Caesari Augusto invisus, clarus autem historiis scribendis, de quo consulendus L. Seneca de ira 3, 23. et M. Seneca Controvers. 34. pag. Bipont. 363. Vid. Voss. de Hist. Graec. I, 24.

Tiro (Tullius) servus, deindè libertus Ciceronis, cui, ipse in omni genere litterarum exercitatissimus, studiorum socius et administer fuit, ab eo et filio et Q. fratre impense dilectus. De notis Tironianis praestat silere quam parum dicere. Commentarios Ciceronis contraxisse dicitur 7, 31.

Trachălus (M. Galerius) orator, quem aliquoties memorat Quinctil. et magni facit. De eo agitur 1, 119. Consul fuerat cum C. Silio Italico a. u. c. 821. p. Chr. 68. Cf. Spald. ad VI, 3, 78.

Tubero (Q. Aelius) accusator Ligarii, quem defendit Cicero 1, 23.

Tyrtaeus poeta Atheniensis, qui Lacedaemoniorum dux ex Apollinis oraculo factus bello secundo, quod contra Messenios gerebant, carminibus recitandis fractos eorum animos ad bellum acrius gerendum excitasse dicitur. Memoratur 1, 56.

Valerius Flaccus poeta 1, 90. Scripsit Argonauticorum ad Fl. Vespasianum libros VII: quorum ultimum (VIII.) non potuit absolvere morte praepeditus. Vid. Fabric. Bibl. Lat. Vol. II. pag. 250. sqq. ed. Ern.

Varius (Lucius) Virgilii et Horatii familiaris, epici et tragici carminis auctor, cuius opera magno litterarum detrimento interciderunt. E tragico genere nobile eius opus exstabat Thyestes 1, 98. In epicis laudatur eius Panegyricus in Augustum, item carmen de morte (? Iulii Caesaris.) Cf. Heindorf. ad Horat. Satir. I, 5, 40. 10, 43. Mitscherlich. arg. Horat. carm. 1, 6. — Virgilium paucissimos in die versus composuisse auctor est 3, 8.

Varro (M. Terentius) natus ante Chr. 116. vir ingenio praestans, omnium litterarum peritissimus, Ciceronis

aequalis et amicus, a. ante Chr. 27. mortuus, de cuius doctrina et scriptis (CCCCXC numero erant; Gell. NN. AA. 3, 10.) vid. Cic. Acad. poster. lib. I. cap. 2. sqq. et Wetzel. prooem. ad libr. IX. Cicer. epist. ad famil. Magnis laudibus ornatur 1, 95. Aelii Stilonis praeceptoris sui sententia dixerat Musas Plautino sermone locuturas fuisse, si Latine loqui vellent 1, 99.

Varro (P. Terentius) Atăcīnus (ab Atace Galliae Narbonensis, in qua natus erat, fluvio sic dictus) M. Varronis aequalis, libros de bello Sequanico versibus hexametris scripserat, sed maxime inclaruerat libris quattuor Argonauticorum ex Apollonio Rhodio expressis, de quibus 1, 87. Vid. de hoc poeta Spald. ad I, 5, 18. et in primis Ruhnk. epist. crit. II. pag. 199. sqq.

Verres 1, 23.

Vibius Crispus vir ingenii iucundi et elegantis (Quinctil. V, 13, 48. ubi cf. Spald. Sueton. Domit. cap. 3.) sub Domitiano senex, sed ganeae Vitellianae sodalis, inter claros magis quam inter bonos (Tacit. histor. 2, 10.) Laudatur 1, 119.

Virgilius (Maro) 1, 85. sq. Nicandrum secutus est 1, 56. Euphorionem probasse existimandus est, *ibid.* paucissimos in die composuit versus 3, 8.

Volusenus Catulus 1, 24.

Xenophon Atheniensis egregie, ut par est, laudatur 1, 82. cf. 1, 75. eius ore Musas locutas existimat Cicero 1, 33. qui idem libros Platonis et Xenophontis (Oeconomicum) translatos edidit 5, 2.

Zmyrna cuius historiam obscuro carmine exposuerat Cinna 4, 4. Erat Zmyrna (Smyrna) vel Myrrha Cinyrae Cypriorum regis filia (vid. Muncker. et Verheyk.

ad Antonin. Liberal. Metam. cap. 24. pr.) quae spreti Solis ira (alii cum Apollodoro III, 14. Veneris irae tribuunt) incesto patris amore capta atque imprudentis amplexu potita et gravida facta, cognita demum et ad necem ab eo quaesita, profugit in Arabiam ibique in arborem cognominem versa est. Sed completis pariendi mensibus, agente rimas arbore et findente se cortice, Adonin peperit. Vid. quos solos laudavisse satis fuerit, Burmann. et Gierig. ad X, 298. Metamorph. Ovidii.

II.

INDEX SCRIPTORVM

QVORVM LOCI IN COMMENTARIIS EXPLICANTVR VEL EMENDANTVR

Auctor libri de Bell. Afric. 255. — ad Herenn. 48, a.
Caesar (B. C.) 69, b. 142, a.
Cicero (Acad.) 35, a. (Agrar.) 8, b. (Arch.) 119, a. (Balb.) 242. 262. (Brut.) 13, a. 22, a. 69, a. 100, a. 104, a. 111, a. 205, b. 206, a. 268. (Coel.) 165, b. (de Div.) 154, a. (de Inv.) 208, b. (de Orat.) 16, b. 35, a. 69, b. 208, b. (de Rep.) 168, a. b. 255. (Epist. ad Attic.) 118, b. 151, a. (Epist. ad Fam.) 43, b. 48, a. 91, a. 209, a. 260. (Fin.) 113, a. (Ligar.) 46, b. (Muren.) 47, a. (N. DD.) 8, b. 219, a. 269. (Offic.) 39, a. 103, a. 182, a. (Orat.) 10, a. 11, a. 15, b. 19, b. 22, a. 75, a. 143, a. 208, a. (Philipp.) 232. (Rabir. Post.) 192, a. (Rosc. Am.) 113, b. (Senect.) 16, b. (Tusc.) 10, b. 111, a. 117, a. 184, b. 219, a. 255. (Verr.) 74, b.
Claudianus (in Ruf.) 10, a.
Curtius 218, a. 238.
Columella 176, a.
Dionysius Halicarn. (vett. script. cens.) 57, b. 58, b.
Eginhardus (de Carol. M.) 148, b.

Eumenius (gratiar. act.) 77, a. b.
Fronto (diff. vocabb.) 106, a.
Gellius 17, b. 63, b. 109, a. b. 134, b.
Horatius (Carm.) 206, a. 263. a Quinctil. explicatus 58, b. (Epist.) 103, b. (Pis.) 19, a.
Inscriptiones quaedam (Grut.) 257. sqq.
Iustinus (Hist.) 33, b. 54, b.
Livius (Hist.) 44, b. 99, b. 118, b. 115, b. 267. 269.
Marcianus Capella 260.
Martialis 10, a.
Ovidius (Amor.) 19, a. (Art. Am.) 68, a. (Fast.) 10, b. (Her.) 161, b. (Ib.) 25, a. (Metam.) 10, a. (Remed. Am.) 68, a. (Trist.) 65, b. — ad sensum citatus a Quinctil. 97, b.
Pindarus 97, a.
Plato (Apol.) 9, b.
Plautus (Trinum.) 145, b.
Plinius (Epist.) 39, a. 84, a. (Paneg.) 113, a. — (H. N.) 244.
Porcius Latro (Decl. in Catil.) 255.
Prudentius (Peristeph.) 204, b.
Quinctilianus (I, 1, 3. 30.) 266. 223, a. (I, 5, 42.) 223, a. (I, 7, 32. 33.) 48, a. 9, b. (I, 8, 9.) 110, b. (I, 9, 3.) 175, b. (II, 3, 9.) 32, b. (II, 4, 9. 13. 16. 30.) 115, a. 104, a. 147, a. 206, b. (II, 11, 4.) 146, a. (II, 12, 12.) 104, a. (III, 1, 21.) 84, a. (III, 5, 4.) 203, b. (IV, 1, 46.) 117, a. (IV, 5, 6. 15. 18.) 24, a. 13, b. 26, a. (V, 1, 3.) 102, b. (V, 12, 23.) 40, a. (VI, 1, 20.) 27, a. (VI, 4, 5. 22.) 101, b. 19, a. (VII, 1, 50.) 94, b. (VIII, 3, 2. 33.) 22, a. 251. (VIII, 4, 12.) 19, a. (IX, 2, 68. 79.) 83, a. 242. (IX, 3, 1. 6.) 120, b. 31, a. (IX, 4, 1. 144.) 60, b. 165, b. (XI, 1, 54.) 22, a. (XI, 3, 19. 62.) 155, a. 186, a. (XII, 1, 22.) 29, b. sq. (XII, 2, 20.) 10, a. (XII, 6, 5.) 165, b. (XII,

10, 73.) 97, b. (XII, 11, 24.) 107, b. sqq. (Declam. I, 1. IV. sub fin. IX, 14. XIII, 15.) 23, a. 143, b. 206, b.
Sallustius (Catil.) 49, a. 244. (Iug.) 47, b. 58, a.
Silius Ital. 261. sq.
Seneca (Benef.) 12, b. (Brev. Vit.) 143, b.
Sophocles (Antig.) 199, b.
Statius 147, a. (Theb.) 139, a. 165, a. 215, a.
Tacitus (Annal.) 144, b. 219, a. 231. 244. (Germ.) 165, a. (Hist.) 118, b. 243. 244.
Theganus 149, a.
Thucydides 9, b.
Tibullus 78, a.
Valer. Flaccus 139, a.
Varro (de L. L.) 17, b. (de R. R.) 206, a.
Virgilius (Aen.) 55, b. 127, b. 263.
Xenophon (Cyrop.) 40, a. (Hier.) 40, b. 212, b.

III.

INDEX RERVM ET VERBORVM

DE QVIBVS AGITVR IN COMMENTARIIS

Ablativus et *genitivus qualitatis* in eodem subiecto coniunctus 144, a. 195, a. — forma: *Verri* pro *Verre* 264.

Ac non ponitur ante vocal. 21, a. 216, a. — ante vocabul. a C littera incipiens 265.

Accedere alicui i. e. aliquem aequare 74, a.

Accommodus 92, b.

ACQ. pro *adque* (atque) 261.

Actio 23, a. 26, a. *actionum partes* una notio 143, a.

Actus rei 33, b.

Ad oblitteratum a praeced. *sed* 54, a. *ad hoc* 240.

Adde *quod* 34, b.

Addo cum *audeo* et *audio* confus. 34, b.

Addicere i. q. adscribere 63, a. b. 265.

Adducere *locum, rationem,* improbatur 63, a. *tenebras* 65, b. *adducta* et *obducta* frons 145, a.

Adeo 178, a.

Adhuc cum comparativo coniunct. 90, a. eiusdem collocatio 90, b. 267. *adhuc* et *ad hoc* 240.

Adiicere absolute positum 88, a. constructio 119, b.

ADQ. *adque* in codd. saepe script. pro *atque* 261.

Adverbium non raro ad personas ref. 95, b. 268.

Advocare et *avocare* confus. 153, b.

Advocatus 98, a.

Aemulari quomodo construatur 106, a. quomodo differat ab *imitari* 106, b.

Aequalis *mediocritas* 52, b.

Aequalitas, *aequaliter* 75, a.

Aerarium *sanctius* 136, a.

Aetas *studiorum* 197, b.

Affectari deponens 73, a.

Affectitare 73, a.

Affectus *mites* et *concitati* 46, b. *dulciores* 92, b.

Agere *bellum* bene dicitur 80, b. *delectum* 137, b.

Albae *sententiae* 92, a.

Alexandrini grammatici 51, a.

Alia et *alias* saepe addita ab librar. 37, b. 43, b.
Alii — *aliique* et *alii* — *alii vero* 19, b. sq.
Alio et *illo* 37, b.
Alio et *aliquo* 37, b.
Alioqui 144, b.
Aliquanto 67, a. (cf. Spald. ad I, 12, 4.)
Aliquatenus et *aliquanto* 67, a.
Aliqui pro *aliquis* 190, b.
Aliquid, *ein gut Theil, Manches* 82, b. — supplendum 126, a.
Aliud *sentire* 41, b. 265.
Alteratio improbatur 25, a.
Alterum quid interdum significet 31, a.
Altiorem, *aptiorem* et *apertiorem* confus. 151, a.
Ambitio 213, a.
Ambitus 213, a. *rerum* 22, b.
Amputare 243.
An et *an vero* 156, b. 117, a.
Animus i. q. *spiritus* 99, a.
Ante *omnia* 115, b.
Apertiorem, *aptiorem* et *altiorem* confus. 151, a.
Apertus *animi motus* 151, a. *apertus* i. q. *perspicuus* 104, a.
Aptior, *apertior*, confus. 151, a.
Apud ubi ponendum pro vulg. *in* 124, b.
Argumenta *et signa rerum* 49, a.
Armamenta 214, b.
Artes 22, a. 46, b.
Assequimur i. q. *assequi studemus* 54, b.
Assimilata 122, b.
Assimulata 122, b.
Assumere 105, b. 132, a. 187, b.
Asyndeton 78, b.
Atacinus an *Attacinus* 75, b.
Athleta 12, a. *athletarum tori* 36, a.
Atque et *atqui* 152, a. 128, b. i. q. *vel potius* 41, a.
Attica quae dicantur in oratione 43, b. 268.
Attractio 56, a.
Auctor pro *scriptore* 47, a. de *poeta* ibid.
Audeo absolute ponitur 35, a. confus. cum *audio* et *addo* 34, b.
Aureum *plectrum* 57, a.
Aut quid differat a *vel* 46, a.
Autem secundo loco positum 101, a.
Avocare et *advocare* confus. 153, b.

Basilica 179, b.
Bona *fide* 153, b. *Bona mens* 104, a.

Calor et *color* confus. 191, a. *extemporalis* quid sit, ibid.
Calumnia 100, b.
Candidus, *candidum dicendi genus* 92, a.
Candor 92, a.
Caput *Africae* locus Romae 259.
Celsi *error notabilis* 28, b.
Certamina 136, b.
Certe — *sed* 11, a.
Cestius, *Sextius, Sestius, Tertius* confus. 181, a.
Cicatricosa 163, a.
Cicero: de eius epist. iudicium 96, b. eius in dicendo copia 170, a.
Circa 124, a.
Circumcidere 243.

Circumscribere 243.
Circumstantia *iudicii* 157, b.
Citra 199, b.
Clamor *laudantium* 24, a.
Clarus cum genit. 93, b. *clarum ingenium* 93, a.
Codices 156, a.
Coercere 243.
Cogitatio 7. sq.
Cognitio 7. sq.
Colligere de *ratiocinando* 73, a.
Collocatio verborum notabilis 265.
Color 101, b.
Color et *calor* confus. 191, a. *color extemporalitatis* et *extemporalis* 191, a.
Commendare 92, b.
Commentarii 223, a. b. 225, a.
Commiseratio 96, a.
Comparatio i. q. *certatio* 50, a. *comparationes subito obortae* 195, b. in comparatt. saepe res ipsa ponitur pro rei attributo 33, b. 88, b.
Comparativi ratio 264. sq.
Componere 218, a.
Compositione *longior* quis dicatur 103, b.
Concentus *signorum* 209, b.
Concepta *mens* 150, b.
Concisa 202, b.
Concitata 43, b.
Concludere, *periodiren* 65, b.
Conclusiones 126, b.
Concupiscere (cf. I, 2, 6. V, 13, 6.) 113, b. Cf. Cic. Quint. §. 69.
Concurrit *os* 201, b.
Conferre *aliquid in libros* 225, a. *conferre* et *conferri* confus. ibid.
Conferuntur et *consecuntur* confus. 8, b.
Conficere 25, b.
Congestus *signorum* 209, b.
Coniunctivus defenditur in formulis *longum est*, *infinitum est* et simil. 103, a. 166, a.
—— improbatur 63, b.
—— imperfecti usus 69, a. 132, a. — 105, a.
—— optative et indefinite ponitur 103, a. 89, a. 106, b. 9, a. 18, a.
—— potentialis 74, b. 90, b. 94, a. 119, a. 124, a. b.
—— pro *licet* cum infinitivo 107, a.
—— usus 242.
Coniunctivus et *Indicativus* 120, a. 163, a. 172, a. 222, a. 55, b. — in reddenda caussa, 212, a. — in obliqua oratione cum interrogandi particulis et pronom. 8, b. 26, a. 165, a. 166, a. 198, a. — post *quamquam*, vid. *quamquam*.
Connectere sermonem 149, b.
Connivere 40, a.
Conscientia 135, a.
Consecuntur pro *consequuntur* 8, b.
Consequi 92, b.
Constare *in* aliqua re 62, a.
Constitutae *vires* 54, a.
Consummare 175, b.
Consummatus 175, a.
Consummatio 175, b.
Contendere 120, b.
Contentus *sum* sequ. infinitivo 118, a.
Contextus 205, b.
Continere 187, b.
Contra 159, b. 197, b.

Contrarius, *zweckwidrig* 176, a.
Convivere 39, b.
Corruptus 126, a.
Cottidianus non *quotidianus* 176, b.
Cottidie non *quotidie* 31, b.
Creber 68, a.
Credere et *tradere* confus. 161, a.
Cum defenditur 155, a. pro *quamvis* 97, b. 123, a.
Cum *eo quod* 206, b. *cum venia* 65, b. — *quid mihi cum hac re?* 96, b. *cum cura aliquid facere* et *cura al. fac.* 222, a.
Cura cum genit. 9, a.
Custodita *oratio* 100, b.

Dare 268.
Decere et *docere* confus. 34, b.
Declamationes 175, a.
Decor *in personis* 31, a. 65, a. 264.
Decretoria (*arma*) 180, b.
Decuriae 34, a.
Defluere 110, b. sq.
Degredi et *digredi* confus. 192, a.
Deiicere exquisitius, quam *detrahere* 161, a.
Deliciae 42, b. singular. huius voc., ibid.
Delphicum *oraculum*, vid. Oraculum.
Demittere et *dimittere* 25, a.
Demum 43, a. b. 144, b. 191, b.
Denique 43, b. 95, a.
Densus 68, a.
Deprehendere 222, b. sq.
Descendere 111, a.
Desciscere 111, a.
Destructio *sententiarum* 174, a.
Destruere 174, a.
Dicere 244.
Dictandi *deliciae* 148, a. b.
Dictitabant et *dictabant* confus. 207, b.
Dies: *die* pro *in die* 140, a. 269.
Digerere *cibos* 25, a. *digerere* et *dirigere* confus. 162, a.
Digestio *ciborum* 25, a.
Dignus cum infinitivo 87, a. 267. cum genitivo 241. sq.
Digredi et *degredi* confus. 192.
Digressio 35, b. 265.
Dimittere et *demittere* confus. 25, a.
Dionysius *Hal.* Aristarcheae sectae 47, a.
Dirigere et *digerere* confus. 162, a.
Dis pro *Diis* 79, b.
Discere *fabulas* 225, b.
Discrimine *discerni* 121, a.
Disertus 102, a.
Disputatio 38, b.
Divisus expl. 131, a.
Docere et *decere* 34, b.
Domo *afferre alqd.* 223, a.
Donatum *imperium* 80, a.
Ducere *opus* 147, b.
Dulciores *affectus* 92, b.
Dum quomodo construatur 110, a.
Durum i. q. *difficile* 50, a.

E, ex praepositio cum adiectivo vel substant. pro adverbio ponitur 13, b.
Edulia 176, b.
Effatum 251.
Efferre et *efferre se* 142, b.

Effingere et *efficere* confus. 136, b.
Effugere non dicitur de eo, quod cito efficitur 136, b.
Effulserit confus. cum *effluxerit* et *obfulxerit* 190, b.
Effusus 66, b.
Eiicere 203, a.
Elaborare transitive 164, b. sq.
Elatum *ingenium* 93, a.
Elegantia quomodo differat a *venustate* 60, a.
Elegia 54, a.
Elephantus diutius visceribus parentis continetur 137, a.
Ellipsis 15, b. 20, a. 243. 266. sq. — pronominis *quis* 11, b. — pronominis *aliquis* 266. — particulae *veluti* vel *ut* 20, a. — verbi 40, a. 48, b. sq. 64, a. 166, a. b. 154, a. 214, a. elliptica dicendi ratio 107, a. 111, b. 242. — *ellipsis* partic. *si* 243. — partic. *sic* 244.
Elocutio 42, a.
Eluctari 202, b. sq.
Enim intra breve spatium repetitum 44, a. 113, b. — primo loco positum 118, b. secundo loco pos. 69, b. — tertio loco positum 23, a. 120, b. 128, a. *enim etiam* 143, b.
Epodos 86, b.
Erctos 154, b. 269. sq.
Ergo et *igitur* 163, b.
Errare i. q. *fluere* 10, a.
Eruditi qui dicantur 82, b.
Esse 36, a. — cum genitiv. gerundii 49, a. *magni est* 49, b. *est* cum infinitiv. pro *licet* 28, a. 128, a. b. *est* i. q. *adest*, *praesto est* 217, a. *Est* ante *et* male omissum 114, a. *Fuerit* vel *fuit* a librariis addit. 150. *Esto* (pro vulg. *sit*) sequ. infinitiv. 171, a.
Essentia 250.
Et 200, a. — explicantis 18, a. 71, a. *repetamus et tractemus* non est plane i. q. *repetendo tractemus* 24, b. — pro *sed* 75, a. — pro *vel potius* 41, a. — pro *et quidem* 85, b. 84, a. — fere i. q. *vicissim* 96, a. *et — et* 28, b. *et alias* 144, b. *et — quoque*, *et — etiam* 110, a. 140, a. *et* in glossemat. addi solet a librariis 58, b. *et ipse* 168, b. *et* atque *ut* 244.
Etiam 85, a. — in fronte positum displicet 101, a. — non dicitur pro *etiamsi* 77, a.
Evitat i. q. *evitare studet* 34, a.
Exactum 124, a.
Excipere 74, a.
Exemplum pro *exemplari* 77, b.
Exornare de scriptore 240.
Exornatores *rerum* 240.
Expectare et *expetere* confus. 36, b. sq.
Expellere 210, a.
Expetere et *expectare* 36, b. sq. — et *petere* ibid.
Explicare 217, b. 105, a.
Explicatio 105, a.
Exponere 34, b.
Exposita quae dicantur 173, b.
Expositio 34, b.
Exsanguia 163, a.
Extemporalis *fortuna*, *successus*, *temeritas* 186, a. — *calor*, *color*, 191, a.

Extemporalitas quando abeat in garrulitatem 186, a. *extemporalitatis color* 191, a. — quis eam invenerit 194, a.
Extorquere *iudicium* 24, a.
Exultare de oratore 126, a. de audaciore numero 162, a.

Fabricari et *fabricare* 196, b.
Facere *usum*, *vires*, *formam* 156, a. 136, a. b. i. q. *fingere* 121, b.
Facilitas 75, b. 123, a. — *oris* 218, b. — *facilitas* et *facultas* 44, a. 135, b. 166, b. *facilitas* et *felicitas* confus. 211, b.
Facultas et *facilitas* 44, a. 135, b. 166, b.
Familia *bene instituta* 269.
Familiariter *amatus* 269.
Favorabilis, *favorabiliter* 182, b.
Felicitas et *facilitas* confus. 211, b.
Ferre 207, a. 208, b. *ferre laudibus* 90, a. *ferri ad eundem intellectum* 19, b. *ferri* 29, a. *fert flatus* 268.
Ferrum et *mucro* 20, a.
Figurae *verborum* 17, b.
Flatus *fert* 268.
Flores, *flosculi* 185, b.
Fluere et *fluitare* 9, b.
Forensis *pulvis* 36, b.
Forma 187, a. *formae verborum* 17, b.
Forte 44, b. — improbatur 26, a.
Fortes in oratione qui dicantur 125, b.
Fortiter *dicere* 34, b. — *opponere* 94, a.
Fortuna *iudicii* 38, b. — *extemporalis* 186, a.
Frangere 110, a.
Frenos et *frenis* 142, a. de forma huius voc., ibid.
Frugalitas 165, a.
Frustra 53, a.
Fundere 173, a.
Futuri aoristus 30, b. *fut.* et *praesens* 148, a.

Galliarum *eloquentia* 144, b.
Generare 268.
Genitivi nomm. propr. 2. declinationis 26, b. 34, b. 263. sq. *genitivi ratio* 49, a. b. 94, b. *Genitiv.* et *Ablat.* qualitatis in eodem subiecto coniunctus 144, a. 195, a.
Genus 167, b. 224, a. *genus* (*genera*) *dicendi* 31, b. sq. 43, a. *rectum dicendi genus* ibid. — *demonstrativum*, *deliberativum*, *iudiciale* 46, a. *genera linguae* 91, a.
Gladiatoria sagina 36, b.
Gladius 21, a.
Gloria 240. sq.
Graeca:
ἄλογος τριβή 204, a.
ἀναγκοφαγία 176, a.
ἀνασκευή et κατασκευή 174, a.
βαμβαλνειν 202, a.
γάρ, καὶ γάρ, γάρ τε 21, b. 210, a.
γέ 125, a.
γραφεῖον 134, a.
δεῖν 36, a.
ἐγκρίνεσθαι et ἐκκρίνεσθαι 52, a.
εἰ cum indicat. praesent. 69, a.
εἰρκτή 270.
ἐκ περιουσίας 13, b.

ἔμφασις 48, a. b. ἐμφατικόν, ἐμφατικῶς ibid.
ἐπιπολάζειν 221, b. sq.
ἔργα et ἐργάζεσθαι 89, a.
ἔχειν 47, a.
ἤθη καὶ πάθη 46, b.
θέσεις 174, a.
καὶ πρῶτον μὲν οὖν 145, b.
κατά 124, a.
κῦδος 240.
οὐδέ et οὐδέ γε 35, b.
οὐκοῦν 116, b.
οὐ μόνον — ἀλλά sine καί 16, b.
οὖσα intelligitur 59, a.
οὐσία 250.
οὔτε — τε 9, a.
πνεῦμα 22, b.
πρότασις 251.
συγγραφεῖς 94, a.
ταχεῖα διήγησις, τάχος 92, b.
τέχναι 22, a.
τις enclit. saepe omittitur 11, b.
τὸ πρακτικόν 64, a.
φαντασίαι, visiones 208, b.
φράσις 75, a. 42, a.
ὡς 19, b.

Gravitas 101, b.

Habere *in sua potestate* 47, a.
Hebraicae linguae scientia commendatur philologis 56, a.
Hercle et *hercule* 115, a.
Herctus, *herctum*: v. Erctos.
Herennius *Senecio* 238. sq.
Herous 76, b.
Hic et *is* sequ. *qui* 30, a. 35, b. 41, a. 125, b. 244 sq. — *hic* — *ille* 122, b. *hic* et *ille* 87, a. *hi*, *haec* 41, b. 42, b. *his* et *iis* confus. 44, a. *hoc*, sc. *fieri potest* 214, a. *hoc* sequ. *quia* 21, b.
Hic — *illic* non raro ad personas referuntur 95, b. 268.
Hodieque non *hodienum* 84, a. (cf. Panegyr. vett. Arntz. p. 7. *Creuzer's teutsche Chrestom.* p. 65. ed. III.)
Hodierna scribentium sedulitas 41, b.
Homerus omnium doctrinarum fons 45.
Homo *sum* 30, a. *homines aetatis meae* 39, b.
Humanus *modus* 146, b.
Hyperbaton 12, a.

Iam transitioni inservit 98, a. *iam* i. e. *recentioribus temporibus* 88, b. *iam* et *nam* 224, a.
Iambi 16, b. 85, b.
Idem cum dativ. 18, b. sq. d 28, a. *idem ille* 150, b.
Igitur et *ergo* 163, b.
Ignoscere 157, a.
Ille 196, 2. *ille* et *hic* 87, a.
Illic — *hic* ad personas referuntur 95, b. 268.
Illo et *alio* 37, b.
im et *in* form. accus. III. declinat. 169, b.
Imago et *ambitus rerum* 22, b.
Imitabilia et inimitabilia 127, b.
Imitatio 11, b.
Immerito. *Non immerito meruit* 101, b.
Immutescere 147, a.
Imperare *ingenio* 89, a.
Imperfectum 104, b.
Impetus 138, b.
Impropria quae dicantur 149, b.
In male usurpatur pro *apud* 124,

b. *in parte* i. e. *ob partem, de parte* 57, a. i. q. *ex parte* 217, b. *in ceris scribere* et *ceris scribere* 158, b. *in exemplum* i. e. *loco exempli* 114, b. *in partibus laudandus* et *partibus laudandus* 77, a. *in publicum polliceri, consulere, providere* 195, a. *in praesentia* 213, b. sq.
Inanis 135, b.
Inconcessum 133, a.
Incubare cum accus. 10, b.
Index 53, b.
Indicativus in interrogat. indirect. 8, b. — improbatur 33, a. 44, a. — restitutus 40, b. 45, a. 54, a. — post formulam *sunt qui* 43, a. 124, a. *Indic. praesent. natuta* 69, a. *Indic.* solemnis usus in formulis *longum est, infinitum est, necesse est, poscum* 102, b. — Vid. *Coniunctivus.*
Inducere *tenebras* 265.
Incuarrabiliter 92, a.
Infans *pudor* 202, a.
Infelix, *infelicitas* 15, b.
Infinitae *quaestiones* 173, b.
Infra et *intra* 15, b.
Ingenia 74, b. (cf. c. 1. §. 122. Tacit. Annal. I, 1.)
Inimitabilis 127, b.
Initia 115, a.
Innatare 221, b. sq.
Insido et *insideo* differunt 197, a.
Insistere i. q. subsistere 199, b.
Instare *sibi* quis dicatur 66, b.
Intelligere 235.
Intendentes *ut oratores fiant* qui dicantur 45, a.
Intentio 202, a.
Inter ipsos et *inter se* 131, a. *inter paucos disertus* 145, a.
Interceptus 105, a.
Interim i. q. *interdum* 17, a. 139, a. — 24, a.
Interpositus 86, a.
Intervellere 198, b.
Intueri de animi cura 17, a. *intueri oculis* 209, a.
Inversio litterae unius per errorem facta fraudem facit librariis 103, b.
Ipse 153, a. 168, b. *inter ipsos* et *inter se* 131, a. *ipsorum, ipso, ipsos* confus. 43, a.
Irrationalis et *irrationabilis* 203, a. b.
Irrogare 155, b.
Irrumpere de sententiis 160, a.
Is et *hic* sequ. *qui*: vid. *Hic. id propositi* 94, b. *eis* et *iis* 121, b.
Ita 92, a. *ita* i. q. *ea conditione* 205, a. *ita* intell. ante *ut* 237.
Iteratio: vid. *Repetitio.*
Iteratio et *alteratio* confus. 25, a.
Iudices *saepius inerudili* 34, a.
Iudicium *extorquere* 24, a. *iudicia prava* 24, b. *iudicium poetarum* et *iudices poetarum* 52, a.
Iuvenalis exstincto demum Domitiano Satiras recitavit 84, b.

Labare 215, a.
Labi 29, a. 215, a. *non labor amore alicuius* 83, a. b.
Laborare transitive 165, a. b.

Lacerti *militum* 36, a. 68, b. 266.
Laetus quis dicatur apud rhetores 68, a. 126, a.
Lascivia 42, b. 76, b. sq.
Latini in designanda aetate hominum non semper sequuntur Varronis rationem 232. *Latinorum* sermo respondet Graecis 9, a. 28, a. 40, a. 44, b.
Laudibus *ferre* 90, a.
Lene *dicendi genus* 105, b.
Lenitas et *levitas* 151, b. 50, b.
Leniter et *leviter* 151, b.
Libertas 242.
Libet et *licet* 20, b.
Lineae, *Zeilen*, parum latine dicuntur pro *versiculis* (*versibus*) 59, a.
Lites 38, b.
Litigator 37, a.
Locus et *liber* confus. 182, b.
Longe collocatur post comparativum suum 62, a. *longe* i. e. *longo intervallo* 75, a.
Longior *compositione* quis dicatur 103, b.
Loqui et *eloqui* 72, b.
Lucrativus 220, a. *lucrativa opera* ibid.
Ludere 58, b. de carminibus 176, a.
Lumen i. q. lucerna 154, a.
Lucis *spatia* 156, a.

Magistratus. Apud magistratus continuo agendi subita necessitas 196, a. b.
Magnifice et *maxime* 38, a.
Mala quae dicantur 104, a.
Manus 187, a.
Materia et *materies* quomodo differant 106, a.
Maturuit *senectute* 78, b.
Medea *Ovidii* 89, a.
Media *quaedam* sc. *manus* 186, a. *medium genus dicendi* 50, b.
Mediocritas *aequalis* 52, b.
Meditationes 64, b.
Melius *Demosthenes* scil. *statuit* vel *fecit* 154, a.
Memini cum inf. perfect. 144, a.
Memoriam *posteritatis sperare* 41, b.
Mensurae *verborum* 17, b.
Merere i. q. *impetrare* 66, a. 84, a. 101, b.
Mereri: singularis constructio 67, a.
Militum *lacerti* 36, a.
Milo *Crotoniates* 188, a.
Minerva cui *familiare* Domitiano *numen* dicatur 81, a.
Minor *suis ipse viribus* 93, b. *minus* 121, b.
Modorum permutatio Graecis et Latinis usitatissima 56, b.
Mollire i. q. *coquere* 25, a.
Mors immatura quomodo significetur 78, b.
Mucro 21, a. *mucro* et *ferrum* 20, a.
Multum, ubi exspectaveris *plerumque* 58, a. — pro *multo* cum comparativ. iunctum 83, a.
Multorum auctorum lectio improbatur 54, b.
Mutus 18, b.

N: n et u commutantur a librariis 231.
Nam reddit rationem omissae sententiae 20, a. 142, b. *nam*

et *namque* differunt 21, b. 110, a. *nam* et *namque* secundo loco ponuntur 118, b. *nam* et *iam* 224, a.
Natura de substantia dic. 74, a. b.
Ne — *quidem* et *nec* — *quidem* 35, a. 226, b. *ne* et *nec* confus. 36, b.
Nec — *aut* 35, b. *nec* — *quidem* et *ne* — *quidem* 35, a. 226, b. *nec* — *quidem* i. q. *ac ne quidem* 35, b. *nec* — *neque* minus usitatum quam *neque* — *nec* 92, a. *nec* explicantis 119, a. *nec* pro *ne* — *quidem* 213, a. *nec* ante vocal. 262.
Nefas 116, b.
Nempe 116, a. b.
Nescio *an ullus* et *nescio an nullus* 60, a. b.
Neque — *et* 9, a. *neque* — *atque* 9, b. *neque* — *nec* usitatius quam *nec* — *neque* 92, a. *neque enim* frequentius quam *nec enim* 142, b.
Nihil — *parum* 255. *nihil esse* qui dicantur 158, b.
Nimium — *parum* 255.
Nisi forte ironice dic. 63, b. 119, b. 170, b. 171, a.
Nitor, *nitidum* 17, b.
Non pro *nonne* 47, b. — huius partic. positus quidam 91, b. 171, a. — bis positum 192, b. *non parum multa* i. q. satis multa 107, a. *non solum* — *sed* et *non solum* — *sed etiam* quomodo differant 16, b. *non demum* — *sed etiam* 43, b. *non dubito* sequ. *quin* et infinitiv. cum accus. 114, b.
Nostra 172, b.
Numerosus, *numerosissime* 172, b.
Numerus: *in numerum redigi*, *numero* eximi 52, a. numeri (palaestrici) 12, a.
Nunc 133, b.

Obfulxerit 190, b.
Obiurgare *sinum* et *latus* 151, b.
Occupare *secundas* 54, a.
Occurrere i. q. *in mentem venire* 15, a. *occurrit verbum*, *locus* (*apud scriptorem*) improbatur ibid.
Offensari, *offensator* 150, a. b.
Operari 89, a. 145, a.
Opinio i. q. *fama*, *existimatio* 179, a.
Optima 104, a. 137, b.
Opus 265.
Oraculum: ab oraculo profecta quae dicantur 71, b.
Oratores et *philosophi* 37.
Oratorii *numeri* et *oratoris numeri* 64, b.
Ordo: *in ordinem venire*, *redigi* 52, a.
Os *concurrit* 201, b.

Parare 152, b. sq.
Parcissimum 164, b. *qui parcissimum* et *qui parcissime* (dicunt) ibid.
Parem *facere* 94, a.
Pars: vid. In.
Parum 254. sqq. *parum* et *parvum* 158, a. 254. *parum est* 158, b. *parum non* 112, b. sq. *parum abest quin* improbatur ibid. *parum* — *nimium*; *parum* — *nihil* 255. (Cf. Plin.

Epist. III, 14, 1.) *parum habeo* 256.
Parumper 256.
Patrocinium 32, a.
Paullum oppido (*ein wenig sehr*) 113, a.
Pedum *certa necessitas* 32, a.
Perfectum ἀοριστως ponitur 10, a. sq. 208, a.
Periculum: *ex periculo petita* 105, b. *pericula* de litibus et iudiciis 38, b.
Persecor pro *persequor* 45, a.
Persequi et *prosequi* 226, a. b.
Perstringere et *praestringere* 33, a.
Pervenire 188, a.
Petere et *expetere* 37, b.
Phalerea et *Phalereum* (accusat.) 70, a.
Philosophi et *oratores* 37, a.
Pictus 69, b.
Pilarii et *ventilatores* 204, b.
Pinguis succus 33, a.
Placet 36, a.
Plautinus *sermo* 90, a.
Plectrum 57, a.
Plenus opponitur *stricto* et *gracili* 68, a. *cum ablativ.* 87, b.
Plerique i. q. *permulti* 30, b.
Plinius (min.) dialogi de oratt. auctor 152, b.
Pluralis haud vulgari significat. 77, b. prima pluralis numeri persona Latini utuntur in comparandis suis et Graecorum virtutibus 74, b.
Plurimi et *plerique* 30, b. — i. q. *longe plures* 44, b.
Plus non pro *magis* dic. 8, a.
Polliceri *in publicum* 195, a.
Posse inservit periphrasi 13, b. sq. *possum demonstrare* pro vulg. *possem dem.* 102, b.
Potentissimus 23, b. 152, a.
Potissimum et *potentissimum* 152, a.
Prae *se res agere* 202, a.
Praecepta 38, b.
Praedicere i. q. ante, supra dicere 66, b.
Praeferre i. q. prae se ferre 99, a.
Praeparare, *praeparatio* 95, a.
Praerogare 202, b.
Praescribere et *perscribere* 78, a.
Praescriptum substantive 115, a.
Praesens et *futurum* 148, a.
Praesentia: *in praesentia* 213, b. sq.
Praestringere et *perstringere* 33, a. 264.
Praesumere 169, a.
Praeteritum: vid. *Perfectum.*
Prava iudicia 24, b.
Pressus 46, a. 93, b.
Pretium et *praemium* 210, b.
Privilegium 194, b.
Professor 178, b. sq.
Profiteri 179, a.
Proprie i. q. *in primis* 100, a. *proprie collocata verba* 123, b.
Proprietas 45, b.
Proprium *opus* 85, b. sq.
Prorogare 202, b.
Prosequi et *persequi* 226, a. b.
Protinus *offerentia se* (τὰ τυχόντα) 137, b.
Providere 192, b.
Proximum *esse* et *secundum esse* 50, b. sq. — 73, b.

Psammetichus rex Aegyptiorum 18, b.
Publicare 194, b.
Puer, *puerilis* 232.
Pugna, *pugnax* 104, b. *pugna* de foro 33, b.
Pulvis *forensis* 36, b.
Putare 103, b.

Quam cum positivo adiect. 201, a.
Quamquam cum coniunctiv. 35, b. 86, a. 129, b.
Quando 217, b. cum coniunct. 90, b.
Quasi i. q. *fere* 19, b.
Que 25, b. 49, a. 154, a. 200, a. *utinamque* 91, a.
Quemadmodum seq. *sic* 177, a.
Qui pro *quis* 20, a. b. *de quo nunc agitur* 166, b. *quo* et *qua* confus. 13, a. *quos* et *quosdam* confus. 141, b. *quod* et *quid* 105, a. *qua* et *quia* confus. 109, b. *qui* ei se applicat nomini, cuius maior eminet gravitas 203, b. sq. *quae* i. q. *sed ea* 243. *quem* i. e. *si eum* 181, b.
Quia 122, b.
Quidam 68, a. 141, b. sq. 143, a.
Quidem 125, a. 184, a. *quidem* et *quidam* confus. 16, b. 143, a.
Quinctilianus quomodo opus suum inscripserit 7. quando scripserit 84, a. 79, b. 106, b. — eius error 27, a. (Similis error c. 1. §. 107. ubi legem in Areopago solo sanctam, qua actor movere affectus vetabatur, ad caetera tribunalia nimis secure transtulit.) — eius securitas 167, a. — saepe aliquid turbat in rerum veterum memoria 61, b. 221, a. — defenditur ab simili reprehensione 29, b. sq. 241. — sequitur Aristarchum in eligendis scriptoribus imitationi proponendis 47, a. 52, a. eius de Seneca iudicium quantivis est pretii 109, a. mirum iudicium de scriptis Terentii 90, b. — adulatur Domitiano 79, b. laudatur eius in hac re prudentia *ibid.* — magnifica eius brevitas et mira veritas 45, a. quae sit eius in oratione praecipua virtus 105, a. b. eius elegantia 36, b. 269. maiestas elocutionis 76, a. — bene variat orationem 29, a. b. 44, a. 172, a. b. — frugi homo agnoscitur 91, a. — Celsum nisi leviter et paene invitus non laudat 107, b. nec vero Horatium valde laudat 83, b. 87, b. — utitur formula *ut ait*, etiam ubi scriptores ad sensum citat 97, b.
Quis et *qui* 20, a. b. *quid* et *quod* 105, a.
Quisquam et *quispiam* 52, b. *quisquam* et *quisque* 117, a. 216, b.
Quisque 216, b. *quisque* et *quisquis* 11, a. 184, b. — *auctore quoque* pro *quoque auctore* non est insolens 39, a.
Quisquis et *quisque* 11, a. 184, b. *quidquid* scribendum non *quicquid* 11, a.
Quod: *tertius est dies, quod*

audivi et simil. 145, b. *quod utinam* 91, a.
Quodsi 119, b.
Quondàm i. q. *quodam tempore, interdum* 55, b.
Quoniam 122, b.
Quoque 81, b.

Ratio 146, a. 167, b. 197, a. 202, a. 205, a.
Rationalis et *rationabilis* 203, a. b.
Recipere 224, a.
Rectum *dicendi genus* 43, a.
Reddit, *reddidit* et *edidit* confus. 52, b.
Reducere i. q. *retro trahere* 139, a.
Refutare 192, a.
Regnare *in iudiciis* 98, b.
Remotiora *verba* 34, a.
Renunciare 194, b.
Repetitio eorumdem vocabul. 28, a. 30, b. 42, b. 83, a. 104, a. 113, b. 117, b. 122, b. 171, a. 188, a. — *soni insuavis* 143, a. 219, a.
Replere pro *adiicere* 161, a.
Repraesentare 196, b.
Res ipsa vel persona ponitur pro rei attributo 33, b. 88, b.
Rescribere *veteribus orationibus* 181, a.
Resecare 243.
Resistere i. q. *intersistere* 149, b. — et *restitare* confus. 141, a.
Retinnire 206, a. 270.
Retrorsus 193, a.
Rhetores i. q. *oratores* 38, a.
Ridiculum in laude dicitur 102, a.
Robigo, *rubigo* 32, b.
Rursus 218, a.

Sagina *gladiatoria* 36, b.
Sallustii gravitas et magnifica brevitas 45, a.
Saltem 125, a.
Salubritas 268.
Sanctus 100, b. *sanctius aerarium* 136, a.
Sanguis 100, b.
Sapientiae *studiosi* 37, b.
Sat *est* in clausula pon. 17, a. *satis habeo* 256.
Satura scribendum, non *satira* 81, b. invenerunt eam Romani *ibid.* eius genera 85, a. b.
Scriptores i. e. *historici* 94, a.
Se: *inter se* et *inter ipsos* 130, b. *praeferre* et *prae se ferre* 99, a. *sui* et *suae* confus. 160, b.
Secedere et *secessum petere* 80, a. — et *succedere* confus. ibid.
Secundum *esse* et *proximum esse* 50, b. 265. (cf. 66, a.) *secundum locum sibi vindicare* 78, a. *secundas occupare* 54, a.
Sed 85, b. *sed* omisso *etiam* post formulam *non solum* 16, b. — anteced. *quamquam* i. q. *tamen* 242.
Sensus *communis* 194, b.
Sentire *aliud* 41, b. 265.
Sequi illustratur 132, b.
Si restituitur 222, a. *si aliquis* 190, b.
Siccitas 268.
Signa et *argumenta rerum* 49, a.
Significanter, *significans, significantia, significatio* 48, a. b. 105, b.
Silva 147, b.

Similis cum dativo, ubi genit. exspectes 40, b.
Simplicissimae *res* 121, a.
Siquidem 87, b.
Sol 178, b.
Solummodo et *tantummodo* 16, a.
Sordida *oratio* 17, b.
Speciosum refertur ad veram elegantiam 105, b.
Spiritus 22, a. 207, a.
Stilus 9, b. 134, a. 187, a.
Stringere et *astringere* 162, a.
Studere 219, b.
Studiosus 219, b.
Subito 191, b.
Subsellia 179, a.
Substringere 169, b.
Sucus et *succus* 32, b. — *uber*, *pinguis* 33, a.
Summa *iudicii* 41, a. *ad summam tendere* 120, a.
Summus: *ad summam tendere* et *ad summa tendere* 120, a.
Superesse 240.
Superfluere 206, b.
Superfluus improbatur 206, a.
Superstitiose 191, b.
Supini qui dicantur 127, a.
Supplosio *pedis* 218, b.
Supra *quam enarrari potest* 92, a.
Synesis 32, b.

Tacitus 238. dialogi de oratt. auctor videbatur Spaldingio 152, b.
Tam *nihil* 265.
Tamen post *quamvis* (*cum*) saepe omissum 98, a.
Tanto *plura* et *tanto plurima* 133, b.
Tantummodo et *solummodo* 16, a.
Tertia *persona verbi* ubi sesundam (coniunctiv.) exspectes aut primam pluralis 15, a. 131, a. 217, a. — plural. 242.
Testimonium 49, b. *testimonia* 37, a.
Tinnire i. q. *canere* 270.
Togatae *fabulae* 91, a.
Tollere 82, a.
Tractare et *retractare* 24, b.
Tradere et *credere* confus. 161, a.
Traiectionis grammat. exempl. 44, b.
Traiiciendo peccatur a librar. 212, b.
Tumultuari de oratore 205, b.
Tunc 54, a.

V: u et n commutantur a librariis 231.
Validius et *valdius* 143, b. *valdissime* et *validissime* ibid.
Vber *sucus* 33, a.
Vel 46, a. b. *vel* et *velut* 143, a. (cf. Addend.)
Velocitas 92, b.
Veluti vel *ut* ubi soleat omitti 20, a. *velut quidam* 178, b.
Veneres de suavitate dicendi 70, a. 90, b.
Ventilatores et *pilarii* 204, b.
Venustas et *elegantia* 60, a.
Venustus et *vetustus* 59, b. sq.
Vero: vid. Alii.
Versari *in ratione* 205, a.
Versicolor *vestis* 36, b.
Versus (*Zeilen*) 39, a.
Verum (*indess*) 49, b.
Verus: *vera vis* 121, b. (El-

lendt. Cic. Brut. 63, 226.) *vera discrimina* 178, b.
Vestis *versicolor* 36, b.
Veteres 41, b. 88, a.
Vetustatem *perferre* 41, b.
Vetustus et *venustus* 59, b. sq. Vetustissimi *auctores* 41, a.
Via *dicere* 199, a.
Vibrantes *sententiae* 55, a. 265.
Vis 123, a.
Visiones (*φαντασίαι*) 208, b.
Visu et *usu* confus. 21, a.
Vivax 194, b.
Vltimum 202, b.
Vmbra 178, b.
Vsque 178, b. *usque adeo, usque eo* ibid.
Vt vel *veluti* ubi soleat omitti 20, a. Eius singularis usus 195, b. concedentis 208, b. *ut* omissum non improbatur 200, b. *ut cum* i. q. *utpote cum* 67, b. *ut semel dicam* 23, b. *ut arbitror*, deliciandi caussa ponitur 183, b. (cf. XI, 1, 5.) *ut ait* 97, b. *ut* atque *et* 244.
Vterne? 61, b.
Vtinamque 91, a.
Vtique 120, b. 121, a. 208, a.
Vtrinque 113, b.
Vtrum i. e. *utrumlibet, utrumcunque* 31, a.

Zmyrna et *Smyrna* 164, a.

CORRIGENDA

Pag.	93.	vers.	4.	scrib.	*Bassus.*
—	8, a.	—	1.	—	*opponeret.*
—	27, a.	—	1.	—	*Dacer.* 257.
—	36, b.	—	22.	—	*prooem.*
—	44, b.	—	2.	—	*particulae.*
—	66, b.	—	9.	—	*onerantibus.*
—	77, a.	—	36.	—	439.
—	81, b.	—	2.	—	§. 86.
—	101, a.	—	25.	—	*certi quidquam ex.*
—	111, a.	—	10.	—	*defluximus.*
—	120, b.	—	12.	—	*Cf.* 1, 103.
—	155, b.	—	30.	—	*discessit.*
—	193, b.	—	1.	—	*si utcunque.*

TYPIS EXPRESSIT GVIL. STARITZ VNIV. LIPS. TYPOGR.